Digitized by Google

XIV. 14. 21.
Y. 9.

Digitized by Google

PHILIPPI ANDREÆ
BVRGOLDENSIS.

DISCURSUS

AD

INSTRVMENTVM PACIS

OSNABRVGO-MONASTERIENSIS,

A

WARMVNDO VON FRIEDBERG.

DENVO

ADORNATI & AVCTI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTITIA RERVM ILLVSTRIVM
IMPERII
ROMANO-GERMANICI
TRIPERTITA
SIVE:
DISCVRSVS
IVRIDICO-POLITICO-HISTORICI
AD
INSTRVMENTVM ſive TABVLAS
Pacis, Oſnabrugo-Monaſterienſis.

In quibus Aquila Sacri Imperij,id eſt,Ius illius publicum antiqui, medij & junioris ævi, Negotia Belli,Pacis ac Fœderum : Regimen Seculare & Eccleſiaſticum : Forma, Intereſſe Imperij, cùm quoad ejus Caput, tum quoad Membra ex rei veritate curiosè depingitur: Prætenſiones & Controverſiæ illuſtres nervosè ac dilucidè explicantur, multarumquè aliarum Europæ Rerumpublicarum Rationes & Arcana excutiuntur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Per PHILIPPVM ANDREAM BVRGOLDENSEM
EDITIO SECVNDA.

In qua quid præſtitum actumquè ſit, Præfatio ad Lectorem indicabit, Paucis: Opus hoc ad dimidiam ſerè partem auctius redditum, à mendis Typographicis vindicatum, & ſex Indicibus Hiſtorico-Politico-Iuridicis, ad modum excerptorum confectis, locupletatum,

CVRA ET STVDIO,
WARMVNDI VON FRIEDBERG.

FREISTADII,
Apud ÆMILIVM VERVM.

Anno M. DC. LXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMIS
ET
CELSISSIMIS
Principibus ac Dominis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DN. ANTONIO ULRICO
ET
DN. FERDINANDO ALBERTO,

DUCIBUS BRUNSUICENSIUM ET Lynæburgenſium, &c. &c.

PRINCIPIBUS ac DOMINIS
meis Clementiſſimis.

Digitized by Google

VT ET

INCLYTARVM

S. ROMANO-GERMANICI
Imperij Liberarum Civitatum, ac
Rerumpublicarum,

ARGENTORATENSIS

ET

COLMARIENSIS

Magnificis, Strenuis, Nobiliſsimis, Ampliſsimis, & Prudentiſsimis, Virtute, Eruditione & meritorum in patriam ſuam magnitudine ſplendidiſsimis,

DOMINIS PRÆTORIBVS, CONSVLIBVS, SYNDICIS & SENATORIBVS, Patriæ ſuæ Patribus, Dominis & Patronis meis æternùm venerandis, demerendis:
Hanc primam Notitiæ Rerum Illuſtrium
Imperij partem offero, dedico ac
conſecro,

Tantorum Principum ac Rerumpublicarum

Adorator Humilimus atque Subjectiſsimus
Warmondus von Friedberg.

SERENIS-

Digitized by Google

SERENISSIMI
PRINCIPES, DOMINI.
CLEMENTISSIMI.
VT ET
MAGNIFICI, NOBILISSIMI
ATQVE AMPLISSIMI PROCERES
Patriæ Patres:

ARDVVM & periculoſæ plenum Opus aleæ in me ſuſcepi, quòd Pacis Germanicæ Inſtrumentum publicum: quod Sacri Imperij modernam faciem in brevi quaſi tabella nobis repræſentat, nonnihil illu-

Digitized by Google

ſtrare, illudquè floribus Hiſtorico-Iuridico-Politicis veluti conſpergere fuerim conatus. Et quidem frendent ac fremunt propterea in Germania hodie omnes aulici, qui Romanæ favent curiæ, dum (vt fama volubilis fert) læſæ Majeſtatis reum, quamquam ſine Evangelicorum Principum ac Statuum ſuffragiis, me inſimulant, mortemque & neſcio quid non? palàm minitantur. Quod ſi juxta horum malevolorum iniquam ſententiam ego, omni culpâ vacuus, condemnandus forem, alma Themis haud dubiè in perpetuum ex hac mundi domo aut jam relegata, aût releganda eſſet. Cæterùm Bonus noſter Deus non ſinat, ut judices illi, ab æquiſſima æquitate alieniſſimi, regnum in chariſſima noſtra Cermania obtineant. Quia potiùs ego in ſinu mihi gaudeo, meritòque mihi gratulor, quòd Sereniſſimi ac Celſiſſimi Germaniæ Principes, & inclytarum Imperii Civitatum Proceres Nobiliſſimi atque Ampliſſimi, qui puriſſimæ puritatis Chriſtianiſmo ſunt addicti, conatus meos non improbârint, ſed illuſtri gratiâ inſignique favore jam ſub ficto Burgoldenſis nomine exceperint. An verò hoc eſt ſanctiſſimam Imperij, ac Imperatoris lædere Majeſtatem, ſi quis ex optimis Hiſtoricis & actis publicis in tenuem faſciculum illa colligit, quæ hinc inde in Imperii civilibus turbis palàm geſta & actitata ſunt? An porrò hoc eſt violare Maieſtatem, Imperii tutelam, ſi quis det atque tranſcribat Auguſtiſſimo Imperii Capiti, ſemper venerabili, quæ ipſi juxta leges Regias Germaniæ cōpetunt? qui inſuper alteri Imperii parti, id eſt Statibus Imperii ea tribuit, quæ illis jure optimo maximo debentur? An denique is juxta mentem Legis Iuliæ condemnari poteſt, qui Dominum Limnæum, Dominum Conringium & alios Nobiliſ-

biliſſimos Scriptores ſecutus jus Imperii publicum ex ipſis rerum argumentis eruit, & libero, modeſto tamen ſtylo, ubique perſequitur? Non credo quod vllus in Germaniâ tam tenui cogitatione ſit præditus, qui hoc aſſerere & affirmare æquo mentis judicio poſſit. Quare ergo fremuerunt gentes? & ex quo cerebro opiniones atque loquelæ adeò ſiniſtræ procedunt? Dicam quod ſentio. Tetigi paſſim in meis pagellis crudeliſſimum Imperii noſtri olim vaſtatorem, qui hodie in arce Tarpeïa ſedet, & ſupra omnia divina & humana in universâ Europâ ſe ſuperbo auſu effert: Tetigi dein Romani illius Chimærici Numinis Corybantes, Monachos ſcilicet & Ieſuitas, quorum fideliſſimâ operâ Pappia tyrannis in miſerorum Laicorum conſcientias adhuc (eheu!) exercetur. Intrepidè denique juxta æquanimorum ſententiam non rarò expoſui, quomodo Germania in Germaniâ conſervari, & perpetuâ ſemper tranquillitate germinare atque florere queat. An verò hoc eſt lædere Sacri Imperii Majeſtatem? Nimirum iniqui illi judices gerras Siculas hic plectunt, & fallaciâ non cauſæ vt cauſæ facilè credentibus imponunt. Pontifex Romanus læſus tantummodo eſt, cuius fictitium Vice Dearum omnes nos Evangelici exſibilamus, meritóque explodimus. Sed quid immoror hiſce ineptiis? Ad Anticyras illa capita, elleboro digna, relegabimus.

Ad vos itaque SERENISSIMI ac CELSISSIMI PRINCIPES, Domini mei Clementiſſimi, ut & ad vos, MAGNIFICI, STRENVI, NOBILISSIMI, & AMPLISSIMI PROCERES, Patroni Nobiles, me converto, Veſtiæq; potentiſſimæ tutelæ meas haſce pagellas, alterâ vice iam prodeuntes, eâ, quâ par eſt, humilitate ſubjicio. Veſtram,

communem cauſam, quam lætiſſimâ conſcientiâ, & Heroïcâ conſtantiâ hactenus defendiſtis, ſemperquè & in perpetuum defendetis, tenui ac gracili ſtylo meo aſſerui atque propugnavi. Suſcipite itaque me qui Veſtrarum Celſitudinum, & Nobiliſſimarum Dignitatum, Illuſtriſſimis & Nobiliſſimis Nominibus libelli huius frontem munire atque exornare auſus ſum. Si veſtræ Clementiæ atque Magnificentiæ alis niti mihi in poſterum licuerit, altiùs ibo, omneſquè hoſtiles inſultus facilè eludam; Sin meis auſpiciis rem geram, actum ſine dubio erit, ſuperbuſque triumphus de meâ tenui perſonâ canetur; id quod tamen Illuſtri gratiâ, & favore Veſtrarum Celſitudinum & Nobiliſſimarum Dignitatum Veſtrarum ſuffultus, ad Calendas Græcas, vt divino, fiet. Deus immortalis Vos SERENISSIMI ac CELSISSIMI PRINCIPES, felicioris ſeculi Præſidia & ornamenta; & vos MAGNIFICI, STRENVI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI PROCERES, in ſeros annos ſoſpitet, conſervet atque proſperet. Dabam Freyſtadii die 26. Iul. A. C. 1668.

SERENISSIMARVM VESTRARVM CELSITVDINVM

VT ET

MAGNIFICARVM & NOBILISSIMARVM DIGNITATVM VESTRARVM.

Humilimus atque ſubiectiſſimus cliens

Warmundus von Friedberg.

BENEVOLO ATQVE

Erudito Lectori S. P. D. Autor.

SISTIT ſe conſpectui tuo B. L. altera editio Diſcurſuum ad Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suecicum, in cuius fronte de vno vel altero paucis, more Laconico, es admonendus. Scias itaque conatus & labores meos, ſub ficto Burgoldenſis nomine in lucem emiſſos, variis variorum judiciis fuiſſe expoſitos. Romanenſes in totum me cum lineis meis condemnant, imò neci (vt audio) adjudicant. Sed hactenus res intra minas, ſine viribus vanas, conſtitit. Notum verò mihi eſt, canes ſemper latrantes raró mordere; Et quid liber & ingenuus curat verba minarum? Vas tinniens ſolet inane vt plurimùm eſſe, & rota quò vitioſior eſt, eò maiorem edit ſemper ſtrepitum. Quum olim Mauritio Comiti Naſſovio admodum minaces literæ ab hoſtibus redderentur, literis rurſus complicatis dixit: Es leſt ſich biegen / es iſt kein Spieß darinnen. Idem & ego in umbratili hoc certamine in inclementiſſimis adverſariorum dicteriis reponere poſſem.

Non replenda eſt curia verbis.
Poſſit quid vivida virtus

experiri libenter velim, vtpote non aſſuetus minas iactare: latrare nolo; mordere volo, Si quiſquam eſt (Tros Rutiluſve fuerit perinde eſt) cui libellus hic non arridet, convincat me argumentis, non maledictis & iracundis verbis. Quamprimùm enim adverſarius occurret, qui perſonalia, realibus ne-

glectis, ebuccinare audebit, is ſtatim cum calumniis ſuis ad Diabolum mendaciorum patrem, relegabitur. Alterum quod te, B. L. non debet fugere, eſt, quod nonnulli naſutuli taxent, me nimiâ libertate in ſcribendo eſſe vſum, quorum judicium nec in totum laudo, nec etiam vitupero, dum tamen iſti ſciant, me, Freyſtadii nunc viventem, non potuiſſe alium calamum, niſi libertati aſſuetum, invenire, quum ſerviles pennæ ibidem non proſtent venales, imò Typographeo Freyſtadienſi aureis literis ſit inſcriptum: *In libera Alemannia liberæ debent eſſe linguæ.* Libertas tamen illa, quâ ob loci circumſtantiam coactus ſum uti, non credo quòd fuerit exlex, ſed planè innoxia, & quæ ſemper, inſtar heliotropii, ſe ad lucidiſſimum Veritatis Solem convertit. Magnum ſanè in Republica literaria hodie malum eſt, & quod felici Machaonis manu vix ac ne vix quidem ſanari poterit! Veræ ſcilicet ſententiæ periculoſa libertas. Quis non videt, quomodo illos, qui recta & vera profitentur, in præceps agat extincta ferè libertas, & fides in obſequium ſervile ſubmiſſa, dum nemo ex animi ſui ſententia ſcribere audet, ſed apud pleroſque adulandi certamen eſt, & omnium ferè una contentio eſt, quis blandiſſimè fallat?

Tertio loco, B. L. hoc etiam te non lateat, quòd nonnulli Zoili extiterint, qui plagii crimen mihi objecerint, qui tamen falſâ ſuâ vocis ſignificatione fallunt, utpote cùm omnibus in locis ubi Marte meo nihil aſſeritur, Clariſſimos Autores meos laudem. Imò ſatiùs ego duxi ex variis prudentiæ civilis magiſtris optima quæque congerere, quàm propriæ induſtriæ viribus excogitata periculosè proferre. Nec ego meis verbis nobiliſſimum Germanicæ Pacis Inſtrumentum, illuſtrare volui,

ſui, nec debui; ſed ſi interpretatio aliqua inſtituitur, ea non privata, ſed publica planè eſt. Audio porrò nonnullos eſſe, qui in ſtylo meo etiam nonnihil deſiderent, quos tamen meminiſſe oportebat, me in hoc ſcripto oratoris Scholaſtici numeros minimè implere nec implere cupiviſſe, utpote quum hiſtoricus & mediocris dicendi character inſtituto meo magís arriſerit. Nihil inſuper magís odi, quàm affectatam ſcribendi obſcuritatem, quam multi ſcholarum Principes hodie non in ultimis laudum reponunt, qui dum intelligi nolunt, negligi cupiunt. Porrò B. L. te latere nolui, quid in hac iterata editione fuerit præſtitum. Paucis: Errata typographica, quibus prior editio mirum in modum abundavit à me ipſo jam ſunt ſublata, textuſque qui paſſim mutilati ſine capite & pedibus ferè in prima impreſſione apparuerunt, jam emendati apparent. Nullum inſuper folium hujus iteratæ editionis eſt, in quo non additiones, margaritæ atque flores Politici, adjunctis multis ſecretioribus actis, inſperſi appareant, ita vt vltra dimidiam partem hæc editio auctior prodeat. Additi denique ſunt ſex Indices, qui ad normam excerptorũ magno cum labore & curioſâ induſtriâ à me ſunt confecti, ut verè jam aſſerere queam, quòd hic liber, cuius corpus ſolùm antehac apparuit, nunc demum animâ, id eſt, indicibus augmentatus, perfectus, cæteris paribus tamen, dici & appellari queat. Vale B. L. & me adverſus omnes calumnias, quæ humanitas tua eſt, fortiter atque ſtrenuè defende.

INDEX
DISCVRSVVM
PARTIS PRIMÆ.

DISCVRSVS I. *Præliminaris: De ſtatu Religionis & Reipublicæ Imperij Romano Germanici à temporibus Caroli V. Imp. vſque ad annum* 1648. p. 1
II. *De Tractatu & Inſtrumento pacis in genere.* 138
III. *De iure publico in genere.* 151
IV. *De Germanorum Imperio Romano* 156
V. *De Germania ac Regno Germaniæ* 173
VI. *De Regno Galliæ.* 179
VII. *De Regno Sueciæ, Daniæ & Norvvegiæ.* 210
VIII. *De Imperatore Romano-Germanico in genere.* 229
IX. *De Conſtitutione ſeu Electione Imperatoris.* 238
X. *De Majeſtate Imperatoris & Regis Germaniæ.* 253
XI. *De Imperatoribus in ſpecie, ſive de ſtatu Reipublicæ Imperij Romano-Germanici à Carolo M. vſque ad Rudolphum I. Imper.* 268
XII. *De ſtatu Imperij Romano Germanici à Rudolpho I. Imper. vſque ad Carolum V. & de domo Auſtriaca.* 177
XIII. *De Regno Hungariæ & Bohemiæ.* 291
XIV. *De Ferdinando 2. & 3. Imperatoribus.* 295
XV. *De Rege Sueciæ, Guſtavo Adolpho & Regina Chriſtina.* 302
XVI. *De perpetuitate Pacis Vveſtphalicæ.* 307
XVII. *De Amneſtia belli Civilis Germanici.* 313
XVIII. *De ſtatibus Imperij in genere.* 317
XIX. *De Electoribus imperij.* 320
XX. *De imperij Principibus Eccleſiaſticis & ſecularibus.* 332
XXI. *De Prælatis, qui Principes non ſunt, Comitibus, Baronibus ac Civitatibus Imperialibus.* 374
XXII. *De Nobilibus Imperij immediatis.* 404.
XXIII. *De ſubditis Imperij.* 412
XXIV. *De Bavarica Electorali dignitate & de Maximiliano Bavariæ Electore.* 422
XXV. *De Octavo Electoratu, Carolo Ludovico Electore Palatino & de Rudolphina linea.* 432
XXVI. *De reſtitutione territorij ac iurium Sereniſſ. Electoris Palatini.* 446
XXVII. *De iis quæ Elector Palatinus vigore inſtrumenti pacis præſtare debet, item de iis quæ adhuc in favorem domus Electoralis Palatinæ conſtituta ſunt, item de reſtitutione Palatinorum, qui non ſunt ex Electorali linea.* 476

XXVIII

XXVIII. *De Controverſia Kitzingenſi.* 403.

XXIX. *De domo Vvürtembergica, eiuſque reſtitutione & immedietate* 485

XXX. *De Reſtitutione Marchionum Badenſium.* 495

XXXI. *De reſtitutione reliquorum Ordinum, qui præterito bello rebus ſuis fuerunt deſtituti.* 500

XXXII. *De Controverſia Iuliacenſi.* 515

PARTIS SECVNDÆ.

DIſcurſus I. *de Gravaminibus Imperii Eccleſiaſtici & Politici.* 1

II. *De Reformatione Chriſtiani cultus in Germania, illamque inſecuta Tranſactione Paſſavienſi & Pace Religioſa.* 6

III. *De ſpe Eccleſiaſtica in Imperio Concordia.* 20

IV. *De æqualitate inter Ordines reducenda.* 33

V. *De Republ. Imperii Romano-Germanici formâ hodiernâ.* 38

VI. *De Termino reſtitutionis in Eccleſiaſticis.* 48

VII. *De Reſtitutione ſive Paritate Vrbium Imperii quæ ſunt mixtæ religionis.* 54

VIII. *De cauſa Donavverdenſi.* 62

IX. *De bonis Eccleſiaſticis, eorum Origine & incrementis.* 68

X. *De Autonomia, ſive* vom Geiſtlichen Vorbehalt oder Freyſtellung der Religion. 84.

XI. *De Epiſcoporum Electione, jure Primariarum precum, annatis, juribus Pallij & menſibus Papalibus, &c. & Canonicis.* 90

XII. *De legitimatione Archi-Epiſcoporum, & Prælatorum Auguſtanæ Confeſſionis, à Catholicis tandem obtentâ.* 109

XIII. *De bonorum Eccleſiaſticorum Mediatorum reſtitutione Evangelicis facta.* 112

XIV. *De reſtitutione Nobilium & Vrbium Imperij.* 120

XV. *De Autonomiâ, Reſtitutione religioſâ ſtatuum mediatorum & ſubditorum, tam in Imperatoris hæreditariis Provinciis, quàm ſtatuum Imperij territoriis: item de jure reformandi, & libertate conſcientiæ ſubditis relinquenda.* 122

XVI. *De limitatione juris reformandi, & ſolutione Sacrorum Redituum.* 139

XVII. *De Iuris Diœceſani & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſuſpenſione, reſpectu Evangelicorum.* 145

XVIII. *De concionibus, diſputationibus & ſcriptis contra pacem Monaſterienſem inhibitis: Item de interpretatione Pacis Religioſæ.* 158

XIX. *De Conventibus Deputationum, imperij Collegiis: idem de ratione votandi in cauſis Religionis & Collectarum.* 163

XX. *De puncto juſtitiæ, & de antiquis & modernis Imperij Romano-Germanici judiciis, Camera Spirenſi, Iudicio Aulico, &c.* 177

XXI. *De Helvetiorum exemptione ab Imperio Romano-Germanico.* 236

XXII. *De Pace Religioſa ad Reformatos extenſâ, & trium Religionum in Imperio exercitio.* 242

PARTIS TERTIÆ.

DIſcurſus I. *De Iuribus Electorum, Principum, Comitum Baronum ac Civitatum Imperij Romano-Germanici.* 1.

II. *De Statu Politico Imperij ſive de Iuribus Majeſtatis Imperio toti, id eſt, Imperatori & Statibus in perpetuum aſſertis.* 13

III. *De Comitiorum frequentia & Defectibus eorum tollendis.* 28

INDEX DISCVRSVVM.

IV. *De Electione Romanorum Regis* 36
V. *De perpetua Capitulatione condenda.* 39
VI. *De Banni fulmine, ſive Excommunicatione Imperiali.* 48
VII. *De redintegrandis Imperij Circulis, de renovanda Matricula, & de Moderatione & remiſſione Imperij Collectarum.* 54
VIII. *De Statibus Imperij exemptis.* 61
IX. *De Reformatione juſtitiæ.* 66
X. *De Civitatum Imperij in Comitiis Voto Deciſivo, Iuribus ac Privilegiis.* 73
XI. *De Solutionibus debitorum calamitate belli depauperatorum, ſive:* Von Creditweſen. 79
XII. *De Commerciis Imperij eorumque oneribus removendis de Bulla Brabantina, Poſtis, Vectigalibus: & in ſpecie de Controverſia* wegen des Oldenburgiſchen Weſerzolls.
XIII. *De ſatisfactione Belgica Coronæ Sueciæ, ab Imperio praſtita, item de controverſia inter Regem Sueciæ & civitatem Bremenſem.* 94
XIV. *De Æquipollente Brandeburgico.* 112
XV. *De Æquipollente Mecklemburgico.* 118.
XVI. *De Familia & Compenſatione Ducum Brunſvicenſium ac Lyneburgenſ. per Inſtrum. Pacis obtenta; item de controverſiis eorum illuſtribus.* 121
XVII. *De uſufructu Chriſtiani Wilhelmi Adminiſtratoris Magdeburgenſis.* 131
XVIII. *De compenſatione & cauſa Haſſo-Caſſellanâ.* 132
XIX. *De executione, ratificatione & confirmatione Pacis Monaſterienſis.* 155

I.N.P.F.E.S.S.

I. N. P. F. E. S. S.

DISCVRSVS I.

PRÆLIMINARIS.

De

Statu Religionis & Reipublicæ Imperij Romano-Germanici à temporibus Caroli Quinti Imperatoris vſque ad annum 1648.

I. IMPERIVM noſtrum Romano-Germanicum præcipuè à ſeculo poſt Chriſtum natum XI. magnis motibus eſſe concuſſum, rerum Germanicarum annales Ottonis Friſingenſis, Radeuici, Cranzij aliorumque (quos inter congeſtos à Frehero, Piſtorio & Schardio Scriptores deprehendere eſt) ſatis luculenter teſtatur. Adeò cunctis magnis Imperijs ineſt quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur, vt grauiſſimè prudentiæ Politicæ magiſter *Tacitus*(l.3. Ann.c.55.) ſcribit. Placet magni cujuſdam viri de moribus noſtri Imperij judicium, quod non adeò pridem ex diſcurſibus illius tale excepi: *Nullam dari ſub Sole & Lunâ Rempubl. quæ tantis ac tam continuis ferè motibus agitata ſit, & adhuc agitetur, quàm Rempubl. Germanico-Cæſaream, idemque ipſi evenire, quod Sacro-Sancta Eccleſia, cujus navicula perpetuis agitata fluctibus nunquam aut raro in portu navigare queat. Diſputari hodie quidem inter Philoſophos de motu Phyſico cœli & terræ, quorum conflictus fortaſſis uſque ad finem ſeculi eſſet duraturus. Et quicquid ſit de motu Phyſico ſibi tamen vel ob ſolum motum moralem non tam procul à veritate abeſſe*

Imperium Germanicū motibus obnoxium.

Iudicium de motibus Imperij.

non videri, cum Copernico & Galilao de Galilais qui faciunt. Neminem enim tam in mundo hoſpitem eſſe, qui non in hiſce terris, Regnorum, Rerumpubl. & præcipuè noſtri Imperii Romano-Germanici anniverſarios quaſi motus non animadvertat. Imò in Civili Philoſophia contradictionem in adjecto eſſe: Reſpublicas, quamvis illuſtrem originem, & feliciſſimum florendi tempus habuerint, tamen ab omni mutatione tutas & immunes eſſe non poſſe: Subitum eſſe mortis venenum: Nihil ſtabile quod in mundo; nec perpetuum quod mortalium luminibus videtur. Hiſpaniam hodie foveri ambitione & conſtantia. Romam, quod Clavium Petri poſſeſſionem venditet, hoc unicè ſuperſtitioni acceptum referre debere. Reliqua omnia in Europâ dehiſcere, & ſingulis paucas Olympiades reſtare pro termino. Tandem Diſcurſum tunc ita finiebat: *Exponas mihi N. ullum Imperij Germanici ſeculum ſerenum, & Phyllida, ſolus habebit. Lilia quidem hodie ad invidiam uſque creſcere & excreſcere. Sed creſcant licet ad invidendam magnitudinem, & caput inter nubila condant; eam tamen Principatuum eſſe legem, ut lapſu graviore ruant, quemadmodum Poëta venuſtiſſimus animadvertit in caſu Ruffini.* Hæc ille. Ad quæ nil tum reponebatur quàm, Omnes agnoſcere ſatis infelicitatem ac mobilitatem pulcherrimi noſtri Imperii ſi modò infelicitas ſit, eſſe ſubjectum legi naturæ. Quæ verò cauſæ fuerint, quod Reipubl. noſtræ navis tantis fluctibus ſit agitata, paulo altiùs nunc eo, quo par eſt, candore repetam, veritate ſuo ſimplice amictu, quo gaudet & ſplendet maximè, in lucem producta,

Stet nobis veritas, ſtet tibi honor Deus.

Cauſa motuum in Imperio eſt ambitio Eccleſiaſtica & impura doctrina Romani Papæ.

II. Quum primùm Epiſcopus Romanus inter Eccleſiæ Patriarchas Primatum à crudeli, & deſide Imperatore Phocâ impetraſſet, Eccleſiaque Orientalis vinculum vnionis abrupiſſet; Romana Eccleſia, per mirabile ac monſtroſum caput ſuum, variis ſchiſmatibus laborare cœpit, adeò vt ob ambitioſum ſacerdotum tumorem ac ſuperciliosum (vt ſic dixerim) faſtum, Eccleſia, ſciſſo in partes toto Occidente, non biceps tantum, ſed & triceps extiterit. Quin & eò tandem adſcendit Romani Pontificis crudelis ſuperbia, vt ſeculo XI. filius ille perditionis, *Gregorius* VII. Hildebrandus [quem titionem infernalem cordatiores rectè vocant] ſe ante omnes Dei in terris Vicarios, rupto immani auſu legitimæ ſubjectionis vinculo, collocarit, Imperatoréſque & alios Chriſtiani orbis Reges, religioſo quodam prætextu, quaſi Chriſti Servatoris in Eccleſia verus vicarius ſit conſtitutus, ſibi ſubjecerit. Hinc illæ lachrimæ! Venenúmque hoc quum latiſſimè per Europam diſpergeretur,

Incrementa Eccleſiaſtici Imperii

præcipuè tamen Imperii noſtri Corpus lethalibus afflixit vulneribus. Hinc arſit undique bellis orbis terrarum, trucidati ab idolorum cultoribus Chri-

ſtiani; diráque excommunicationis fulmina in Chriſtos & vnctos Domini vibrata, denique omnis lapis à Sacerdote Romano motus, vt intolerabilem ſuam Hieromonarchiam ac horribile Pap-Imperium ſive καισαροπαπείαν conderet, ac bene ſtabiliret; vt veriſſimum ſit Germanorum noſtrorum proverbium: *Seit der zeit es mit bullen zu Rom gedonnert iſt nicht viel frucht in der Kirchen geſchaffet.* Satyricus noſtri ſeculi Philander von Sittvvaldt, ſive *Iohan Michaël Moſcheroſch* egregiè in rem præſentem: *O Heiliger Apoſtel Petre, vvie hat ſich das blat gevvendet! Et heiſſet nicht mehr VVeltliche Fürſtens herſchen; Ihr aber nicht alſo: Sondern; Ihr aber thut zvveymahl alſo.* Scilicet ex quo Epiſcopus Romanus lineas à Chriſto Servatore præſcriptas tranſilivit, ambitióque ejus & inaudita ſuperbia, quæ crudelitate gravior eſt bonis,omni metâ deſtituerentur, non tantum Eccleſiæ, verum etiam Reipubl. Imperii lentum venenum infuſum, quod vtrumque corpus & ſpirituale & civile, niſi aliud antidotum ex alto præbitum, planè tandem confeciſſet, & quod in ſpecie Rempubl. noſtram attinet, Imperium in ipſo Imperio fuiſſet quæſitum, non tamen inuentum. Nam qui ſec: XI. & ſequentibus inventi ſunt Pontifices, hi inuſitatâ rabie petulanter in Imperatores noſtros invadere, eoſque Imperiali throno deturbare conati ſunt. Tentavit id primum Gregorius ille VII. cujus paulo ante facta fuit mentio, cujuſque ante cæteros nobilitata eſt ambitio & crudelitas. Hic vt Imperij jura ad ſe raperet, diſſidiorum ſemina ſpargebat in Imperio, nec quieſcendum ſibi arbitrabatur, priuſquam ab Imperio Henricum Cæſarem removiſſet. Removit; & Rudolphum Suevum miſsâ coronâ ei ſubſtituit. Immanitas hæc erat plus quàm Turcica: Abſolutionem enim petebat à Pontifice Imp. ſed fruſtra: navis ſcilicet ſupplicabat ſcopulo. Incendium enim quod in Germania excitarat, non aqua ſed ruinâ reſtinguere cupiebat. Hildebrandi illius veſtigia ſecutus Innocentius III. poteſtatem reprobandi & reiiciendi electum Imp. ſibi arrogavit. Philippum Imp. excommunicare, in ejuſque locum ſubſtituere Otthonem Saxonem voluit; indéque bellum peſtiferum exarſit. Gregorius IX. excommunicato Friderico Imp. factiones exitioſas ſuſcitavit, crucem contra eum prædicauit, & vitam æternam promìſit omnibus, qui contra illum pugnaturi eſſent. Adeo

Papa Romanus Imperii peſtis.

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum:
Cuncta ferit, dum cuncta timet: deſævit in omnes,
Vt ſe poſſe putent. Nec bellua tetrior ulla
Quàm ſervi rabies in libera terga furentis.
Agnoſcit gemitus, & pœna parcere neſcit
Quam ſubiit, dominique memor, quem verberat, odit.

ut liceat ita Claudiani verſus (l.1.in Eutrop.v.181.) huc accommodare, & ulterius cum *Günthero* Ligurin. (l.6.) ita quærere:

Num Petrus? aut Clemens? num cætera turba piorum
Sceptra Latina dabat? Romanus tempore priſco
Pauper erat Præſul, regali munere crevit;
Nec tamen ut faſces, & regni jura Latini,
Vel dare præſumat, vel cuiquam tollere poſſit.

Quadrant huc verſus, quos *Chytraus* (in Delic.Itiner.p.147.) Neapoli in tormento quodam legi refert:

All andere Herſchafft iſt von Gott,
Zu Hülff dem Menſchen in der Noth
Ohn Satan vnd ſein Päbſtlich Rott,
Sind Herrn zu ſtifften Sünd und Todt.
Der Pabſt heiſt recht der Wilde Mann,
Der durch ſein ſtarckes falſches Bann
All Vnglück hat gerichtet an,
Das Gott und Menſch nicht leiden kan.

Vt veriſſimum ſit illud:

Es iſt kein kling die ſchärffer ſchiert
Dan ſo ein Pfaff almechtig vvird.

Quis ambitioni Eccleſiaſticæ occaſionem præſtiterit?

III. Fundamentum ac quaſi primum lapidem huic malo ac ſacerrimæ tyrannidi poſuit, vt dixi, Imperator *Phocas*, dum *Bonifacio* III. Gregorij M. ſucceſſori, nomen Oecumœnici, id eſt, vniuerſalis Eccleſiæ Præſulis conceſſit. Inde peſtilens ambitio ſacerdotalis, habenas minimè patiens, indies incrementa, Chriſtianæ Reip. luctuoſa, ſumpſit, ac poſtea ex ruinis Occidentalis Imperij nouum aliquod ac inſolens Imperium Romanum, à Ioanne Apocalyptâ in ſacris Pandectis depictum, extruxit, ac tandem, Aquilis Imperij per Carolum M. in Franco-Germanos tranſlatis, tacitâ Carolinorum Imperatorum conniuentia obtinuit. Error ille & Politicus ſolæciſmus ab Imperatoribus iſtis admiſſus, Equum Troianum, præcipuè Imperio noſtro immiſit, ex quo innumera mala dein prodierunt, quibus reprimendis neque Ottones, nec Henrici ac Friderici, quamvis maſculè jura Imperij propugnantes, pares eſſe potuere. Adeò verum eſt illud Ovidij:

Politicus error Imperatorum circa ſedem Romanam.

Principiis obſta; ſerò medicina paratur
Quum mala per longas inualuere moras.
VVen das Füncklein erſt herfür blickt
Ein Finger es gar leicht erſtickt.
VVens aber die Flammen erhebt,
Vnverhindert herumbher ſchvvebt,

So leſt es ſich nicht treiben ein,
Floß gleich herdurch beid Elb und Rhein. (*Froſchmeüſeler.* l. 2. p. c. 8.)

Nimirum omne Politicum malum die natali, facile extinguitur; quod dein, ſi ad robuſtam maturitatem perueniat, & virilem quaſi ætatem attingat, nec quicquam opprimere tentes. Nam principium dimidium totius eſſe dicitur, in quo peccatum, ſi uegligatur, pernitioſum eſt: Et, ubi fimbriæ duntaxat arroduntur, conſuli poteſt ſummæ rerum.

IV. In totis itaque turbis ac parietinis Eccleſiæ, quum Romanus ille Iupiter non tantum in corpora, ſed etiam in conſcientias carnificinam exerceret, dum fictitiis ſuis traditionibus, ſiue (vt loquuntur Pontificij) Verbo Dei non ſcripto, onus Ætnâ grauius fidelibus imponit; ad hoc, omnes Clerici ferè, craſſa ſacrorum dogmatum ignorantia laborarent, atque ita Chriſti ouiculæ ſub rapacibus quaſi lupis degerent: Tandem omnes boni gemere, ad Deum ſuſpirare, reformationémque, tot jam ſeculorum votis exoptatam, cupere. Notabilis ac credo digna eſt ſermo Imperatoris Caroli IV. in comitiis ad Legatum Papæ Epiſcopum de Canabe, talia verba, referente Zinckgreffio, proferentis: *Herr, der Papſt hat euch in Teutſchland geſandt, auß VVelchem ihr eine groſſe Summ geltes holet vnd VVegführet, ſonſten nicht reformirt in den Kirchen, nichts verbeſſert.* Cúmque *Cuno Comes de Falckenſtein*, Canonicus Moguntinæ Cathedralis Eccleſiæ ſimul adſtaret, tectus pileo, aureo gemmiſque diſtincto, idem Imperator pileum illum capiti ſuo imponens dixit? *Sehe ich nun in deß Cunonis Hut mehr einem Soldaten oder Geiſtlichen Mann ehnlich?* ad Gerlachum Epiſcopum Moguntinum ſe conuertens, hac ſeria admonitione vſus: *Ich gebiete euch auff den Gehorſam vnd Trevve, damit jhr mir verbunden ſeyd, daß jhr evvre Cleriſey reformirt, vnd den miſsbrauch in Kleidungen, Schuhen, Hueten vnd jhrem gantzen Leben abſchafft, oder nemmet jhnen jhre prebenden, vvan ſie es nicht thun vvollen, vnd vervveiſet dieſelbe in vnſere Rent-Cammer, damit ſie beſſer angeleget vverden.* Quam incredibili etiam Reformationis cupidine arſerit Imperator Sigiſmundus, ex Reform. ejus Politica apud Melchiorem Goldaſtum *von Haymensfeld* non poteſt non eſſe perſpicuum. Plura qui hac de re noſſe cupit, is adeat *Centurias Magdeburgenſes*, & *Alberti Crantzij* Metropolin, in qua morum in Eccleſia corruptio, & exlex Clericorum licentia vivis coloribus paſſim depingitur. Cæterum quis illis ſeculis tam animoſus erat, qui dicere auderet: *Papa quid facis? cur falſa dogmata, contra verbum Dei expreſſum, miſeris Laicis obtrudis?* audiuiſſet enim ſtatim primæ figuræ

Reformatio Eccleſia ſate plurimorum votu expetita.

Luxus Clericorum à Carolo IV. taxatus.

Papa eiúſque Palatini ab emendatione Eccleſia abhorruere, & adhuc abhorrent.

ſyllogiſmum, cujus *maior* igne, *minor*, enſe conſtaret, & cujus *concluſionem* neceſſariò mors ingrederetur. Experti hoc ipſum *Waldenſes* ſiue Pauperes de Lugduno, qui Papam Romanum pro Eccleſiæ capite non agnoſcentes, & aliquanto puriorem Chriſtianiſmum amplectentes, horribilem in modum à Papicolis perſecuti. P. Æmilius, nobilis Gallicarum rerum Hiſtoricus ita de hiſce: *Per idem tempus* (ſub Friderico II. Imp.) *ordines duo ſacri abrogati: Humilium, ita ſe vocitabant, & Pauperum, à Lugduno, conductore hujus ſuperſtitionis Waldone Lugdunenſi: à quo poſtea VValdenſes appellati ſunt, in Comitatu Tholoſatium reſidui.* Hæc ille. Cæterùm ſi dicendum quod res eſt, fuerunt pauperes de Lugduno, reliquiæ verorum Chriſtianorum, corruptiſſimo iſto ſeculo, multis mendaciis obruti, quaſi matrimonium damnarent, promiſcuos concubitus admitterent: Sed caput doctrinæ fuit, quod Pontifices Romanos Epiſcopos ſceleratorum, & Synagogam Romanam, cœtum inferorum vocitarent. Igitur Innocentius III. Papa an. 1212. claſſicum belli ſacri adverſus eos cecinit, eoſque igne, funibus, gladio, ſaxis perſecutus eſt. Quid Ioanni Huſſo & Hieronymo Pragenſi Conſtantiæ contigerit, annales ſub Sigiſmundo Cæſare minimè tacent. Res ſic ſe breviter habet: Habita eſt ſub Sigiſmundo Imp. an. 1414. Synodus Conſtantienſis, in quâ damnata ſunt dogmata Ioannis VVicleffi Angli, viri alioqui doctiſſimi. Damnatus eſt Ioannes Huſſus Bohemus, vir eruditione & ſanctimoniâ vitæ præclarus, qui etiam fide publicâ Cæſaris datâ & acceptâ illuc venerat. Sed capiebatur mox à Pontificiis, & in tetros recluſus carceres, ad revocandam ſuam doctrinam multum & improbè urgebatur: Tandem verò quum ſinceram doctrinam ſemel agnitam revocare nollet, crudeliter an. 1415. menſe Iul. vivus combuſtus, ac pari crudelitate ſublatus an. 1416 menſ. Majo, diſcipulus ejus Hieronymus Pragenſis, vir eo ſeculo præclariſſimus. Quæ poſtea inde ſubſecuta ſint, & quomodo Huſſitæ innocentium illorum martyrum necem grauiſſimè & juſtè ulti ſint, ex ſcriptis Æneæ Sylvii & Henrici Bullingeri peti poterit.

Waldenſes.

Ioannes Huſſus & Hieron. Pragenſis. Pontificum ſchiſma. Synodus Conſtantienſis.

Reformationis Eccleſiaſtica initiũ.

V. Satis diu ita in Chriſti vineâ graſſatus erat Romanus Papa. Sed pia & clementia fata tandem aliquando miſerum Eccleſiæ ſtatum reſpicere, illumque, Orco quaſi immerſum, rurſùs in priſtinam lucem, quâ ævo Apoſtolorum & in prima veluti Eccleſiæ infantia corruſcavit, reducere, & ab omni fermento Pontificio expurgare decreuerunt. *Huſſitæ* itaque primùm Bohemiæ, reſtitutione purioris Chriſtianiſmi, conſuluere, ac illo tempore Imperium noſtrum imperante *Sigiſmundo* graviſſimè fuit commotum armis Huſſiticis, ac præterea diuturno Pontificum Romanorum ſchiſmate, quod tandem in Conci-

lio Conſtantienſi ſubiatum fuit. Elegerunt tum temporis Cardinales, in contraria ſtudia diuiſi, Ioannem XXIII. Romæ, Gregorium XII. Arimini, & Benedictum XIII. in Hiſpaniis. Hi digladiabantur non de gloriâ Filii Dei, aut emendatione corruptæ doctrinæ ac deprauatorum morum, ſed, quis vrbi Romæ imperitaret? id vnicè pugnabant. Hi tres Papæ tandem in Concilio Conſtantienſi depoſiti, Eccleſiáque capite viſibili, videlicet Papâ Romano, [ſi Diis placet] quadriennio caruit, vt ſcribit Platina. Pendente ſic lite Pontificiâ; cauſa fidei quoque eſt in quæſtionem adductâ, quæ tamen in eodem concilio minimè componi potuit, vtpote quum *Ioannes Huſſius*, neglectâ publicâ fide, non auditus neque hæreſeos conuictus, tyrannico & plus quàm barbaro proceſſu damnatus, atque combuſtus eſſet. Paulo ante mortem hic generoſus Martyr ſpiritu Prophetico dixit: *Hodie anſerem vritis* [Huſs enim Bohemicâ linguâ ſignificat anſerem] *Sed poſt centum annos ex meis cineribus naſcetur cygnus, quem non poteritis aſſare.* Poſt Ioannem Huſſum ſimili ſupplicio vitam finiit diſcipulus eius *Hieronymus Pragenſis*, qui itidem rogo imponendus has protulit voces: *Poſt centum annos reſpondebitis Deo & mihi.* Vaticinii fidem comprobauit quoque euentus. Intercelleſſerunt enim inter finem Synodi Conſtantienſis [quæ an. 1418. menſe Maio finita] & initia diſputationum D. Lutheri anni centum. *Wiclefi* quoque corpus an. 1428. exhumatum publicè in Anglia crematum fuit, non aliam ob cauſam, quàm quod Wiclefus Ioannis Huſſi Præceptor, diſcipulo ſuo ſincerum de Deo ſenſum, & rectum in Deum cultum iuxta verbi Diuini cynoſuram inſtillaſſet. Concilio Conſtantienſi tandem finito ſubſecuta eſt an. 1431. *Baſileenſis Synodus*, in quâ de autoritate ac poteſtate Pontificia acerrimè certatum, tandemque decretum: *Concilium generale eſſe ſupra Pontificem, illudque poſſe Papam cognitâ cauſâ deponere, tribuenda eſſe ſuffragia non ſolis Epiſcopis, ſed etiam cæteris piis & doctis Viris, &c.*

Pontificum ſchiſma.

Ioannes Huſſus.

Hieronymus Pragenſis.

Ioannes VViclefus.

Concilium Baſileenſe.

VI. Tandem, quum Papæ, tergiuerſationibus ſubdoli, reformationem morum & doctrinæ in Eccleſia omitterent, ſecuta eſt ſuperiore ſeculo, calidis votis ſæpenumero exoptata, Eccleſiæ Reformatio, multáque regna & nationes à Papatu & tyrannide Pontificia ſeceſſionem fecere. Captiui enim, quum vndique per omnes quaſi rimas quærerent exitum, tandem *qua datâ porta* eruperunt, pullique quas ſpuria mater pro ſuis educauerat, adultiores facti, agnitâ veræ matris voce, vndique ad eam reuolarunt.

Reformationis Eccleſiaſtica progreſſus. Proteſtantiſmus.

VII. Nunc porrò, quomodo mota religionis anchorâ ſacrâ Imperij Germanici nauis fluctuarit & repreſsâ ambitione Eccleſiaſticâ, ciuilis ambitio Hiſpanorum non modò Germaniam,

Mutatio Reip. Imperij ſuper.

rieri ſeculo. verum etiam vniuerſam Europam in duas factiones, adhuc, in hodiernum vſque diem durantes, diſtraxerit occaſione reformationis religioſæ; ab ouo, quod dicitur arceſſemus, & quomodo tandem Pace Weſtphalica remedium huic malo in Germaniâ adhibitum, æqua veritatis lance liberabimus.

VIII. Primùm itaque in confeſſo eſt, quod ſub Carolo V. Imperatore, quum is ann. 1519. ad Imperium perueniſſet, illud in Eccleſia & Imperio propter religionem diſſidium ortum fuerit. Occaſionem huic rei dedit *Albertus* Marchio Brandeburgenſis, Moguntinus Archiepiſcopus. Quum enim is ad redimendum in curia Romanâ pallium, ingenti opus haberet pecuniâ, indulgentias Monacho cuidam *Ioanni Tezelio*, Pirnâ-Miſnico, in Summum Chriſtianæ religionis opprobrium diuidendas commiſit. Tezelius hic tandem moriens, cùm audiſſet, conſenſum eſſe in diſputationem Lipſenſem de indulgentiis, & aliis articulis controuerſis, pallido vultu exhorrens dixit: *Das walt der Teuffel.* Tezelius iſte ſimplici vulgo perſuaſerat inſigni audacia: *Repentè ad tinnitum æris in peluim coniecti, defunctorum animas, ab inferis extractas, in cælum ſubuolare,* provt Fabricius in Originibus Saxonicis (lib. 7.) refert.

Occaſio diſſidij religionis in Imperio exorti.

Ioan. Tezelius.

Indulgentiæ.

IX. Huic inſolentiæ primùm apud Saxones ſeſe oppoſuit *Diuus Martinus Lutherus*, Iſlebij natus, qui ann. 1517. indulgentiarum Thraſonicarum occaſione, Reformationem Eccleſiaſticam feliciter, & non quidem bonis auibus, ſed bono cùm Deo inchoavit, vt videre eſt apud Sleidanum, Thuanum, Chemnitium (*in Exam Concil. Trid. part. 4. de indulgent.*) & imprimis *Ioannem Mathesium*, (*in vita Lutheri*) atque *Philippum Melanchtonem*, *Communem Germaniæ Præceptorem* (*de vitâ & actis Martini Lutheri.*) Lutherus ille Theander initiò non Theologiæ, ſed Iuriſprudentiæ operam dedit: Poſtea tamen voto Monachatus ſe obſtrinxit, & inuito parente ingreſſus eſt Monaſterium ordinis Auguſtini Erfurdiæ d. 17. Iul. ann. 1505. In quo vitæ genere Sacras literas diligenter euoluit, vt meritò Theologorum Princeps, Daduchus & Coryphæus poſteà audierit (*Vid. Pl. Reuer. Dn. Titium in vindicat. Aug. Confeſſ. pag. 77.*) qui verè Eccleſiam, quam terream initio accepit, marmoream nobis decedens reliquit. Ejus præclara vox aliquando fuit excepta: *Die bibel were ein ſchöner Baum, mit ſchönen äſten geziert, an welchem kein Blat were, welches er nicht mit ſeiner hand angeruhret.* Hic D. Lutherus. (*vt etiam hoc modo digitum Dei animaduertere poſſimus*) nil minus cogitauit, quàm integrum Papatum reformare. Initiò enim, quum contra indulgentiarum impios præcones ann. 1517. d. 31. Octobr. Wittebergæ 95. propoſitiones affigeret, Papam adhuc pro Eccleſiæ capite agnouit, ejuſque cenſuræ

D. Lutherus.

ſcripta

ſcripta ſua reverenter ſubmiſit, tantum emendationem diſciplinæ Eccleſiaſticæ petens. Hæc diſputatio præter omnium opinionem anſam ſalutari reformationi dedit.

X. De cauſa Lutheri varia tum temporis variorum fuere iudicia. *Carolus V.* Imp. aliquando dixit de Luthero: *Unus homo ſcribendo nobis perdidit rem:* Aliquando tamen ad Clericos idem Imper. dixit: *Wveret ihr Pfaffen fromb, ſo hättet ihr keines Luthers vonnöthen.* Ipſe *Fridericus Elect. Sax.* cognomento Sapiens, quum Lutherus ſe primum Pontificiis opponeret, ita de hac ſanctâ causâ judicavit: *Ich vveiß nicht vvas recht oder unrecht in dieſen dingen iſt: Wan ich es aber vviſte, ſo hat Gott meinen Bruder und mir eine armuth gegeben: Ehe ich aber vvider Gottes Wvort mit vvillen handlen vvolte, ehe vvolte ich mit einem vveiſſen ſtab darvon gehen.* Albertus *Crantzius*, Eccleſiæ Hamburgenſis Canonicus, & Hiſtoricus celeberrimus, lectis Lutheri de indulgentiis propoſitionibus, dixiſſe fertur: *ô Frater, Frater: abi in tuam cellam, & dic: Miſerere mei Deus*, ſignificans conatum tantæ rei irritum futurum. Sed Monachus quidam propè Ritterfeld in Saxonia aliter auguratus dicens: *Ha, ha, venit iam is, qui nos rectè tractabit:* indignatus ſc. fuit: quod clerus reverentiæ & pietatis repagula tranſiliret, monitoribus aſper. Sanè D. Luthero notum quidem erat dictum Ambroſij: *Aufer argumenta, vbi fides quæritur: Piſcatoribus creditur non Dialecticis*: cæterum ſpurias ſuperſtitiones Papales, in Eccleſiam inuectas, meritò redarguit. Ipſe *Laurentius Surius* (*in comment.* p. 123.) confitetur Eccleſiæ Romanæ quoſdam deformes abuſus. Idem quoque fatetur Romanus Pontifex *Hadrianus* Vltraiectinus, vt videre eſt apud Fridericum Hortlederum (*de cauſ. Bell. German.* l. 1. cap. 1. *fol.* 5. *num.* 15.) corruptelas quoque ſanæ doctrinæ in regno Papali dilucide exponit David Chytræus (*in Hiſtor. Aug. Confeſſ. p.* 610. *add. Stattliche außführung der Proteſtirenden vvider* Pij IV. concilium ap. Hortled. tr. cit. l. 1. c. 47. fol. 667. num. 58.) Hæ erant favorabiles cauſæ, quæ Lutheri pium zelum contra Eccleſiam Romanam excitabant; non verò quas fingit Caraffa Cardinalis (*in German. Sacr. Reſtaur.* p. 11.) & Natalis comes (l. 1. *Hiſt. ſui temporis*) multo minus ea, quam Henricus Iunior Dux Brunſ. à Dd. Pontificiis malè informatus (*in ſuis invectivis in Lutherum ap. Hortleder. Tr. cit.* l. 4. c. 16. *fol.* 1361. nu. 75.) affert; vt ita facilè pateat omnes Pontificios Hiſtoricos, dum Evangelicæ Reformationi motus civiles in Germania attribuunt, fallaciam non cauſæ vt cauſæ committere. Pontifex enim Romanus clarâ Evangelij luce traditionibus ſuis, Cameræ Apoſtolicæ valde proficuis caliginem & tenebras induci, videns Lutheri nov-antiqua dogmata cùm Palatinis ſuis minimè ferre poterat. Vnde *Lutherus* dicere ſolitus: *niſi ego*

Iudicia de Lutheri conatu.

Defenſio Lutheri.

Corrupta Chriſtiana doctrina Reformationi religioſa cauſam dedit.

fuiſſem mordax Papa fuiſſet vorax. *Dominus* quidam *de Rauenſtein* tum temporis de Lutheri cauſa in convivio Regali interrogatus, referente Zinckgreffio, reſpondit: *Es iſt in* 100. *Jahren einmahl ein Chriſtlicher Menſch auffgeſtanden, den wolte der Pabſt gern tod haben*: Hiſpani quoque, quum Regem Galliæ non obſcurè Evangelicis favere animadverterent, Pontificem, multorum abuſuum & corruptelarum ab Evangelicis reum poſtulatum, omnibus modis ſtatuminandum, ob proprium inde redundans commodum, putarunt; vt ita ambitio Papæ, communibus viribus non repreſſa, & Hiſpanorum vniuerſalis Monarchiæ meditatio, quæ occaſione Reformationis religioſæ commodè executioni mandari poterat, in cauſa plurimis fuerit viſa, quòd imperium noſtrum tantopere afflictum atque conquaſſatum ſit. Verum de hac re infra pluribus agetur. Iam rurſus ad propoſitum.

Cauſa motuum Imperij.

Cauſa quare Lutheri partibus tot Illuſtres perſonæ acceſſerint. Eccius. Prierius Hogſtratus. Leo X. Papa.

XI. Quum itaque Divi Lutheri diſputatio contra indulgentias (*ablaß krämerey*) ſatis plauſibilis eſſet, multi ſtatim Principum ac Civitatum & magna populi pars ei favere cœpit, cum ſtudio reformandæ religionis, tum quod Caroli V. potentia, nimium increſcens, ipſis valde fuerit ſuſpecta (*vide Thuan. lib.* 1. *Hiſt. & Guiccardini lib.* 13. *Hiſt.*)

XII. Cœpit verò cauſa Lutheri diuerſimodè ventilari, ipsîque verbolis ſcriptis ſeſe oppoſuerunt *Ioannes Eccius*, *Sylveſter Prierias*, Dominicanus & ſacri Palatij Magiſter, vt & *Iacobus Hogoſtratus* itidem Dominicanus. Lutherus, Theſes ſuas de indulgentiis ipſi *Leoni X*. Papæ dedicavit, eiúſque cenſuræ omnia ſubiecit. Leo hic, aliàs Ioannes Medices Florentinus, Machiavellicis artibus erat inſtructus; doctrinam de Chriſto putans commentitiam, apertéque profeſſus ſe mirari, quod regnum Sacerdotale, meris nugis innixum, tamdiu ſtare poſſet. Cæterum non profuere eius artes adverſus Evangelium, & regni Chriſti reſtitutionem, cujus luculentum præſagium fuit, quòd Carolo V. initio huius ſeculi an. 1500. nato, Abbates ad baptiſterium dono obtulerunt Vetus & Novum Teſtamentum, cum hac inſcriptione: *Scrutamini Scripturas* (*Pezel. in Mellif. Hiſtor. p.* 682.)

XIII. Lutherus hactenus Papæ autoritatem nequaquam violare in animo habebat, vt antea num. 9. diximus; ſed tantùm (*referente Surio, Monacho Colonienſe Carthuſianorum ordinis*) quia non parvi abuſus indulgentiis evulgandis ſeſe immiſcuerant, in indulgentiarum immodicos quoſdam & ſordidos ebuccinatores invectus eſt, illoque ſacrâ poteſtate abuti querebatur in literis ad Albertum Moguntinum Archiepiſcopum, quas videre eſt apud *Ioannem Sleidanum*, diligentiſſimum Scriptorem (l. 1.) Cæterum Lutherus a Leone Papâ

Ro-

Romam citatus, Auguſtæ Vindelicorum, interpoſitione Saxoniæ Electoris, à *Caietano* auditur, vbi, quum trium ſyllabarum vocem: *Re vo co,* erroris nondum conuictus, enunciare recuſaret, cum minis dimiſſus prouocat primum ad Pontificem, dein à Pontifice ad Concilium. Quúmque Caietanus *Fridericum Sax. El.* moneret, vt Lutherum, vel Romæ ſiſtat, vel è finibus ſuis ejiciat. Sapientiſſimus Princeps reſpondit: ſibi hoc non eſſe integrum, cum error Lutheri nondum ſit commonſtratus. Idem ille Princeps, ſuperioris ſeculi Salomo, quum Luthero validiſſimè fauere inciperet, & quidam ad illum ſcriberet: *Er ſolle ihm den Papſt nicht zum feind machen, dann er vvere faſt mächtig:* reſcripſit in hunc modum: *Iſt der Pabſt Gott, vvie die ſeinen fürgeben, ſo forchten vvir uns nicht für ihm, vveil vvir begehren ſeine Lehre zufordern: Iſt err dann ein Menſch, ſo haben vvir hertzens genug uns für ihm zu beſchützen: Iſt er dann der Teuffel, ſo fragen vvir nichts nach ſeiner feindſchafft: vvil er kriegen, ſo haben vvir Chriſtum auff unſer ſeyten, und vvollen ſiegs genug erlangen, dievveil vvir durch leben und ſterben die herrlichkeit Gottes preiſen.*

Caietanus. *Fridericus ſapiens.*

XIV. Quum itaque Lutherum Romana veſtigia, ſemper introrſum nunquam retrorſum ſpectantia, terrerent; rugiens ille Leo Papa bruto fulmine ſuo illum quaſi hæreticum excommunicavit: ann. 1520. ejúſque libros exuri mandavit, quâ præfervida ſeueritate irritatus Lutheri animus (*vide Thuan. lib. 1. Hiſt.*) omnino ſe à Romana Eccleſia ſeparauit, Leonem Antichriſtum prædicauit, ac diploma ejus juſque ipſum Pontificium Vvittebergæ in flammas projecit, addens illud Samſonis heroïcum: *Quemadmodum fecerunt mihi, ita feci eis.*

Error Leonis Papæ.

Nonnulli è Pontificiis hunc Leonem imprudenter egiſſe dixerunt, quòd damnata Lutheri cauſa, quæ initio Pontificis majeſtatem non adeò lædebat Syluestro Prierati & Sociis acceſſerit: quinimo ſatius fuiſſe libertatem calami, quem vtrinque Pontificis cenſuræ ſubjiciebant, in Monachis ferre, ſibique ſemper integrum ſeruare judicium, quàm præcipiti damnatione alterius exaſperare ingenium. Cæterùm quum per latus ita clanculum peteretur adſcititia Papæ majeſtas, etiam in fatis eſſet, monſtrum illud Babylonicum) quod jam olim *Ludovicus XII.* R. Galliæ tollere voluit, cuſo aureo nummo cum hoc elogio: *perdam Babylonis nomen, Thuan lib. 8 Hiſt.*) ad caſum dare, ideo rugientis illius Leonis ſenſus, manum ita injectantibus fatis, hebetatus & obtuſus, vt, quod accidit, meritò acciderit. Diuina enim Nemeſis ex abdita quadam æternitate omnia deſpectat terrena, impiorúmque quos evertere vult, conſilia corrumpit. Hæc vt regina cauſarum, & arbitra rerum, vrnam ſortium temperat, & humanam voluntatem, multiplices actus permutando, convolvit.

Ludovicus XII. R. Gall. Reformatio à Divina Providentia arceſſenda.

Lutherus ab ipſis Pontificiis ad Reformationem religioſam inſtigatus.

XV. Lutherus itaque aura afflatus divinâ, anſaque non tam vltro arrepta, quam vel nihil aliud cogitanti ab ipſo Pontificiorum grege propemodum obtruſa, opus reformationis aggreſſus, atque puriorem Chriſtianiſmum toto mundo frendente & fremente ſine vllâ vi externâ ſolo calamo mirabiliter Spiritus S. gratia propagavit, juxta verſiculum.

Lutherus decimum confecit ſtrage Leonem.
De clavâ noli quærere: penna fuit.

Qualis proceſſus in negotio Reformationis ſacra in Imperio adhibitus.

XVI. Ex ante dictis cuilibet bono cordatóque facilè, vt puto, apparebit, ex quo fonte motus & diſſidia in Imperio Germanico ſint prognata: Carolus autem Cæſar, quum animadverteret ex religioſis hiſce controverſiis, magnas exorituras eſſe mutationes in Republ. Imperij, multum & ſæpius cogitavit, quomodo, in ipſa quaſi herba naſcentes atque gliſcentes religioſas contentiones poſſet extinguere. Adeo verum eſt illud quod rythmis Germanicis *Georg. Rollenhagen* canit, in elegantiſſimo pariter ac civiliſſimo libello, quem Froſchmeuſeler inſcripſit (l. 2. in Summ.)

Es pflegt aber alſo zu gehen,
Das groſſe Verenderung geſchehen,
VVen Kirchenlehr verendert vvird,
Ob ſichs gleich vvol, oder nicht gebürt.
Vvie man ſonſt ſpricht: In Gottes Namm
Fange ſich alles böſes an.

An Verò Victorioſiſſimus ille Imperator congruis remediis fuerit vſus judicent alii; Dabitur aliàs de eo negotio diſſerendi locus. In hiſce arctis atque periculoſiſſimis Imperij negotiis laudanda eſt Friderici El: Sax. prudentia, qui apud Cæſarem Carolum effecit, vt Lutherus VVormatiam evocaretur, atque ibi coram audiretur; id quod contigit ann. 1521. d. 16, April. poſtquam antea Potentiſſimus ille Cæſar Luthero de ſecuro aditu atque reditu caviſſet. Nonnulli quum Lutherum dehortarentur, ne VVormatiam adiret (Cuilibet enim eſſe notum, Conſtantienſis Concilij decretum, ſc. Hæreticis non eſſe ſeruandam fidem: Pontificios autem Lutheri doctrinam amplectentes pro talibus, quamquam ſine S. Scripturæ ſuffragio, reputare:) Hiſce tamen non obſtantibus Megalander iſte cauſam diuinam deſerere noluit, ſed fide Imperatoris tutus Vangionum vrbem adiit. Notata eſt ejus heroica vox, antequam VVormatienſe iter ingrederetur: *VVan auch ſo viel Teuffel zu VVorms, als daſelbſt ſteine auff den Tächern vveren, vvolte er doch dahin ziehen.*

Fides data etiam hæreticis ſervanda.

Lutheri acta Wormatiæ.

Fiducia ergo ſacroſanctæ cauſæ fretus VVormatiæ comparuit Lutherus, & ibi, factâ dicendi copiâ, egregiè atque feliciter rem geſſit.

Eccius

Eccius, fatuus ille Lutheri antagoniſta, turpiter ſanè ibi atque Sophiſtarum in morem ſe geſſit, prout ipſe Lutherus ad Lucam ciuem Wittebergenſem, compatrem ſuum Laconico more referente *Dn. Strauchio* [*in diſſert. Exoter.*] ſcripſit, nempe quæſitum eſſe, prolatis ipſius libris: *Sind die Bücher dein? Ia. Vvilſtu ſie Wiederruffen? Nein. So heb dich.* Carolus verò Imperator hiſce comitiis Lutherum accitum, atque intrepide profeſſum veritatem, vt Leonis Papæ gratiam, aduerſus Regem Galliæ ſibi apprime vtilem, aucuparetur, illaudabili ſanè proceſſu d. 8. May proſcripſit. Dolendum profectò quod Cæſar quaſi non ſui juris à Romano Papâ pendere non rarò cogatur. Ex Romaniſtis non pauci fuere, qui Cæſari tum in aurem inſuſurrarunt: Vtendum nunc eſſe occaſione, atque hæreticum illum [ſcilicet!] Lutherum Huſſiticum in modum flammis eſſe exurendum. Verum generoſa fuit Cæſaris vox, quâ impios Romanenſes faceſſere juſſit, dicens: *Weil D. Luther ſich vff vnſer Kaiſerlich Vvort vnd verſprochen Gelaid hiehero* [*nach Vvorms*] *begeben; als vvollen vvir in keinem vveg geſtatten, daſs ihm das geringſte leid zugefüget vverde. Dan vvan ſchon Treü vnd glauben von der ganzen vvelt vertrieben ſein ſolte, Vvill es ſich doch gebüren, das derſelbe noch bey einem Keiſer gefunden vverde.* Publiâ itaque ſecuritate Lutherum domum remittendum curauit. Præcipuè Eckius Theologus cum Lutherus Vvormatiam veniſſet, in eum eodem iure iiſdemque pænis, quibus in Huſſum & Hieronymum animaduerti cupiebat, quem eadem impietate, quâ illos, obligari diceret, ac fiducia Conſtantienſis decreti, fidem hoſtibus fidei non eſſe ſeruandam, contenderet. Sed nemo fuit, qui Eckium non apertè execraretur, ac decretum illud improbaret, teſte *Bodino* [l. 5. de Repub. c. 6.] Et rectè quidem: Si enim turpe eſt hæretico fidem datam ſeruare, turpius eſt dediſſe: Si bonum fuit dare fidem, cur non itidem bonum ſit, eandem ſeruare? Proponenda itaque potius quæſtio: An hæretico fides danda? Vbi enim fidem ſeruare turpe, eadem non eſt danda, ut præclarè ratiocinatur *Boxhornius* [l. 1. Inſt. Pol. c. 11.] Vid. Schulteſij & Molani Tract. de fide hæreticis ſeruandâ. *Campanella* (de Monarch. Hiſpan. c. 27.) impiè ita aſſerit: Carolum V. Imp. malè feciſſe, quod Lutherus è Comitiis Vvormatienſibus & Auguſtanis vivus dimiſſus ſit. Putat hoc Carolum V. Politicâ ratione feciſſe, ſcil. vt haberet Papa quem timeret, & conſtringeretur ſemper ab Imperatoris partibus ſtare. Addit hoc contra omnem rationem Politicam factum eſſe, & Carolum generoſâ quadam pietate deceptum fuiſſe. Idem callidus dolorum & machinationum Machiauellicarum faber ſcribere non veretur: quod Carolus V. rectè quidem promiſſa ſeruauerit Luthero in ipſis Comitiis; at poſt in do-

Caroli dictũ de fide ſanctiſſimè ſeruanda.

Campanellæ iudicium de fide Luthero ſervata.

muitione illum eundem opprimere debuiſſe. Hem aſtutias! Rectius *Andreas Fachineus* (l. 9. Controv. Iur. Civil. ſ. 59.) ſcribit: quod ſceleratiſſimus juris naturalis vſu privari non poſſit.

Lutherus exulans in Pathmo ſuo. Wardberg.

XVII. Proſcripto Luthero, Fridericus Elector, capiti eius metuens, è nobilitate nonnullis, de quorum fide compertum habebat, negotium dat, vt in locum quendam ſecretiorem illum deducant. Latitauit itaque in Comitatus Mansfeldici arce *Vvardberg* non procul ab Eiſenaco, ex qua ſui eremo & veluti Pathmo varias epiſtolas ad amicos & libros etiam emiſit. Diſcedente verò è Germaniâ Cæſare, 1522. menſe Martio Vviteburgam rediit, reſque Eccleſiæ ibi perturbatas reſtituit.

Remedium diſſidij religioſi.

XVIII. Fundamento Reformationis ita jacto partium religione diſſidentium ſtudia in Imperio vehementer aucta. In conventu itaque Noribergenſi decretum an. 1524. d. 18. April. vt de voluntate Cæſaris Pontifex in Germaniâ primo quoque tempore concilium indicat. Salutare ſanè erat hoc conſilium, quod quamvis ſæpius ab Evangelicis ſub incudem revocatum, variis tamen Romani Pontificis artibus eluſum.

Ruſticorum tumultus.

XIX. Exortâ in hunc modum libertate Evangelicâ an. 1525. menſe Martio exortus in Imperio ruſticorum maximus tumultus adverſus legitimos ſuos magiſtratus. Hi per phanatici ſpiritus hominem *Thomam Münzerum*, qui turbulentis ſuis concionibus ſimplices animos ad ſeditionem efferebat. (*Vid. de hac re Sleidanum* l. 4. *Hiſt.*) Sceleſtis ſuis conatibus obduxerunt cauſam, quaſi & Evangelij doctrinam tueri, & ſervitutem à ſe profligare vellent, libertatem venandi, & alia, quæ Sleidanus memorat, repetentes. In vexillis ſuis rotam pictam gerebant, vnde adhuc hodie ſeditioſos homines vocamus *Die Rädlins führer.* (Vid. *Zeiller.* Epiſt. 351.) Cæterùm hi brevi intra legitimos obedientiæ tramites redacti, fuſi, fugatíque virtute *Philippi, Haſſiæ Landgravij*, qui quum multos captivos catenis colligari curaſſet, interque illos vnum ſtaturæ minoris quæſiviſſet: *Ob er nun gedächte der Obrigkeit gebürenden reſpect zuerzeigen?* R.

Münzerus.

Rädleins führer.

Keine klinge iemahls ſchärfer ſchiert
Den vvo ein Baur almechtig vvird.

Landgravius hoc reſponſo adeo delectatus, vt malo ſuo infelicem ruſticolam liberum eſſe iuſſerit.

De hoc ruſticorum bello egregium judicium *Ioannes Saxoniæ Elector*, præſente Luthero, tulit: *Gott hatt mich zu einem Fürſten gemacht, das ich mit viel Pferden reiten kan: vvil er mich nicht alſo bleiben laſſen, ſo vvil ich gern nur mit vieren, ja mit zvveyen reiten.* Item: *Vvil mich Gott laſſen einen Fürſten bleiben, vvie bißhero, ſo geſchehe ſein vvill:*

vvill: vvo nicht, ſo kan ich auch ein ander Mann ſein. Cæterùm turbidus hic Demagogus Münzerus, concionator Alſtetenſis fanaticus fax & tuba huius belli, captus, capite pœnas dedit. Franciſci etiam Sickingi aduerſus Treuirum Archipræſulem ſeditioſæ molitiones, Münzero interempto ciciderunt. Erat is uir fortis, & militiæ ac liberalium artium peritus, nobilis, doctrinæ Lutheranæ ſtrenuus aſſertor. Cæterùm quum in crimen fractæ pacis publicæ incidiſſet, obſidetur in proprio caſtro. *Landſtul*, & trabe decidente ictus, interiit. Talis labor talem quoque mercedem inuenit.

Franciſci Sickingi moliſiones.

XX. Euangelii doctrina latiſſimè in Imperio ſe diffundente, ann. 1529. d. 13. Octob. Spiræ Cæſar Proteſtantibus injunxit, vt decretum VVormatienſe (quod maioribus Catholicorum ſtatuum votis de perſequendis Lutheranis erat ſancitum) ratum haberent, addita ratione quod moribus ſit receptum, vt, quod maior pars Ordinum Imperii ſanciuit, paucis quibuſdam reſcindere non liceat: Euangelici animadvertentes pluralitate votorum religioſas controverſias decidi, pluréſque Epiſcopos & Principes contra Lutheri doctrinam conjurare; proteſtati ſunt contra illorum decreta, vnde *Proteſtantium* nomen in Comitiis Spirenſibus ann. 1529. iis impoſitum, quorum capita fuerunt Ioannes Elect. Sax. & Philippus Landgravius Haſſiæ (*Vide Thuan.* l. 1. *Hiſt. p.* 26.) Reliqui erant Georgius Brandeburgicus, Erneſtus & Franciſcus Lunæburgenſes, Anhaldinus, quibus XIV. Civitates ſe adiunxerunt. Hi omnes cum palam proteſtati eſſent, quod decreto Spirenſi minime parere velint nec debeant, ad Cæſarem & ad futurum ſiue generale ſiue nationale Concilium, ad omnes denique non ſuſpectos iudices provocarunt, & novum illud decretum, legatis etiam in Italiam miſſis, deprecati ſunt. Legati iſti, quum appellationem iſtam Cæſari inſinuaſſent, ab eo detenti ſunt.

Pluralitas votorum in religioſis negotiis in Imperio Proteſtantiſmū peperit.

Proteſtantes.

XXI. Proteſtantes hac de re certiores facti, ann. 1529. ſub finem Novembris Smalcaldiæ conuentum indixerunt ibique ne quid Evangelica Reſpubl. detrimenti capiat ſollicitè prouiderunt. Motus eſt tum conſcientiæ caſus: *An Proteſtantibus iure liceat adverſus Imperatorem, arma intentantem, ſe deſcendere?* Conſultus hac de re Lutherus & alii ex juris naturæ principiis reſponderunt, defenſionem adeò eſſe naturalem, vt, ſecundum ICtorum formulam audacem ne Diabolo quidem neganda ſit. Et fluctuavit quidem in hoc nodo diſſolvendo Lutherus, ut & reliqui Theologi. Plenius hac de re agit *Hortleder* (Tom. 11. act. publ. l. 1. & 2.) & *Strauch.* (Diſſ. Exoter. 9. n. 13. 14.) Lutherus tamen in dubiis hiſce caſibus magis animosè ſe geſſit, quam Philippus Melanchton. Cæterum hæc quæſtio non e-

Proteſtantium contra Cæſarem inſurrectio an licita fuerit.

rat decidenda ex principiis iſtis Philoſophicis; ſed ex Reipubl. noſtræ interiori ratione. Cogitare debuiſſent illo ſeculo Rempubl. Imperii eſſe mixtam, atque Proteſtantes illius Reipubl. partem conſtituere, illoſque Cæſari quidem eſſe ſubjectos, ſed vſque ad aras. Mauritius El. Sax. quum bello adverſus Carolum Imp. ſe accingeret, hoc paulò altius in pectore volutaſſe videtur; de quâ re infra plenius dabitur dicendi occaſio. Hodie adhuc multi reperiuntur Theologi, qui putant difficile eſſe, arma ſumere propter religionem, in qua mente etiam fuiſſe videtur optimus noſter B. Georgius Calixtus, Theologus Helmſtadienſis. Quod tamen ſimpliciter non adeo aſſerendum eſt. Diſtinguendum enim hic inter bellum religionis defenſivum & offenſivum. Illud juſtum; hoc injuſtum pronunciamus. Offenſivum autem tale eſt, quod geritur propter ampliandam regionem, & cujus ſcopus non eſt religio, ſed regio. De priore bello verum eſt illud Germanorum noſtrorum?

An liceat arma ſumere propter religionem: Religion Krieg.

Vor Gottes VVort und Vatterland
Nimbt man mit fueg das Schvverd zur Hand.

Quo collimat etiam illud proverbium: *Pro aris & focis*; ſcilicet ſi alia media ad tuendam religionem deſint. Sed vt ad propoſitum revertamur, ſi Theologi & Icti ſuperiori ſeculo conſideraſſent ſtatum Germaniæ noſtræ mixtum, facile fuiſſet Principes Poteſtantes defendere. Si enim ſtatuimus Imperatorem agere cum Statibus quaſi ſubditis, forſan non adeò maſculè illi excuſari haut poſſent, quin à rebellionis nota vix immunes eſſent. Sed ſi pro fundamento ponas (uti certè ponere debes) quod in ſtatu Imperii mixto Principes quoque de majeſtate ejùſque juribus participent, tunc utique Cæſari, circa jura ſacrorum Statibus Euangelicis ſe opponenti, rectè & bonâ conſcientiâ reſiſtere poſſunt. Cui enim competit jus aliquod, majeſtatis gladio id defendere poteſt contra quemcunque. Ita quoque præterito tricennali bello Lipſiacum fœdus defenſivum an. 1631. inter Proteſtantes initum nunquam excuſari poſſet, ſi non perpendas ſtatum Imperii. *Solche Reichshändel müſſen auß dem fundament des Staats ervvogen vverden.* Sed rurſus ad rem. Proteſtantes itáque quum viderent Imp. Carolum ann. 1526. conditionibus ſibi valde vtilibus, cum Franciſco R. Galliæ, ſuo tum jure belli captiuo, pacem iniiſſe, iſtóſque potentiſſimos Monarchas vnà armis religionem Proteſtantium debellare conſtituiſſe, quis non fatebitur, æquum, dignum ac juſtum eſſe, ſi pro juribus ſuis aſſerendis initium fœderis fecerint, vt ſi quem Euangelii cauſa periclitari contingeret, mutua ſubminiſtrarentur auxilia. Euangelici Principes enim facile ſubodorati victorioſum ac felicem iſtum Imperatorem, ſpecie Pontificæ religio-

legionis defendendæ, aliquid altius moliri, quod Principum Stomachi concoquere nequeant. Cæterum de hoc argumento infra plura afferentur, quando agemus de Bello Smalcaldico. (*Conf. Thuan.* l.1. *Hiſt.* p. 42.)

XXII. Interea loci dum Proteſtantes rebus bene conſulunt, Carolus Imperator, quum Bononiæ coronam Imperij à Pontifice ſuſcepiſſet, omnibus nervis id, Papâ quamvis reluctante, egit, vt Concilium, ad tollenda in religione diſſidia indicatur. Contra Papæ mens fuit: eſſe longe optimum factuque facillimum, ſerio Edicto abſolutóque imperio hos turbarum fluctus componere, & vim atque arma potius decernere, quam licentiæ populari, Magnatum ambitioni, frænum laxare. *Das war ein ſchöner Rath welcher ſo glat gieng wie ein Aal.* Etſi verò hiſce verborum ponderibus ſenex iſte juveni hoc perſuadere voluerit, ille tamen, vt obtineret concilium tam prudenter tamque animosè omnes ejus rationes è veſtigio confutavit, vt raram prudentiam, in nobili illo Cæſaris pectore nemo non miraretur, (*Vid. Chytræi Hiſt. Aug. Confeſ.*) Qui verò ab initio in concilij cogendi negotio à ſuâ ſententia dimoveri ſe non paſſus eſt; tandem tamen promiſit, primum leniſſimis mediis cum Lutheranis acturum, vt omnia in integrum reſtituerentur: quod ſi nollent, tum ſe armis rem peracturum. (*Vid. Matthia Theat. Hiſtor. ſub Carolo V.*)

Carolus V. ſedulo vrget Concilium generale. Papa mens erga Imperium ſemper læva.

XXIII. Publico itaque diplomate ann. 1530. d. 8. April. Auguſtæ Vindelicorum comitia indixit, in quibus famigeratiſſima illa *Auguſtana Confeſſio* Carolo Imperatori à Proteſtantibus exhibita, de qua plenius Vid. *David. Chytræus* (*in Hiſtor. Aug. Conf.*) & *Cæleſtium de Comitiis Auguſtanis.*) Confeſſio illa, 17. articulis à Luthero & Phil. Melanchthone conſignatis, conſtans, Latinè & Germanicè conſcripta, per Doctorem *Pontanum*, Cancellarium El. Sax. oblata fuit Alexandro *Schweiſſ*, Imperatoris Secretario, vt illam traderet Electori Moguntino, Imperij Archi-Cancellario: Sed ipſe Cæſar eam manu ſuâ apprehendit, & Latinum exemplar ad ſe recepit. Porro d. 25. Iun. circiter horam tertiam pomeridianam in Palatio Cæſaris (*Pfaltz*) in cætu Principum & omnium ordinum, auſcultante Cæſare lecta fuit iſta Confeſſio ſonorâ & gravi voce à D. Chriſtiano *Bruck*, Electoris Sax. Cancellario, ita vt in palatio & in areâ aulæ Epiſcopi Auguſtani audiri poſſet. Hæc Comitia Auguſtana revera erant inſtituta, vt doctrina Evangelij opprimeretur. Quàm æſtuabat tum totus mundus contra verbum Dei: & tamen mirabili Dei providentia factum, vt Confeſſio iſta, publicè lecta, & in Hiſpanicam, Italicam, Gallicam, Belgicam, Anglicam & alias linguas converſa, totum ferè orbem pervolarit. Illud ipſum verò exemplar, quod à Proteſtanti-

Auguſtana Confeſſio.

bus ordinibus ſubſcriptum, & ipſi Imperatori oblatum, adhuc in Archivis Imperij aſſervatur. Notabilis eſt *Georgij* Marchionis Brādeburgici in hiſce Comitiis conſtantia, qui ad ipſum Imperatorem vultu imperterrito dixit: *Caput abſcindendum carnifici coram majeſtate tuā prius porrigam, quam Deum & Evangelium ejus abnegem.* Eā intrepida conſtantia delinitus Cæſar, ſignificat: *Non hoc agi, vt vita cuiquam eripiatur, quare bono animo eſſet*, &c. Hac confeſſione publica calumniæ adverſus Eccleſias Proteſtantium ſatis abundè repreſſæ, vt arguunt ipſa *Alphonſi* Cæſaris Cancellarij Hiſpanici ad Phil. Melanchtonem verba: *Longè aliter*, inquit, *Philippe, in Hiſpania de vobis fama tulit, quàm ex confeſſione veſtrâ intelligimus: Multi nobis perſuaſerunt, vos negare Trinitatem, de Chriſto & Mariâ impiè loqui*, &c. Ipſe Imperator Carolus fertur lachrimis profuſis precibus & votis ad hoc negotium ſe præparaſſe cùm diceret: *Quis ego ſum, qui Evangelio repugnare poſſim? Orate pro me miſero vt in veritate conſtanter perſiſtam.* Fatendum verò multos in iſto Deorum concilio fuiſſe, quibus libera iſta Confeſſio admodum ingrata extitit; *Henricus Büntig* Brunſuicenſium Livius refert non neminem ex Proceribus tum in hæc verba erupiſſe: *Jetz haben die Proteſtirenden dem Kayſer eine Schrifft, mit dinten geſchriben vbergeben: Vven ich Kayſer vvere, vvolte ich ihnen vvider eine ſchrifft, mit rubricken das iſt mit roter Farb geſchriben, geben:* Cui tamen alius Princeps bene repoſuit, *Es müſte aber der Kaiſer darauff acht haben, Vven er mit Rubricken ſchreiben vvolt, vvie jhr Herr ſaget, das ihm die Priſilgen nicht vnter die Augen ſprüzete.* (*Bünting.* in Chronic. Brunſvicenſ. part. 2. pag. 39. B.) Finitis hiſce comitiis confectum *decretum Auguſtanum*, quo omnes Pontificij ritus & omnia dogmata ſtabiliebantur, & omnia in integrum reſtitui jubebantur. Hinc cum omnia metu & terrore miſcerentur, Lutherus rem omnem Deo commendans Pſalmum 46. in elegantes rythmos convertit: *Ein veſte Burg iſt vnſer Gott &c.*

Marchionis Brandeburgici in ſincera fide conſtantia.

XXIV. Eodem anno nempe 1530. menſe Decembri Proteſtantes ad vim hoſtilem, ſi quâ inferretur, propulſandam, fœdus iniverunt Smalcaldiæ, de quo Vid. Sleidan. (*lib. 7. comment.*) Teterrimam verò notam circa hæc tempora prædicationi Evangelij inuſſit Anabaptiſtarum rabies Monaſterij in VVeſtphalia, qui novum regnum, quod Davidis vocarunt, condere miris delirijs voluerunt. Crearunt Regem Sartorem Ioannem *von Leyden*, qui in foribus templi adſcribi curabat: *Dei virtus, mea virtus.* Miniſtros habebat ille novus Rex, viridi & cœruleo amictu; viridi propter terram; cœruleo, propter cœlum. Dicebat enim ſibi omnem poteſtatem eſſe datam in cœlum & in terram. Hominis illius fanatici fideliſſimi ſocij fue-

Fœdus Smalcaldicum.

Anabaptiſtæ turbant Imperium.

Ioannes Leidenſis.

runt Crechtingus & Knipperdôllingius, quorum vana molimina docto calamo ſuo poſteritati tradidit Nobiliſſ. & dexterrimus Hiſtoricus Ioh. *Sleidanus* (l. 10. Comment. p. 273. & ſeqq.) Rex ille ſtolidus (quem Saxo quidam à Germanico vocabulo *Wurm* Vvormatienſem vocat) vt eò maturius & commodius ad ſuum propoſitum perveniret, conceſſit Monaſterienſibus Polygamiam & exlegem licentiam divortiorum. Lautis atque oppiparis cœnis gratiam plebis aucupatus, & ipſe cum Reginâ ſuâ durante cœna plebi fuit à ſervitiis, eam cibauit, illíque pocula miniſtrauit. Hac ratione miſerrima iſta in his terris vitam divinam ſe imitari arbitrabatur, putans ſummum bonum conſiſtere in voluptate corporis. *Das vvere ein fein Freſſen für die Vettern gevveſen vven es ſo immer im Sauß und Brauß daher gangen vvere.* Ita nulla res efficacius multitudinem regit, quàm ſuperſtitio, quæ meritò humanarum mentium ludibrium apud *Curtium* (l. 4. c. 10. l. c. 7.) audit. Facilè enim qui credit, facilè quoque decipitur. Cæterum an. 1533. capto Monaſterio, Anabaptiſtarum aſylo, Ioannes Rex, Knipperdollingus, & Bernh. Crechtingus, Paſtor, ignitis lancinati forcipibus, & ad ſummitatem turris Diui Lamberti ferrea caueâ ſuſpenſi, documentum ſunt poſteris, *ne quis inhoneſtas cupiditates religionis glaucomate obtegat.* Tu verò, ô Monaſterium, ſi mens tuorum ciuium non tam læua fuiſſet, vt fanaticis iſtis impoſtoribus te ſubjiceres, adhuc juribus & priuilegiis inter Imperiales ciuitates caput efferres. Cæterùm ex hoc admiſſo dedecore fons & ſcaturigo ſeruitutis tuæ hodiernæ profluxit, quam, citadellà in ceruices injectâ, non adeò facilè effugies.

Superſtitionis vis.

Münſter.

XXV. Tandem ann. 1546. poſtquam Carolus V. cum hoſtibus ſuis pacem conſtituiſſet, conſcripto milite ad arma ſe præparavit. Cum verò Proteſtantes facilè animaduerterent tempeſtatem iſtam ſibi exitio futuram, conſcripſerunt & ipſi militem, quò vim illatam vi poſſent repellere. Sic tandem exarſit exitiale iſtud Smalcaldicum bellum. quod Fridericus Hortleder duobus tomis congeſſit ac perſecutus eſt. Antequam autem illud ingrueret ann. 1546. d. 18. Febr. placidè in Domino obdormiit immortalis *D. Lutherus* in patriâ ſuâ Iſlebij, non cum ſcurrilibus jocis [vt Cardinalis *Bellarminus* Lojolitica impudentia mentitur] omnes ad riſum prouocaſſet, ſed poſtquàm ad Chriſtum ſeruatorem hiſce verbis vſus: *Domine in manus tuas commendo Spiritum meum: Redemiſti me, Deus veritatis* &c. Vvittebergâ Iſlebiam à Comitibus Mansfeldiis vocatus, & arbiter electus, vt diſſidium, quod inter ipſos de finibus & hereditate erat, componeret. Poſt cænam proximè ante noctem, quâ deceſſit, cum rogaretur, num in illa ſempiterna vita ſimus alter alterum agnituri, ſta eſſe ajebat, &

Bellū Smalcaldicum.

Lutheri mors.

Scripturæ teſtimoniis confirmabar. Thuanus (*l.* 1.*Hiſt. pag.*47.)addit: *vt certatim eum viuum multi cõplexi,ſic nec morte quidem ab eius amore diuelli potuerunt. Mansfeldij ſiquidem cadauer, quod hinc originem duceret, in ſuis finibus ſepeliri debere contendebant: Sed vicit Ioan. Friderici autoritas, qui, vt Vvittebergam referretur, atque ibi terræ honorificè mandaretur obtinuit.* Id quod etiam factum d.23.Febr. (v.*Sleidan.*l.16.)Hic fuit exitus Theologi illius heroici,qui 29.annorum certaminibus cum Papa præliatus eſt; & quidem victor abiit. Cum in bello Smalcaldico ann. 1547. Cæſar Vvittebergam victor intraret *Albanus* & Epiſcopus *Atrebatenſis* [qui Duumviri ſæpe illuſtriſſimum Imperatorem egerunt tranſverſum] vrſerunt vt Lutheri ſepulchrum dirui, demortuíque cadaver publicè cremari iuberet. Cæterum non ſolum petitio iſta Imperatori diſplicuit, ſed etiam ſeverè atque capitis periculo ſanxit, vt Lutheri ſepulchrum maneret inviolatum. Forſan etiam ob hanc cauſam illud fecit, ne Mauritium Duc.Sax. Ioannem Marchionem Brandeb. Philippum, Ericum,& Georgium Duces Brunſuicenſes, item Albertum & Georgium Megapolitanos Duces, qui ipſius caſtra ſequebantur, offenderet.

Albanus Atrebatenſis.

Origo & fons belli Smalcaldici à Papa & conſiliis Hiſpanicis.

XXVI. Mortem Lutheri luctuoſi *belli Smalcaldici* motus ſubſecuti ſunt, qui excitati à Romano Papa, & Hiſpanicis Cæſaris conſiliariis. Eo enim tempore, quo concilium Pontificium Tridenti celebrari cœpit, Papa hanc fœderis rationem cum Cæſare iniiſſe dicitur, vt, qui concilium repudiaturi eſſent,copiis ex Italia & Germaniâ conſcriptis ad curiæ Romanæ obedientiam retraherentur. Thuanus (*libro* 1. *Hiſtor. pag.* 42.) ſcribit Carolum V. tot ſucceſſibus elatum, arridente fortunâ, occaſionem arripuiſſe Imperij, cuius ipſe pars erat, ſibi ſuiſque proprio iure aſſerendi; id ſibi tot victorias ſpondere, atque adeò ſibi deberi tum confidebat, tum verò & rem tentare honorificum, & quodammodo neceſſarium exiſtimabat. Nam cùm aliquot ante annis, vt Imperium in familia firmaret Ferdinandum fratrem Regem Romanorum Coloniæ renunciaſſet, id Septemuiri & alij Germanici Principes, quod contra Carolinæ Conſtitutionis leges factum eſſe dicerent,magnopere improbabant,& ſine Septemuirorum conſenſu potuiſſe fieri negabant. Itaque & eo nomine Saxo, Haſſus, VVilhelmus & Ludovicus Bavari, libertatis Germanicæ tuendæ cauſa, clam fœdus icerant cum Franciſco R. Gall. qui 100. aureorum millia in eam rem apud Bauaros depoſuerat, vt in promptu eſſent, ſi quid inopinati accideret (*V. Thuan. l. c.*) Cùm de in *Henricus Iunior, Dux Brunſuic.* in inferiori Saxonia populabundus diſcurreret, & civitatibus maritimis, niſi à fœdere Smalcaldico diſcedant omnia extrema minueretur; idinjecit ſuſpicionem non mediocrem Proteſtantibus, conniventiâ

Caroli Imperatoris conſilia contra Imperij libertatem ex Thuano.

Henricus Iun. Dux. Brun.

imò

imò conſilio Cæſaris rem geri, occaſionem bello ex ſucceſſibus Brunſuici quærentis. Itaque occupandum rati [*V. Thuan. l. c. p.* 45.] Duce Philippo, Haſſiæ Landgravio, exercitum conſcribunt. Is belli exitus fuit, vt tandem Henricus ipſe cum filio in Haſſi manus deuenerit. Auxit ſuſpicionem, quòd Cæſar interea ſpecie belli Turcici comparatis copiis, vndique accerſitis auxiliis, maximum belli apparatum inſtrueret. Quamquam multis perſuaſum fuit, Cæſarem initio ad arma Turcic. propenſum, vnde plus gloriæ, minùs damni & inuidiæ reportare potuiſſet, dein à Pontifice cum quo familiare colloquium habuerat, inductum, ſententiam mutaſſe, & arma contra Turcam parata in Germanos vertiſſe, peſſimo, ſed ſolenni & vſitato (*verba ſunt Thuani*) Pontificibus Romanis conſilio, qui Proteſtantes capitaliori odio, quàm ipſos Chriſtiani nominis hoſtes hactenus proſecuti ſunt. Ciuilis itaque huius belli incendium vel malo Pontificis conſilio, vel juxta Thuanum, ambitioni Cæſaris erit imputandum. Cùm aliquando *Legatus R. Galliæ* apud Carolum V. incidiſſet in belli, quod contra Proteſtantes moliebatur, mentionem, & diceret: Per magnum eſſe quod moliretur. Ad hæc & alia fertur Carolus reſpondiſſe. *Se velle domare Germaniã aut de fortunis omnibus periclitari* [*vt refertur pluribus apud Sleidan.* 18. *& Hortleder Tom.* 2. *de Bell. German l.* 3. *cap.* 10. *numero* 12.) Pontifici autem conſtabat religionis cauſa bellum geri. Apud Germanos Principes, quorum plerique, qui Cæſarem ſequebantur, Lutheri doctrinam colebant, aliæ prætexebantur rationes; nempe imminui Majeſtatem Imperij, quæ paulatim paucorum audacia in contemptum abiret. Bellum igitur ſe ſuſcepiſſe, aiebat Cæſar non religionis, ſed iuris & æqui conſervandi, Imperatoriæ dignitatis & Germanicæ libertatis recuperandæ cauſa [*Vide Thuan. libro* 2. *pag.* 48.] Magnum momentum hærenti adhuc Cæſari addidit ſperatum à Germanis ipſis auxilium, quod haut facilè factu crederet, Germanos, tam potentem gentem, omnino debellare, niſi viribus eorum diuiſis, Germanicum robur contrario Germanorum robore frangeretur.

Papa eſt faber calamitatis Imperij.

Notatur acerba Caroli vox.

Prætextus belli Smalcaldici.

XXVII. Sic cæpit ferale illud bellum Germanicum, quod mole maximum, confectu facillimum euentu feliciſſimum, Cæſar cùm Principibus fœderatis & ciuitatibus, Auguſtanæ Confeſſionis ſociis, intra anni curriculum geſſit, in quo fœderatis Proteſtantibus non tam copiæ defuere, quàm conſilium concors & pecunia, belli gerendi neruus. Nihil etiam Cæſari tam profuit ad victoriam, quam quod Mauritius, Dux. Saxon. & Marchio Miſniæ, arma Ioannis Friderici Elect. divertit. *Mauritius* hic erat Princeps magnanimus &

Cauſa infelicitü armorum à parte proteſtantiũ.

Mauritius Saxo quare partes Cæſaris ſecutus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Mauritius Saxo quare partes Cæſaris ſecutus. Odia Proteſtantiũ mutua eorum communeinteresse impediunt.

religioſus, ſed inuentâ ac ambitione feruidus. Huic cum inter ludendum rixæ cùm Ioann. Friderico, Elect. Sax. exortæ fuiſſent, adeò componi illa conſanguineorum odia non potuerunt, vt alter in alterius perniciem ſeriò animum intenderit. Inde eſt, quod in hoc bello Smalcaldico ſtudia eorum fuerint diuiſa. Quippe Mauritius partes Caroli V. ſtrenuè defendit, qui abſque eo vix humanitus emergere potuiſſet. Sic priuata odia longè videmus eſſe potentiora, quàm vt vel religione, vel ſanguinis conjunctione ſopiri queant. (*Vid. Sleidan. & Thuan. l. 2. Hiſt. p. 97.*)

Belli Smalcaldici initia & progreſſus

XXVIII. Initio itaque huius belli Proteſtantes & Cæſareani; ann. 1546. d. 13. Auguſt. propè Ingolſtadium aliquot velitationibus concurrunt. Caſtra Cæſaris tum tantùm humili foſſa erant munita, adeóque facilè potuiſſent expugnari. Sed ſero ſapiunt Phryges. Cum ergo d. 1. Septembr. Cæſar Proteſtantium fulmen & impetum ſuſtinuiſſet, nocte ſequenti ſic caſtra communiuit, vt majori deinde fiducia rem gereret. Hic error Proteſtantium & ipſorum calamitatis & victoriæ Cæſaris initium atque cauſa fuit. Dein quoque Mauritius à Cæſare ſtimulatus per Saxoniam Ioanni Friderico bellum mouit, cui grauiſſimis verbis Cæſar mandarat, vt ipſe quam primùm occupet omnia &, ſui juris tuendi cauſa, detineat; cætero quin fore, vt occupantis ſint omnia, quicunque tandem ſit ille. Ergo dum in Saxoniam copiæ Proteſtantium deportantur, & Landgravius, religionis ducens in generum pugnare, ſuos domum duceret: facilè Cæſari fuit Sueuos & Noricos vincere, Danubiúmque in ſuam poteſtatem redigere. Potuiſſent tamen Smalcaldici, apud Sueuos in præſidio relicti ipſum Cæſarem capere: Verum illi, promotis caſtris, & hanc occaſionem è manibus elabi paſſi ſunt. Sic tandem euenit vt *Ioannes Fridericus Elector* in prælio propè Mülbergam ad Lochanam ſylvam victus, & in poteſtatem Cæſaris redactus ſit, ann. 1547. d. 24. April. quam Cæſaris felicitatem immane quantum auxit mors Franciſci R. Galliæ, Proteſtantibus bene cupientis, non amore religionis, ſed Cæſaris inuidia. Elector à Germano milite Tilone à Trot, captus, dein Hiſpanico rigore capitis damnatus, vitam abdicatione Septemuiratus, & renunciatione Fæderis Smalcaldici, redimit. (*Vid. Thuan. l. 4. Hiſt. p. 17.*) Imperator dein cùm ad Henricum II. R. Gall. de reportata victoria legatos mitteret, producta eſt ab iis inuſitatæ magnitudinis ocrea, quam Saxoni poſt pugnam detractam, Hiſpanicæ oſtentationis exemplo, dicebant.

Errores Bellici à Proteſtantibus commiſſi.

Ioannes Frideric. Elect. capitur.

Ioan. Friderici cõſtãtia.

XXIX. Elector hic infeliciſſimus, quamvis fuerit in arto ſalutis exitiíque confinio, tamen, vt concilio Papali ſe ſubmitteret, nullo vel mortis metu adigi potuit. V. Sleidan. l. 19. p. 578. & l. 21. p. 640.

XXX.

XXX. Quanquam igitur ad Drackenburgum Mansfeldiis & Hamburgenſibus egregia eſſet de Erico Brunſuicenſi & Cæſarianis victoria parta, tamen Saxonis calamitas fœderatis animos dempſit. *Philippus Landgravius* Haſſiæ à Mauritio genero & Brandeburgico aliiſque perſuaſus, cùm Halæ Saxonum Cæſari ſupplex factus eſſet, præter opinionem captiuus detinetur. Repertum vocabulum ab *Albano*, quod leuiſſima mutatione, pro *nulla captiuitate*, *non perpetuam* ſonaret. (*vide pl. ap. Thuan. lib.* 4. *Hiſt. p.* 119. 121.) En calidiſſimam æquivocationem Hiſpano-Ieſuiticam, quam Navarrus bonam & vtilem ironiæ artem vocat. Sanè Carolus Cæſar eo ipſo, quod Cretizantes ſuos Conſiliarios in hoc facto audierit, non paruum exiſtimationis apud Imperij Principes eo ipſo perdidit. Vera enim fides non eſt ſicut Creta fides, id eſt, fictilis, ſed arte caret, pura eſt & nivea.

Landgravius Hiſpanica, id eſt Punica fide capitur.

Ieſuitarum Æquinocationis techna.

ceritas.

Recta fides certa eſt, arcet mala ſchiſmata; non eſt,
Sicut Creta fides, fictilis; arte caret.

Cæterùm, mi Chriſti! vbinam hodie eſt fides? Hodie, cretiſſare aduerſus Cretenſem ſeculum vocatur, fidéſque hodie ſterileſcit; nec ampliùs fert bona opera. Facetum eſt, quod hoc ſeculo Vvunſtorpi in Ducatu Brunſuicenſi contigit. Cùm enim in viſitatione Superintendens nomine Heiſius ex puero quæreret: *ob ein Glaube Vvere?* negatiuam reſponſionem ingratam Antiſtes ſacrorum audiit. Rationem pueri Pædagogus tum hiſce verſiculis incluſit.

Vera civilis fides hodie rara.

Num ſit in orbe fides? verbi quærente miniſtro
Nulla, inquit, ſimplex ruſticitate puer:
Namque ego per pagum totâ nunc luce cucurri,
Nec, mihi qui panem crederet, ullus erat.

Cæterùm hæc obiter.

XXXI. Cæſar ann. 1547. d. 24. Febr. *Mauritio* Duci Saxoniæ, quòd fidelem ipſi operam nauaſſet, dignitatem Electoralem Saxonicam, Auguſtæ Vindelicorum, inſpectante Ioanne Friderico captiuo, publico & ſolenni ritu contulit (*vide Thuan. lib.* 5. *Hiſt. p.* 147.) In hoc facto Th. *Campanella*, Cæſarem Hiſpanicæ Monarchiæ ſolæciſmum admiſiſſe putat; ad propagandam Monarchiam longè conſultius fuiſſe putans, ſi Cæſar ſibi potius Ioannis Friderici ditiones retinuiſſet, aut potius alij, quam Mauritio, contuliſſet (*vide cap.* 16. *de Monar. Hiſpan.*) Cæterùm Iberinus ille Machiauelliſta, qui Germaniæ noſtræ indolem non ſapit, taceat in Imperio, cujus jura minimè iſte ſubtilis nouator nouit. Sanè, ſi Carolus Cæſar hoc conſilium Hiſpanicum deduxiſſet in praxin, citius Mauritium habuiſſet aduerſum; vt taceam Aureæ Bullæ ſanctione expreſsâ definitum eſſe,

Mauritius fit Elector.

Campanella vafrities.

quòd Cæſar Electoratus vacantes rurſus in alios transferre cogatur. Si jam Cæſar ſibi aptaſſet auream Ioannis Friderici meſſem, contra jura Imperij fundamentalia peccaſſet, quo ipſo, quorſum intenderet, Imperij ſtatibus teſtatum & illuſtre feciſſet. Vt ex diuerticulo in viam redeamus, peruenit hoc modo Electoralis dignitas à Domo Vinarienſi in Mauritio ad Marchiones Miſniæ. Hujus tamen Imperatoris fortiſſimi judicium ſeueriſſimum videtur adhuc altâ mente apud *Vinarienſes* eſſe repoſitum; id quod colligere eſt ex actis *Ioannis Friderici* junioris, quum Grumbachius in Franconia tumultuaretur. Tacitum illud in Auſtriacos ac hæreditarium quaſi odium præterito tricennali bello quoque in *Ioanne Erneſto* & *Bernhardo* Ducibus Vinarienſibus manifeſtè apparuit, quorum poſtremus ann. 1638. capto Briſaco magnam Auſtriacæ potentiæ cladem immiſit, vt ita *dolor & iniuria, à Cæſare ſtatibus illata, prematur quidem, ſed non opprimatur.*

Vinarienſes premunt altà mente dolorem à Carolo V. ſibi impreſſum. Contra intereſſe Imperatoris eſt, Principes iniuria afficere. Finis belli Smalcaldici. Caroli V. prudentia in bello Smalcaldico.

XXXII. Hunc exitum ann. 1547. habuit bellum Germanicum, omnium quæ geſta ſunt in noſtrâ gente, & poſt Romani Imperij diſſolutionem, maximè memorabile; in quo mira virtus & politica prudentia Cæſaris emicuit. Nam in caſtris ad Ingolſtadium ſummum heroïcæ fortitudinis & imperterriti animi ſpecimen exhibuit, dum ab hoſtibus vndique circumuentus, non tantùm nullam timoris ſignificationem daret, ſed muniendis caſtris intentus ſuos exemplo & generoſis hortatibus confirmaret: Magni etiam animi fuit, quamuis aſperâ admodum hieme, ſub pellibus cum milite manere. Prudentiæ verò ſummæ fuit, tot annorum expeditionem ita ordinaſſe, vt ipſi, contra quos parabatur, longo tempore de eâ nihil ſubueriti ſint: Ac denique ſic animos Germanorum inter ſe commiſiſſe, aliis ſpe, aliis metu in ſuas partes pertractis, vt ſibi inuicem per mutuam lanienam exitio fuerint. His adde priuatas *Alberti* & *Ioannis Brandeburgicorum* contra Heſſum ſimultates, & *Mauritij* ambitionem atque adeò occulta in Ioannem Fridericum odia, quæ ille mirâ arte in ſuam vtilitatem vertit, eóque illos furore cæcos adegit, vt religionis, quam profitebantur, & libertatis Germanicæ ſpreto periculo, arma, pro patria ſtringenda, in ſe ipſos conuerterint, & extero milite, ad illam inuadendam & ſubjugandam, aditum patefecerint. Nec in poſtremâ prudentiæ parte numerari debet, quod rectâ de fœderatorum rebus æſtimatione factâ, Cæſar potius ſibi initiò cunctandum, quam prælio decertandum, duxerit; quippe cum ex hujuſcemodi ſocietatum ſiue fœderum naturâ optimè conjiceret, non diu conſenſionem inter tot ciuitates & principes, ciuilis adminiſtrationis ratione diſſidentes, duraturam eſſe; nec æquato Ducum Imperio

Arcanum Cæſaris: Diuide & impera. Tractus priuatorũ odiorum inter Proteſtantes. Sagacitas Caroli V.

rio & autoritate ſalutaria conſilia capi, aut tegi, & cum opus eſſet, executioni demandari poſſe proſpiceret. Cúmque præcipuum fœderis robur in ciuitatibus conſiſteret, quarum pecuniâ militem ali & bellum duci oporteret, ſic judicabat: *ita plebis ingenium eſſe, vt omnis moræ impatiens ſi diutius trahatur bellum, illico cunctationem ambitioni aut prævaricationi Ducum tribuant, & belli pertæſa tandem denegatis collationibus à ſocietate diſcedat* [*v. Thuan. l. 4. Hiſt. pag.* 126. 127.] Pertinent huc illi *Knüppelhardi* tum temporis facti: *Heiz ein Landgraui, geus an Sachs, Carole Bader reib aus, Scherrelt ſchier vvol,* Soluite *Reichs ſtatides.* Nec porrò diſſimulari poſſunt maximi *errores à Fœderatis admiſſi*, ſupra etiam n. 28. ex parte tacti. Hi, cùm primi in armis eſſent, ſi ſtatim Cæſarem totis viribus adorti fuiſſent, eum procul dubio, imparatum, & adhuc inermem, facilè oppreſſiſſent. Nec minus peccatum eſt ab iiſdem, quòd Ratiſbonam, quam facilè capere poterant, & quâ captâ Cæſarem Danubij poſſeſſione omnino dejiciebant, omiſere. Inter errores & illud numeratum à Cæſarianis, quod Neoburgum ſitu & pontis, annonæque commoditate præcipuum oppidum [quo conſeruato omnia intra Lycum qui Auguſtam Vindelicorum alluit, ad vſque Monacum obtinebant] adeò debili præſidio firmauerint, tribus tantum in eo relictis vexillis, vt recedente ſociorum exercitu oppidani ſtatim eiecto præſidio, aduenienti Cæſari portas aperuerint. Iam cum Cæſar de mutandis caſtris, & hoſte inſequendo conſilium cepit, ſibi, diuiſo hoſtium exercitu, neque enim aliter fieri poterat, fœderati in equitatum feciſſent impetum; haud dubiam victoriam, vt Cæſariani faſſi, de hoſte reportaſſent. Poſt diſſolutum autem exercitum maximus is Saxonis error fuit, quod, capto Roclicij Alberto Brandeburgico, non rectà in Mauritium duxerit, quem poſt tantam cladem aut facilè debellatum iri, ſi reſtitiſſet, aut totâ Miſniâ ceſſurum, apparebat: quem errorem cumulauit Saxo, cum Tumſernum in Boëmiam, Mansfeldium in inferiorem Saxoniam, attributâ ſingulis exercitus parte, miſit; quo factum eſt, vt à Cæſare, Albim tranſmittente, ſine pugna nullo negotio oppreſſus fit. [*vide Thuan. lib. 4. Hiſt. p.* 127.

Fœderatorũ errores in bello Smalcaldico.

XXXIII. Coronabimus fœdus & bellum Smalcaldicum apophtegmatis illuſtrium perſonarum.

Apophtegmata de fœdere ac bello Smalcaldico.

1. *Philippus* Landgravius Haſſiæ, quum à ſociis fœderis Smalcaldici etiam adverſus Cæſarem incitaretur, ſapienter dixit: *Ich rathe nicht zu einem Krieg da viel häubter ſein, dann es vvird vnſere Sach nicht von ſtatten gehen, ſo lang ſie nicht nach eines einzelen oberſten Feldherrn-vvillen regieret vverden ſoll.* Vid. *Sleidan.* l. 18. p. 536. 556. 557. Bonum dictum! Vti autem Proteſtantes ſuperiori ſeculo in eo errarunt; ita è contrario hoc ſecundo eundem errorem errauit in tricennali præterito bello Cæſar,

Multitudo belli ducum noxia.

cui nihil magis nocuit, quàm ducum & tribunorum multitudo. (*Vid. Epit.rer.Germ.paſſim.*) Cujus Autor, vti ex literis Magnifici & Nobiliſ. Dn. *Myleri ab Ehrenbach*, Conſiliarij Vvirtemberg. accepi eſt *Pappus* Conſtantienſis Cathedralis Eccleſiæ Decanus, Vir eruditiſſimus, qui tamen dum nimiam breuitatem ſectatur, non rarò intellectui rerum tenebras inducit: Non verò negandum plurimùm pretij eſſe in paruâ iſtâ mole, quæ tamen lectorem deſiderat, qui jam hiſtoriam tricennalis belli habet præcognitam. Autor ille, (p.58.) ait: *Nunqvam numero tribunorum & centurionum laborari deſitum, vt ex ſolis Ducibus legiones, effici poſſint.* Add. p. 62.

Autor Epitomes rerum Germanicarum.

2. Iacobus Sturmius Conſul Argentinenſis (*Stätmeiſter*) quum plurimi ſe fæderi Smalcaldico aſſociarent dixiſſe fertur: *Ie mehr unſer vverden, ie ſchvvächer vvir vverden.* Iuxta illud: Res quæ à pluribus geruntur, vt plurimum negliguntur.

Fœdera pluribus ſociis conſtantia, non adeò firma.

3. *Carolus V.* ad Ingolſtadium proteſtantium copias conſpiciens, verus vates fuit, quum in hæc verba erupuit: *Laſſet ſie liegen es vvird ihnen bald an Rath und Verrath an einigkeit und Gelds ermangeln.* Ita Diſcordes Duces bonum publicum priuata ſimultate impediunt.

4. *Philippus* Landgr. Haſſ. cum in caſtris ad Ingolſtadium chiliarchas & capitaneos conuiuio excepiſſet, & paulùm ſubtriſtior appareret, Sebaſtiano Schertelino, ſciſcitanti cauſam, reſpondit. *Er gedächte er Uvere über den Herren Chriſtum; Der habe nur einen Verräther gehabt; er aber habe ihrer ein ganz läger voll.*

5. Quum *Schertelinus* aliquando Proteſtantibus ſuaderet, vt manum cum hoſte confererent, vnuſque inter eos repugnaret, dicendo: *Er habe land und Leüte zu verlieren,* Schertelinus regeſſit: *So hab ich Burtenbach* (is erat eius pagus) *zu verlieren.* Tantum de bello Smalcaldico. Nunc ad alia.

Bellum Interimiſticum.

XXXIV. Confecto bello Smalcaldico renouatum in inferiori Saxonia adverſus Magdeburgenſes geſſimus, quod nonnulli vocant *Interimiſticum.* Carolus Imperator in bello Smalcaldico ſuperior Proteſtantes Imperij Ordines terrore armorum ſuorum coëgit, vel Auguſtanæ confeſſioni renunciare, vel librum *Interim* (qui Hiſpanico termino ita appellatur. & in conſtitutionibus Imperij Declaratio religionis vocatur) recipere. Confectus eſt ille liber, (ſiue formula religionis vſque ad Concilij finem ſeruanda) An. 1548. à Iulio *Pflugio* Epiſcopo Naumburgico: Michaële *Sidonio* ſiue Heldingio, qui poſtea Epiſcopatum Merſeburgicum eſt conſecutus, & Ioanne Agricola *Iſlebio*, qui, ſpe præmij, à vera religione defecerat (*V. Sleidan. l. 20. & 21.*) Scriptus eſt iſte liber hac fini, vt religiones in Germania conciliarentur: Receperunt iſtũ Caroli

Interim pomum Erides Theologis.

roli fœtum, partim orthodoxis (v.g. Sacerdotum conjugium, corporiſq; & ſanguinis Domini ſub vtraque ſpecie libationem continet) partim Papiſticis capitibus conſtantem (*V. Sleidan d.l.*20.) Albertus El.Brād. Moguntinus, Palatinus, Dux Wirtembergicus, vt itidem Sleidanus refert. *Ioannes Fridericus* tamen El.Sax. captiuus, etiam promiſſa liberatione, in illum conſentire noluit. Vtrobique autem partus iſte infeliciſſimus, tam ab orthodoxis, quàm Pontificiis taxabatur, & ab omnibus etiamnum exploditur & exſibilatur.

Laudandus ſanè in eo Carol.Imp. quod ipſe, Papa Romano fruſtra ringente, curam religionis, iure meritóq; geſſerit, & librum iſtum ſcribi curauit, quamvis optimus aliàs Imperator omne punctū in eo minimè tulerit. Hunc librum Dreſſerus (De vrbib. Germ. p.617.) eleganter vocat Auguſtanā Sphyngē, ac de illo in declaratione, quæ Magdeburgi prodiit, talè extat judicium: *Das* interim *iſt ein eingang zūm Verderben an Leib ūnd ſeele. Et mox: Es iſt auch ſo VVeit dieſer örter mit dem Verflūchten interim Kommen das man Hund und Kazen darnach genant, und uff Bretſpielen geſpielt, geflucht und geſungen:*

Indicium de libro interim.

Seelig iſt der Mann,
Der Gott vertrauven kan,
Und Uvilliget nicht ins interim
Den es hat ein Schalck hinter ihm.

Magdeburgū fruſtra obſeſſum.

Præallegatus Dreſſerus eundem librū Auguſt. vocat (in orat. de obitu Chriſtiani Elect. Sax.) fucatum, fallacem, & credito artificio illitum in eo eſſe nitorē ait. (add. *Sleidan.* l.20. p.625. & ſeqq *Zeiller.* Epiſt. 450.)

Notetur intentio Mauritii.

XXXV. Cum igitur *Magdeburgenſes* interreligionem Cæſaris conſtanter improbarēt, ab ipſo proſcripti, & valido exercitu, cui Mauritius El. Sax. præerat, an.1550. ſub exitum Novemb. obſeſſi. Cæterùm cum *Mauritius* Magdeburgicis bene cuperet, & occultè bellū pro libertate Germanicā coqueret contra Cæſarem, obſidionem lentè continuavit, vſque in menſem Novemb. an.1551. vbi ſalva religione & libertate obſidio ſoluta, ordineſq; Imperij duriter à Cæſare depreſſi, ad libertatē iterum adſpirare cœperunt. Etenim quum *Carolus* victoriis ſuis moderatè & ſapienter non vteretur, nec ei eſſent vires, vt tot vrbes, populos, Principes, quos inſolitā felicitate in ordinē coëgerat, vi & præſidiis tenere; & Germaniæ Rempul. in regnum hereditarium transformare poſſet, reliquum erat, vt humanitate & clementiâ majeſtatem & exiſtimationē tueretur. Verum cum ſuper ea re variarēt Caſtaldi & *Albani* ſententiæ, Cæſar, corrupto tot proſperis ſucceſſibus judicio, potius Albani *conſiliis Hiſpanicis, id eſt, immoderatis & ſeueris*, aſſenſus eſt, traductiſque per totam Germaniam & Belgium, integro biennio, injurioſe captivis Saxone & Heſſo, & quidem ſub Hiſpanorum, quod invidiam augebat,

Carolus Cæſar dum nimis in Germania adductius imperium molitur, pene toto excidit.

Nimia felicitas non concordat cū Carolino: Plus vltra.

Hiſpanica conſilia imperio nocina.

Rota fortunæ Carolinæ. *Intereſt Imperatoris, vt ſtatus Imperÿ iniuria non afficiat.*

cuſtodia, non triumphum ex victoriâ, ſed truculentiſſimum odium ex triūpho reportavit. His acceſſit & privata Mauritij offenſio, qui, quòd ea, quæ à Cæſare ſperabat, nondum conſecutus fuerat, ſummâ calliditate iniuriam diſſimulavit, tempus opportunum ſcil: opperiens, quo, voti compos, ſe & ſocerum vlciſceretur, & inuidiam, quam de oppreſsâ Germaniâ apud omnes ordines ſuſtinebat, expulſo Cæſare, & reſtitutâ patriæ libertate, aliquando dilueret. Sanè felicitatem eam diuturnam non fore, viri, rerum prudentes, jam tunc ex eo conjecturam fecere, quòd cum Cæſar, triumphanti ſimilis, Auguſtam ingreſſus, ſubortâ ſubitò Madrucianorum militum, quibus adeò fidebat, ob non ſoluta ſtipendia, ſeditione; Germaniæ totius victor in privatam domum, non ſine vitæ diſcrimine, confugere ſit coactus. (*Vid. Thuan. l. 4. Hiſt. p.* 127. 128.) Animadvertit hæc facilè *Ferdinandus* Frater, itaque indies mitior ſuis Bohemis & aliis: Huius tamen dignitas à Carolo fratre & Hiſpanis tentabatur, ſi fortè ad Philippum, Cæſaris filium, derivari is honor poſſet. Mens ſiquidem erat Cæſaris, retractatâ fratris in Regem Romanorum factâ Coloniæ inauguratione, filium per Septem viros, metu aut beneficiis obnoxios, in Imperio ſucceſſorem deſignandum curare [*Vid. Thuan. l. 5. Hiſt. p.* 150.] Sed Electorum conſtantia prævaluit. Neque Carolus eò fratrem Ferdinandum nec eius filium Maximilianum inducere potuit, vt Imperium in Philippum filium transferrēt. Cùm non adeo prìdem in itinere Helvetico de hoc negotio ſermones cùm itineris comite cæderem, excepi tale judicium: *Carolum Cæſarem errore minimè ferendo inuertiſſe ius naturæ, dùm contra ius mentibus noſtris inſcriptum, magis fratris, quam filÿ rationem habuit, ac magis collaterali, quam deſcendēti lineæ favit. Hereditatem, iuxta tritum ICtorum adagium, non amplius eſſe è numero gravium, quæ ſemper deorſum tendunt; ſed præter naturam nunc tranſverſim in latera facere ſaltus.* Hæc ille. Nutavit aliquando in hoc negotio Ferdinandus pater, quem tamen filius in declaratione antea data planè confirmavit. Carolus videns incaſſum ita laborari, ad vltimum à Ferdinan. & Maximil. flagitavit, ut Philippum filium in Italia & Belgio Vicarium Imperij cum abſoluta poteſtate deſignari permitterent: Verùm & hoc denegatum, heroica hac adjecta ſententia: *Sie hetten das Keyſerthumb, deſſen Majeſtäs vnd Hochheit zu dem end empfangen, geſtalt ſie aydlich verſprochen, ſolches gantz vnd ohngeſchmälert zuerhalten, alſo ſoviel ſie deßen einem andern zukommen lieſſen, ſo viel wvürden ſie daſſelbe ſchmälern, deſſen Mehrer ſie ſich ſchrieben.* Ita ſuperbi Hiſpanorum inſultus, qui ordinibus Germaniæ omni crudelitate graviores exiſtunt, conſtantia Ferdinandina, Maximilianea ac Electorali prudenter ſunt eluſi, & in fumum & ventos miſſi. Sanè Hiſpani libertatis Germanicæ ſemper infenſiſſimi hoſtes extiterunt. Sacerrimus

Ferdinandi I. dignitas Romano Regalis fruſtra à Carolo V. tentátur.

Præcox conſilium ſequitur pænitentia.

Caroli error Politicus, dum magis lineæ Collaterali, quam deſcendenti proſpexit.

Perpetuorū vicariorum conſtituta contra intereſſe Imperÿ.

Intereſt Imperii vt Imperii maieſtas ſervetur integra.

Hiſpanica conſilia

ille *Campanella* inter errores Caroli V. notat, quòd Lutherus in comitiis Vvormatienſibus & Auguſtanis vivus dimiſſus ſit; addit: *Dico, rectè quidem promiſſa Luthero ſeruauit Carolus V. in ipſis comitiis, at poſt in domuitione illum eundem opprimere debuiſſet, atque Principes Proteſtantes, iam ſuppreſſos, planè extinguere.* Idem peccatum ait, quòd Carolus V. captas regiones Saxonis, Marchionis Brandeburgici, Landgrauij Haſſiæ, non denudarit habitatoribus, educendo populos, & iis pro mancipiis vtendo; nouáſque colonias ibi duxerit; ciuitates liberas, priuilegia adimendo, non ſuppreſſerit. Hæc impius ille Hiſpanus veterator in ſuâ *Monarchia Chimarica cap.* 26. & 27.

Campanella contra intereſſe Imperij.

XXXVI. Dum ita Hiſpanorum conſiliis libertas Germaniæ premitur, *Mauritius*, Germaniæ noſtræ Camillus, Magdeburgenſem obſidionem ſoluens, re cum Alberto, Brandeburgico & Megapolitanis occultè communicatâ, init cum Henrico II. R. Galliæ pro libertate Germanica fœdus, quod dicitur *Chamborticum* cui Germaniæ recuperatam libertatem, quæ tum ab Hiſpanis opprimebatur, deberi ait Anicellus (*apud Thuan. lib.* 118.) Excepta eſt Mauritij, Magdeburgo decedentis, notabilis vox: *Uvan er vvüſte daß ſein eigen Hembd, das ihm am nechſten am leib lege, ſeinen anſchlag vviſſen ſolte, vvolte er es alſobald auß thun und verbrennen.* Vid. *Sleidan.* l. 23. p. 732. l. 24. p. 753. Rectè enim Periander olim dixit: μυςήριον κρύπτε: Et alium ſilere quod voles, primus ſile; verúmque eſt illud Germanorum noſtrorum: *Das ein Kluger Mann ſey Vvie ein Zeiger in der Vhr, deſſen Anſchläge man nicht ehe mercket, biß ſie geſchlagen.* Adeò ſummum conſilij dogma eſt tacere, & digito labellum compeſcere. De Hiſpanorum in hac re prudentiâ vid. *Juſtin.* l. 44. cap. 2. & *Traian. Boccalin.* in lapid. Lylio Polit. p. 24. 25. Pertinent huc verſus *Petronij* (in Satyric. p. 241.)

Bellum Mauritianum cum Carolo. Oppreſſio libertatis Imperio nocet. Fœdus Chamborticum. Conſilia arcana ſtudioſè celanda.

Quicquid dimittis in aula
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem: ſimulatim exit
Proditionis opus, famamque onerare laborat.

Præſertim autem conſilia belli tamdiù tuta, quamdiu tecta. Prudenter Metellus interrogatus quid ita ſparſum & incertum militiæ genus ſequeretur? Abſiſte, inquit, ita quærere: Nam ſi hujus conſilij mei interiorem tunicam conſciam ſenſero, continuò eam cremari jubebo (*Val. Max.* l. 7. c. 4. *Frontin.* l. 1. ſtratagem. c. 1. nu. 12.) quibus vocibus etiam vſus Petrus Tarraconenſis (vid. *Cluuer.* Epit. Hiſtor. p. 549.) & noſter Mauritius Saxo.

Oblata erat Mauritio elegans iſtius rei patrandæ occaſio, quòd copias ex adminiſtratione belli Magdeburgenſis, communi conſilio Cæ-

ſaris & reliquorum ordinum ſibi permiſſa, in ſua haberet manu.

An licuerit Mauritio aduerſus Carolum expeditionem ſuſcipere?

In Imperij turbis intra & extra muros peccatur interdum. VVolfgangus Palatinus. Fridericus II. El. Pal.

Imperialis cautio & ſecuritas intereſſe Imperij abſoluens.

XXXVII. Poſſet alicui dubium moveri: *An iuſte Mauritius ille arma aduerſus Cæſarem mouerit?* Forſan non immeritò quis dixerit Iliacos intra muros & extra interdum in hiſce Imperij motibus eſſe peccatum. Peccauit Cæſar, quòd, religionis vélo & mantello fortè abſolutius Imperium, Hiſpanico ſimile, in Germaniam inducere tentavit: Forſan & Proteſtantes in bello Smalcaldico nimio feruore laborarunt. Quid *Philippus*, Dux Pomeraniæ prudentiſſimus, de hoc negotio cenſuerit. *Infra dicetur.* Quomodo in inſcriptione literarum Clarigationis ad Carolum Cæſarem ſe geſſerint Proteſtantes, videre eſt apud Sleidanum. *VVolfgangus Bipontinus* Princeps fœderi Smalcaldico ſe aſſociare noluit, hoc addito epiphonemate: *Das beſte und ſtärckeſte Band ſey das ienige, vvas zu thun nothvvendig vnd Recht iſt mit beſcheidenheit, vnd nicht mit Gevvalt vorzunehmen, dann mit ſolchen ſtehe Gott der Herr ſelber in Bündnis.*

Et Fridericus II. El. Palatinus, cognomento *Sapiens* eundem Wolfgangum patruelem ſuum monuit: *Er ſolle ſich nicht in den Smalcaldiſchen Bund begeben, ſondern ſich für dergleichen verbündniſſen hüten, da einer des andern fehler entgelten muſſe.* Etiamſi itaque demus Proteſtantes interdum moderationis tramites nonnihil exceſſiſſe (quod tamen ego non dixerim) tamen excuſanda hæc omnia erunt illorum temporum ineuitabili neceſſitate. Cane ſiquidem & angue peius oderant, Illuſtriſſimi illi Heroes, *iugum Papale* in Eccleſiaſticis, *iugum* verò *Hiſpanicum* in ſecularibus. Onera itaque iſta, Ætnâ monte grauiora, quum amoliri à ceruicibus ſuis tenerentur, vſi ſunt illis remediis, quæ non niſi in extremæ neceſſitatis articulis adhiberi conſueuere. Ad Mauritij expeditionem vt nunc redeamus illi, Germanicæ libertatis Statori, bene conſtabat omnia in Imperio Hiſpanorum eſſe plena; Hiſpanoſque Carolum, cætera ſatis mitem atque clementem, planè alium reddere, atque ita quidem, vt libertati Imperij breui interitus inde, ni tempeſtiuè occurratur, immineat. Apertè Mauritius Carolum Cæſarem incuſauit, quòd aliquot per annos in eo totus fuerit, quò Monarcha, ſubactis Imperij Principibus ac Statibus euaderet. *Das er damit vmbginge, vvie er ſeine ſo lange gepracticirte Monarchey einmahl zu begehrtem Ende führen möchte*, (*vt eſt apud Hortleder Vol. II. Vom. Teutſchen* Krieg: *lib.* 5. *c.* 4. *nu.* 2. 3.) Multi diſſerunt quaſi Mauritio arma corripere ideo tantùm licuerit, quia Principes Imperij participant jura Majeſtatis. (*Vide Inſtr. Pac. art.* 8. § *gaudeant*) Rectè tamen Doctor meus Dn. *Hermannus Conring.* (*ad Lampad. p.* 3. *q.* 21. §. 13.) ſtatuit, etiamſi illa non participarent; tamen etiam abſolutè ſubditis fas eſſe, arma corripere ad ſe ſuaque defendenda, ſi ſumma majeſtas Rempub. omnem eat quaſi

euerſam

euerſam. Concedendum tamen eſſe idem aſſerit, ſi Reſpub. Imperij non fuiſſet mixta, Mauritij arma excuſari non poſſe vt pote cum Carolus V. tantum Monarchiam aliquam pleniorem Reipub. Germanicæ conatus fuiſſet imponere. Hæc ille Politicorum Coriphæus. Hinc in hac expeditione non habet locum *Alexandri Farneſij* dictum. *Ei qui gladium contra Principem ſuum ſtringit, vaginam eſſe abjiciendam*, vt refert *Henr. Dauila* (l. 9. *Hiſt.*). Quod autem Carolus V. pleniorem Monarchiam intenderit, ex ejus actis patet: Nam 1. Cum per *Regimentum* & comitia annua gubernandi ratio ab Imperio regio aliena ipſi videretur, de eâ ſtatim, cùm prorſus abolere non poſſet, modificandâ cogitauit (*Paurmeiſter, l.* 1. *de Iuriſdic. c.* 6. *n.* 195.) Porrò An. 1521. Regimentum reſtituit quidem, ſed in quamplurimis reformauit. (*V. Ord. Cam. de an.* 1521. §. *Vnd ſol obgemelt.*) Tandem an. 1530. Regimentum hoc planè ſuſtulit. (*V. Reform. Cam. de* an. 1531. §. *Item. Dievveil das Regiment.*) 2. Poſtulauit vt Principes ſua imagine nummos ſignarent, (*Vid. Hortleder. Vol.* 2. *de Bell. German. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 12.) 3. Ioannem Fridericum captum per Albanum & Hiſpanos læſæ Majeſtatis capitis damnauit. Quum primum ad Mülbergam captum Ioannem Frid. conſpexiſſet: nil aliud ad illius preces, quam: *Tractaberis pro merito, ſcio quid me deceat*; reſpondit. 4. Ioannem Frider. & Philippum Landgrauium iniurioſè, Hiſpanis cuſtodibus, ſecum captiuos circumduxit, illoſque quamuis ſæpius Mauritius & alij Proceres pro iis interceſſerint, nunquam liberos dimittere voluit. Taceo nunc de alijs.

Caroli V. conatus ſecretiores.

Regimentum Imperij.

XXXVIII. *Mauritius* itaque ſatis diu, multúmque & ſæpius cum Alberto Marchione Brandeb. conqueſtus: *Opprimi libertatem Germaniæ ab iis qui eam tueri & amplificare debebant*; tandem quum liberationem Landgrauij, pro quo vadimonio obſtrictus erat, aliquoties fruſtra petiiſſet, an. 1552. bellum denunciat Cæſari, & infert; Auguſtam Vindelicorum 4. April. occupat, & Patres Tridentinos nuncio aduentus ſui perterritos, tanquam cuculligeros lepores, in præcipitem fugam agit. Mauritio ſtrenuè ita rem gerente, *Galliæ Rex* etiam forti exercitu Tullum, Virodunum, Metin, tres Imperij Epiſcopatus, occupat, per Lotharingiam in Alſatiam irrumpit, & ſe editis literis Germanicæ libertatis vindicem ſcribit. Sed ô Germania, tandem ſapere diſce, vt ejuſmodi vindicibus, ex Imperij incommodis commoda ſua promouentibus, tibi in poſterum non ſit opus. Lilia enim ſemper alimentum deſiderant & quoque occaſione oblatâ, vi attrahunt, quo ſemper creſcant & florida appareant. Mauritius Lincium Auſtriæ progreſſus, Ferdinando & Maximiliano Bauaris ſemet interponentibus, pacis conditiones proponit, ac dein Ereburgo, Alpiúmque clau-

Mauritius aduerſus Carolum arma ſumit. Vid. Thuan. lib. 10. Hiſt. Libertatis Germanicæ oppreſſio eſt fundamentorũ Imperialium concuſſio & Equus Troianus ex quo innumera mala prodeunt.

ſtris, interceptis, tantum Carolo Ferdinandóque terrorem immiſit, vt accenſis funalibus noctu Villacum diſceſſerint, dimiſſo Ioanne Friderico quinquennium jam captiuo, Capto mox Oeniponte 22. Maij direptum quicquid ibi erat rerum Cæſaris & Hiſpanorum; Ferdinandi verò ciuiumque bonis nihil illatum damni. Tandem interpoſitis inducijs, *Paſſavij pax ſtabilitur*, & Landgravius è Belgico carcere libertati reſtituitur, proſcriptiones abolentur, Proteſtantiumque religioni liberum perpetuum in Germania datur exercitium. Factum hoc eſt d. 2. Aug. an. 1552. (*Vid. Thuan. l.9. Hiſt.*) Videmus jam quales fructus papales ac Hiſpanicæ machinationes in Imperio proferant, illudque tanquam carmen aliquod ſolenne inde diſcimus: *Danda eſſe Deo, quæ ſunt Dei; Cæſari, quæ Cæſaris; & Imperij Statibus, quæ ipſis tanquam Condominis competunt.*

Mauritii admiranda felicitas Carolinis victoriis tenebras inducit.

NB. Intereſſe Imperij.

Fundamentum & columen Imperii Germanici Confer. Eitel

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines
Quos vltra citraque neſcit conſiſtere rectum.

Hactenus, quum Iliacos intrà muros & extra peccatum ſit, quid mirum ſi ſtatus Reip. Imperij tot fluctibus agitetur? Sane Carolinum illud ſymbolum *plus ultra*, Politicè, non Theologicè: intellectum in Germania noſtra permanens diuerſorium non invenit, *Statuſque Imperij Hiſpanicâ virgulâ regere ac flectere velle, nec hujus nec ſuperioris ſeculi fuit, nec etiam alterius erit.* Arſacis enim regno acrior eſt Germanorum libertas, & ut dulcis *harmonia inter Caput & Membra* Imperij perennet, vnica *regula*, omni exceptione carens erit: *Tene menſuram*, quam etiam *Maximus Æmilianus* Imperator, Caroli V. avus ſymboli loco & aurei freni inſtar auguſtiſſimo ac excelſo animo ſuo inſcripſit. Albani, Granuellani aliorúmque Hiſpanorum feruida conſilia, quorſum tandem eruperint, Orbi erudito non poterit non eſſe perſpectum. Alio ſanè ſub Sole & molliore cælo ſita eſt Vienna; alio verò, & quidem aſperiore, Eſcuriale Madritianum in Hiſpania. Pridem jam notarunt illi, qui Imperij noſtri Politicam exactè habent cognitam, *à temporibus Caroli V. Imp. & Philippi II. Regis Hiſp. in Imperio prabitas eſſe pillulas Hiſpanicas, quas Germaniæ Proceres deglutire nequeunt: inſuper iam ab illo tempore Principes Imperii*, præcipuè *Proteſtantes, ad eludenda Hiſpanorum conſilia pro ſtatus ſui ratione habuiſſe*, cum Rege Galliæ & alijs exteris Regibus ac Rebuſpubl. affectatæ Hiſpanicæ Monarchiæ obicem ponentibus, ſocietates ac fœdera inire, ex quo, quantum detrimenti Imperio illatum ſit, vel patet ex fœdere Chambortico, quod Mauritius aduerſus Carolum V. cum Henrico II. R. Galliæ contraxit. Inde enim *Metis*, *Tullum*, *Virodunum*, Aquilinæ olim pennæ, regno Liligero acceſſerunt, & adhuc hodie adhærent, imò per-

Friederich von Herden Grundveſte des H. Röm. Reichs.

NB. Haubt und Glieder müſſen in termi*nis bleiben.*

Germania Hiſpanicis conſiliis minimè regẽda.

Intereſſe Proteſtantium.

Germania in ſe diuiſa maximis incommodis expoſita.

Metis, Tullũ, Virodunum.

perpetuò per pacificationem Weſtphalicam an. 1648. adhærere debent. Iam rurſus ad rem.

Rex Galliæ Henricus II. poſtquam Paſſauienſi Tranſactione (cujus in princ. art. 5. Inſtr. Pac. ſit mentio) bellum Mauritianum pace mutatum cum à Mauritio & Proteſtantibus captiuos Principes, quorum cauſâ bellum captum erat, libertati jam eſſe reſtitutos moneretur, in regnum ſuum ſe recepit (*Vid. Chytræ l.* 12. *Saxon.*) vt ita non immeritò mirentur eruditi, quid in mentem venerit *Andio ſine bono*, id eſt, *Ioanni Bodino*, Politico Gallo, quòd *in libris de Republ.* Mauritium El. Sax. *Doctorem*, Albertum verò Brandeburgicum *Licentiatum perfidiæ* appellare non erubuerit. Bene tamen eſt, quod iſte Germanorum hoſtis dudum præclara quadam diſſertatione, quæ extat inter Baſileenſes Diſputationes, ſit confutatus. Acquiſito fine cum ceſſet omnis actio, ipſo jure *fœdus Chambortieum*, Principibus liberatis, quoque ceſſare debebat. *Bodinus.*

Quinimo inter illos, qui veram non ſimulatam juris & æqui Philoſophiam profitentur, jam conſtat ſocio licere recedere à fædere etiam ſocio inuito V. l. 15. D. pro Soc. l. 14. §. 2. & 3. D Eod. Nam nulla ſocietatis in æternum coïtio eſt l. 70. D. Eod. Eſt enim ex conſenſu. Nihil verò tam naturale eſt, quam eo genere, quo quidquam colligatum eſt cauſis juſtis interuenientibus, rurſus diſſoluere. l. 35. de R. I. Proinde rectè Mauritius Sax. Elector fæderi Chambortico (vt putat Bodinus) rectius FriedWaldenſi cum Rege Franciæ Henrico II. an. 1552. inito, renunciauit, licet contra putat Bodinus, homo doctior, quam veracior. Vid. *Hortleder l.* 6. c. 27. n. 25. & ſeqq. *Vuarem. ab Ehrenberg.* (cujus verum nomen eſt *Eberhardus à Vueihe*, Cancellarius quondam Diui Henrici Iulij Ducis Brunſvicenſis) de Fæderibus l. 1. c. 2. l. 41. 183. 222. 253. *Cluten.* in Diſput. Anti-Bodin. quæ exſtat vol. 2. Diſput Baſileenſ. th. 21. *Brands* in Vindiciis Mauritij Electoris quæ exſtant inter Diſcurſ. Arumæi. Bodinus itaque dum tam illuſtres Imperij Proceres falſiſſimis injuriis onerat, meritò hac in parte dicetur perfidus mendax, qui in fauorem gentis ſuæ peſſimâ fide de Germanis ſæpe ſcribit. Homo iſte ſine bono ſiue *Bodin.* (vti illum Elizabetha Angl. Regina appellauit) licitum eſſe putat ſuorum popularium dignitatem honeſto mendacio tueri, in ſuâ Methodo Hiſtor. c. 4. ſed rurſus ad rem. *Bodini error circa fædus Chambortieum.*

XXXIX. Finito bello Mauritiano Paſſauienſi Tranſactione, quæ meritò Imperij collapſi fulcrum audit, exortum eſt aliud, nempe Albertinum. *Albertus* enim Marchio Brandeburgicus, qui Germaniæ Alcibiades audit, priuſquam Paſſauij tranſigeretur Vlmenſes, Noribergenſes, Bambergenſem & Herbipolenſem Epiſcopos mox & Moguntinum maximis affecerat damnis, Wormatiam & Spiram (*vid. Th. lib.* 12. *Hiſt.*) Pacificationem Paſſauienſem toto animo improbat, to- *Bellum Albertinum.*

roque animo à pace alienus,contra Paſſauienſe fœdus in Ferdinandi ac Mauritij beneficiarios deſæuiit. Quum igitur publicam quietem turbare pergeret,proſcriptus,& Cæſaris voluntate bellum adverſus illum an. 1553. decretum,eiuſque cura Mauritio commiſſa. Concurritur demum ad Siuershuſam in agro Luneburgenſi, vbi Mauritius Princeps inuicti & excelſi animi, quidem vicit, aſt lethali affectus vulnere, biduo poſt extinguitur. [*Vide Thuan. lib.* 12. *Hiſt.* 357.] Albertus acciſis nimium viribus Hannoueram profugus tandem ab Henrico Brunſuicenſi & Ferdinando Romanorum Rege; poſt multiplices caſus omni demum ditione exuitur. Tandem exul ad ſororium ſuum Carolum Marchionem Badenſem conceſſit, mortuus an. 1557. Pforzheimi in tumulo quietem inuenit, quam ſibi & mortalibus hactenus inuiderat. Fuit ei cum Mauritio aliàs magna neceſſitudo, quippe cum ætate æquales eſſent, & coniunctis ſtudiis Cæſari ſemper militaſſent, eodem ferè ſemper contubernio vſi, Gallico primum bello ante nouennium, & deinde Smalcaldico, tandemque contra ipſum Cæſarem verſis armis, quod initium diſſidiorum inter eos fuit; cum Mauritius omne imperium & operæ communiter nauatæ pretium ad ſe traheret, Albertus Imperij alieni impatiens, & licentiæ aſſuetus, nulla ratione adduci poſſet, vt in Pacem Paſſauienſem conſentiret. *Albertus* erat violentus & acer, præſentia ferè ſectabatur, profuſâ & immoderatâ liberalitate militis gratiam ſibi concilians, & turbida ferocitate terrorem de ſe omnibus injiciens, cætera temulentus & crudelis; planeque de eo approbatum eſt, ebrietatem violata ſemel & exaſperata mentis ſanitate neceſſariò crudelitatem habere comitem. (*Thuan. lib.* 12. *hiſtor. p.* 358.) *Mauritius* verò affectata vultus grauitate & humanitate profundam ambitionem celans, longius proſpiciebat, & cum ad ſummam fortunam olim aſpiraret, ſobriè & moderatè res adminiſtrabat, magnificus potius, quàm profuſus. Itaque cum petulantiam Alberti non ferret,cui nullo reſpectu,nulla juris æquive aut denique honeſti habita ratione omnia miſcere ludus erat, tandem ab eius amicitia diſceſſit, & vt exiſtimationem jam magna ex parte ſuperiore anno recuperatam tueretur,cum Epiſcopis ac ciuitatibus inito contra Albertum fœdere, arma ſumpſit ſibi funeſta, & quæ ad altiora properantem interceperunt. Cæſari Mauritij mortem non ita moleſtam acciduſſe pleriſque perſuaſum fuit, qui res ſuas ab illo nuper in Germania labefactatas meminiſſet, & pejora à ſuſpecto ſibi ingenio metueret. Mauritium breui nempe an. 1554. ſecutus eſt. *Ioannes Fridericus* Elec. Sax. meritò ob conſtantiſſimum Auguſtanæ Confeſſionis favorem *Conſtantis* cognomine dignus; verè *Martyr Ieſu Chriſti, Dux afflictorum Princeps confeſſorum fidei,exemplum patientiæ & conſtantiæ*, qui poſt variæ vitæ ærumnas & adverſitates, quibus tota vita

Mauritij mors.

Alberti mors.

Alberti Proſopographia.

Mauritij Proſopographia.

Ioanni Friderici Electoris mors.

conflictatus

conflictatus eſt, tranquillitatis portum in morte tandem inuenit. Iam rurſus ad Carolum Cæſarem.

XL. Vltimum quod Carolus ſuſcepit, eſt *Metenſis obſidio an.* 1552. quam tamen vrbem fruſtra oppugnauit, maximáque copiarum pars contagiis, inedia & frigore periit. (*V. Thuan. lib.* 11. *hiſt. p.* 347. 348.) Carolo enim poſt captos Deo fideles Principes, oppugnatámque religionem Euangelicam, vix proſpere quicquam ceſſit. Gloriæ eius funus quaſi induxerunt Magdeburgum, Mauritius, & vrbs Metis infeliciter tentata. Vnde hi rythmi apud Germanos circumferuntur: *Metenſis obſidio.*

Der Maur, die Mez, vnd die ſchöne Magd,
Die Drey haben dem Keyſer den Danz verſagt.

Quod alias ita effertur:

Ni Metz, ni Mauriz, ni Mauritania, ni Magd,
Ni mors, quid multis? fueram per ſingula felix.

(*Zeiller.* in Itiner. Germ. *c.* 6. *n. vlt.*) Ita Magdeburgum, Mauritius & Metis Carolo Cæſari, plus vltra tendenti, metam præſcripſerunt. Vid. *Sleidan. l.* 22. & 24. Comm. *Caroli V. fortuna proſpera & aduerſa.*

In Caroli Imp. Symbolum: *Plus vltra* Henricus Ranzouius hoſce verſiculos compoſuit:

Si tibi plus vltra placuit contendere Cæſar,
Ad foſſas Metis non bene caſtra locas.
Hic poſitus limes fatalis, Carole, ſortis,
Quà tibi tot bellis obſequioſa fuit.
Admonet ad metam te perueniſſe, nec vltra
Victrici curſum poſſe tenere manu.
Ergo ſiſte gradum capiat Ferdinandus habenas
Imperij: reliquum iure Philippus habet.

Et alius apud Piccartum (Decad. 15. Obſ. Hiſtor. Pol. c. 8.) ita ait:

Herculis optaſti longas tranſire columnas,
Siſte gradum, Metis hæc tibi meta datur.

Hic Imperator merito feliciſſimus nominari poſſet, niſi Mauritius Magdeburgum, & Metis in rerum natura fuiſſent. Ceperat hic Imperator ad Ticinum in Italia æmulum ſuum Franciſcum Regem Gall. ſecùmque Madritium abduxit, neque ante dimiſit, antequam conditiones Caroli iurata fide confirmaſſet. Sed quid inde ortum ſit, hiſtoriæ minimè tacent. Offenſiones magnorum hominum (*monente Magnif. Dn. Forſtnero ad Tacit. p.* 249.) aut occentandæ minimè ſunt, aut eo vſque proſequendæ, vt à nobis læſus nocere nequeat. Quo pertinet *Epiſcopi Oſmenſis oratio* ad Carolum V. Imperatorem de dimittendo Franciſco Galliæ Rege, quam habet *Guicciardinus* [lib. 16. Hiſt.] Ipſe Franciſcus, in Hiſpania captiuus, dixiſſe fertur: Trium ſe optionem Carolo Cæſari facere: Aut ſe æterno carcere vinctum ſervaret; aut *Cenſura Carolinæ felicitatis.*

pro ſuâ magnanimitate priſtina libertate donaret; aut, ſi tanta cupiditas Burgundiæ potiundæ animo ejus inceſſiſſet, pactionibus, quibus placeret dimitteret: Carcerem ſe fortiter laturum; pro libertatis dono gratum omni vitâ, memorémque tanti beneficij futurum; iniquis legibus dimiſſum nunquam bona fide amicitiam culturum, ſed, arreptâ primâ occaſione omnia hoſtilitatis ſigna editurum. (*Andr. Maurocen. lib. 2. Hiſt. Ven. Dn. Forſtner. lib. cit.*) Quod attinet Caroli Cæſaris Germanicum bellum, etiamſi victoria penes ipſum ſteterit, tamen exitum poſtremo eum habuit, vt reſtituenda captivis proceribus & Imperio libertas. (*Vid. pl. ap. Dom. Forſtner. ad lib. 2. Ann. Taciti.*)

Conſiliarij Caroli V.

Apud hunc Imperatorem Gonzaga Mendoza & Epiſcopus Atrebatenſis (cuius pater ferrario fabro apud Veſontionem in Sequanis natus erat) omnia potuere [*v. Thuan. lib. 8. hiſt. p. 148.*] Naturâ hic Imperator erat mitiſſimus, & fidei datæ tenaciſſimus: Parum tamen abfuit, quin

Carolus V. Hiſpanis conſiliariis ſeductus,

continuis Hiſpanorum, quos ſecum habebat, ſuſurrationibus in tranſuerſum abreptus fuerit. Apparet in cauſa Lutheri, in bello Smalcaldico, in cauſa Ioannis Friderici Elect. Sax. & Philippi Landgrauij Haſſiæ: Quid non egerunt, vt D. Lutherum ſaluo conductu & fide publicâ eximeret? Incentores belli Smalcaldici nulli fuere alij quàm conſiliarij ejus Hiſpani.

Conſiliarij Hiſpanici Imperatoribus nocivi, & Imperij ſaluti noxij.

Inſuper, quod non ſatis bona fide cum Landgrauio actum, non tam Cæſari, quam Albano & Atrebatenſi [qui verba illa de captiuitate, non ità eſſe intelligenda quaſi planè non detinēdus, ſed quòd non perpetuò ſit detinendus, interpretabantur] imputandum Porrò quòd Ioannes Fridericus in periculum vitæ, ſententiâ damnatoriâ iam à Cæſare latâ incidit, eorundem Hiſpanorum ſanguinolentis conſiliis adſcribendum. Iiſdem etiam [nam omnia apud Cæſarem poterant] acceptum ferendum, quòd religio & regiminis ratio, in multis liberis Imperij civitatibus mutata fuerit.

Arcanum Hiſpanorū.

Hiſpani enim illi conſiliarij pro arcano habebant, regimen Germaniæ civitatum in civitatibus Germaniæ à plebe ad Optimates transferre, quòd paucorum imperium regiæ libidini ſit propius. [*Vid. infra ad art. 2. Inſtr. pac. §. 2. verb. Auguſta Vindelicorum.* Quod denique capti illi Principes Imperij per quinque annos cum ſummo opprobrio gentis Germanicæ, tanquam in triumpho, circumducti fuerint, non niſi Hiſpanorum inſtinctu peractum. [*Vid. Autor. Arcanor. Dominat. Hiſpan. cap. 9. nu. 1. 2. 3. 4. 5.*) Hic Imperator, durante ſuo Imperio, vicit meliora, probavitque, cæterum Granuellani & aliornm inſtinctu, deteriora ſecutus. Hiſtorici ſanè non ſilent *Granuellani* nimiam in Carolum Cæſarem potentiam [*Thuan. l. 8. Hiſt.*] qui apertè [*p. 238.*] refert, quod in Germania ſumma rerum ab vnius Atrebatenſis arbitrio pependerit; & quod is fraudis in detinendo Heſſo autor & artifex idem effecerat peruiceratque, vt Cæſar potentiſſimorum, ac de ſe optimè

optimè meritorum Principum juſtam in ſe offenſionem concitare mallet, quàm committere, vt conſilij de retinendo Heſſo pœnitere videretur; quòd (ſunt verba Thuani) quàm initio probroſum, tam poſtremo ejus in Germania rebus exitioſum fuit. Habebat is Granuellanus in inſigniis ſuis tria capita porcina, adiecto ſymbolo: *Sic viſum eſt ſuperis.* Cui alius, qui Deſpotikyrium illum ferre non poterat, adſcripſit: *Aquilam ſubmittere porcis.* Magno ſanè Regnorum ac Rerumpubl. malo inualuit pæne mos non Reges regere, ſed primum miniſtrum Regibus pariter ac ſubditis dominari, vt prudenter notat *Autor Obſeru. Polit.* ſuper Gall. morib. ſub Ludouico XIII. cap. 15. add. *Piccart.* Decad. 13. Obſeru. Hiſtor. Pol. cap. 9. Quò collimat Sigiſmundi Cæſaris querela hiſce verbis expreſſa: Ita *fit in aulis, vt, quos oderimus iis maximè parere cogamur*, Quum ſtatus Imperij de Friderico III. conqueruntur: *Das er bey Hoff den Brüheſchencken regieren lieſſe*; fertur Cæſar in hunc modum reſpondiſſe: *Es iſt gewiſslich Ihrer Keiner, er hat auch einen Brüheſchencken oder* Fac totum *an ſeinem Hoffe.* Adeò verum ſæpenumero fit illud viri Sapientis elogium: *Das ins gemein die Regenten Zwey Narren bey Hoff haben, einen, den ſie vexiren; den andern der ſie* vexiret: quod apophtegma hoc verſiculo eſt expreſſum:

Stultos quiſque duos Princeps conſeruat in aulis,
Vnum quem vexet; per quem vexetur, & vnum.

Dolendum planè eſt, vt à rerum gnaris accepi, aliquando in illuſtri Germaniæ aulâ tres præcipuos miniſtros Principis ſui, nimium probi, in tantum exitiſſe pædagogos, vt paulo ante feſtum Natalis Domini in luſu aleæ palam ex ſe invicem quærere non erubuerint: *Was der Heilige Chriſt Ihrem F. bringen ſolte?* Cæterum juſta Nemeſis à tergo hos eſt ſecuta, ſequiturque & alios, qui ſub vnius imperio arcanis incubant, & obſequij ſpecie dominantur. Quid enim tantos toties coloſſos ex inopinato ſternit? quid quæris? Idem qui Regibus ſceptrum dedit, clanculum ſubtractâ injuriam clanculum vindicat, manuſque non initiatas ſacris admouentes conſumit. Illuſtrium enim jura imminuere, quid eſt aliud, quam publicum furtum? Cæterum redeundo ad Carolum Cæſarem agnouit & ille, quos fructus ipſi tulerit Atrebatenſis ſplendidum ſeruitium.

Granuellani nimia autoritas apud Carolum V. nocet Imperio.

Granuellani Symbolum.

Nocet magnis Imperijs, ſi imperantes ſub ferula quaſi miniſtrorum ſint, caueant ergo ſibi ab hoc ſcopulo Imperatores & Principes Germaniæ.

XLI. Carolus Imperator tandem quum animaduerteret Papæ iniquas machinationes aduerſus Proteſtantes, & quod Hiſpanici Cothurni, pedibus Germanorum aptari minimè poſſent, reſignauit Imperium in manus Electorum, abijtque in cœnobium S. Iuſti, ordinis S. Hieronymi in Hiſpaniam an. 1556. Omnes res ſuas geſtas in mappis depingi, eaſque in monaſterij parietibus affigi curauit. Sæpius coram iſtis mappis pictis ſedit, ſecum ipſe recolens, quid in expe-

Caroli Imp. reſignatio.

ditionibus ſuis acciderit : vbi devenit ad eas mappas, in quibus Smalcaldenſe bellum, & captiuitas Electoris Saxonici depicta erant, ingemiſcens ac ſuſpirans dixit : *Hunc ſi reliquiſſem, qualis fuerat; manſiſſem & ego, qualis eram.* (*Thom. Stybarus de vitâ Ioan. Frider.*) Ferunt Carolum initi conſilij de Imperio ac regni reſignatione pænituiſſe. Cardinalis Granvellanus, cùm aliquanto poſt Philippo revocaſſet in mentem : Anniuerſalem illum eſſe diem, quo Carolus pater Imperio regniſque ceſſerat; Reſpondit illico Rex: & hunc quoque diem anniuerſarium eſſe, quo illum ceſſiſſe pænituit. Maximus hic Cæſar; cui vnus non ſuffecit orbis, incluſit ſe ad extremum domunculæ, quam prope memoratum cænobium conſtrui juſſerat. Ita alios vincere aſſuetus, ſe ipſum vicit & qui Reip. vixerat, ſibi ac Deo cœpit viuere.

Caroli V. pius obitus.

XLII. Ann. 1558. d. 21. Sept. Carolus, cum biennium ferè in monaſterio D. Iuſti degiſſet, piè ex hac vitâ diſceſſit, in vnico Seruatore noſtro Ieſu Chriſto omnem ſpem æternæ ſalutis collocans. Paulo ante ſumpſerat Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie juxta inſtitutionem Chriſti, addens has ſalutares voces: *In me mane dulciſſime Domine Ieſu, vt ego in te maneam.* (*Vid. Thuan. l. 21. Hiſt. p. 643.*) Poſt ejus mortem Philippus II. Caroli filius, Archiepiſcopum Toletanum, omnib. bonis priuauit, etiam veneno tollendum curauit, quia dixerat, Caroli V. vltimam confeſſionem fuiſſe: *Se in ſolo merito Chriſti confidere*, Recenſet ejus Epitaphium Baudartius (*l. 16. Apopht.*)

Hic iacet intus, Carolus Quintus,
Ora pro eo bis vel ter, Aue Maria vel Pater noſter.

Caroli V. Laus. Vid. Zenecarum in vita Caroli V.

In hoc Principe cum virtute certauit fortuna vt illius meritis ſupremum felicitatis faſtigium imponeret. Neq; verò vllum perfecti magis & ad omnem virtutem expreſſi Principis exemplar noſtra & retro ſeculorum memoria reperiri poſſe arbitror, quod iis, qui ad imperium virtutis via graſſantur, ad incitandum proponi queat. Cautior tamen interdum Cæſar, & ſupra, quàm in illa fortuna decuit, verſutior pleriſq; viſus eſt ; ob idque hiſtoriæ Ludouici XI. à Cominæo prudentiſſimo equite, ſcriptæ delectatus fuiſſe perhibetur, in qua, vt multa prudentiæ præcepta tradi, inficias non ierim, ita plura minus ingenui, atque adeò parum regij animi exempla reperiri minimè negari poteſt. Objicitur præcipuè Cæſari Philippi Heſſorum Principis captiuitas, qui totum quinquennium contra datam fidem, cauillatoriæ ſcripturæ obtentu in arctiſſima cuſtodia Hiſpanorum ludibrio expoſitus fuit : quod non ſolum Cæſari pudendum, qui ea in re alieno potius, id eſt, Albani & Granuellani conſilio vſus eſt, quam ſuo, ſed etiam poſtremo damnoſum. Verum hic vt & alij veluti mortalitatis infirmæ næui, in pulchra illius fortuna haud adeò deformes ſunt. *V. Thuan. l. 21. Hiſt. p. 648.*

XLIII. De reſignatione Caroli ea tẽpeſtate vario tunc hominũ ſermone

mone fuit diſceptatum; hodiéque declamatorum in ſcholis, Politicorum in aulis argumentum eſt: *Carolus Cæſar abdicans. Permulti cauſam* in promptu habebant, nempe Cæſarem ingraueſcente articulari morbo adductum eſſe (quemadmodum inter ejurationis ſolennia teſtatus eſt ipſe) quam Imperij molem pari virium præſentiâ ſuſtinere ſe vltra diffideret, eam ſalutari & ſibi & regnis anticipatione in æui animiq; validum inclinaret. *Alij, qui in abdita inquirere ſolent,* deterritum ſuſpicabantur Cæſarem Henrici II. Galliarum Regis felicitate, cui opponere filij juuentam, regnandi auidam & capacem, quam annos palmaſque ſuas, conſultius habuerit. Obſeruauerantque ex quo ille Metim à Gallis captam recuperare, exercitu centum hominum millium ad vrbem admoto fruſtra tentauit, deſideratis in eâ obſidione non paucioribus quadraginta ſuorum millibus, tantum mœrorē animo contraxiſſe (præſertim, quòd paulò in Germaniâ conſulere ſibi indecorâ fugâ certè inſolitâ, coactus fuerat à Mauritio Saxonum Duce) vt per aliquot dies publico abſtinuerit, increſcentémq; morbum acriori ſenſu impoſterum tolerauerit. Quin & vulgo credebatur; Cæſaris fortunam, faſtidio ac ſatietate jam captam, retrocedere incepiſſe; felicemq; Imperatoris, hactenus inuicti, genium, in Hēricum Galliæ R. immigraſſe: ipſo Cæſare non diſſimulante, quum diceret: *Fortunam eſſe iuuenum amicam.* Ideóq; pro columnis Herculis, ac *plus vltra*, vſitato Caroli ſigno; non deerant qui Cancrum, & *plus citra* ſubſtituerēt adderéntque: *Sapienter imitatum eſſe Cæſarem præcautos aleatores, qui magnam nummorum ſummam, ante ſe congeſtam, lucrati pluriū horarum ludo, veriti fortunæ aleam, trahunt opportune manum; neque ſe parto illo victoriarum cumulo exui, iactu videlicet vno, patiantur. Aliqui* porrò factum Cæſaris ambitioni occultæ adſcribebāt, quòd cū ſibi ſatis abundeq; gloriæ adeptus videretur, tā multis ex omni hoſtiū genere victoriis, tanta felicitate reportatis, vt à nullo ferè Carolus prouocatus bello fuerit, quē nō modò victū; ſed (quod rarò legitur) vinctū etiā, captivúmq; nō viderit, nouos gloriæ titulos cōcupierit.

Quare Carolus Imperator Imperium reſignarit.

1. 3. 4.

Verùm *alij* ex Proteſtantibus rem aliò trahebant, Cæſarémque religione tactum hoc conſilium concepiſſe affirmabant; quod ſcilicet Carolus agnouerit, ſe Romanæ religionis velo, Proteſtantes nimium afflixiſſe, adeóque ſæpius ingemuiſſe, conſcientiæ remorſu, vbi inter cætera aulæum capti Saxonis victoriam repræſentās, in deambulacro domunculæ expanſum, animi cauſa perluſtraret: adeóque extremum illum vitæ actum, placando offenſo Numini, ordinaſſe, imò pleriq; Euangelici Carolum non obſcurè in ſuas partes tranſiiſſe, vel teſtimonio presbyteri ſolitarij, à Philippo ob hæreſeos ſuſpicionem exuſti, credi volebant. 5. 6.
Ego, (*ait, Belgij Tacitus Famianus Strada*) etſi non ſum neſcius, grandia conſilia à multis plerunque cauſis, ceu magna nauigia à pluribus re-

Famianus Strada.

mis impelli; tamen non facilè mihi perſuaſerim, in Cæſaris animo magnam ſibi partem vindicaſſe, aut fortunæ commutabilis metum, aut alium quempiam leuiorem motum. Siquidem annis ante obitum ejus ferme decem, id eſt, in ipſo victoriarum flore, in eo, quod Auguſtæ condidit teſtamento, de hac ipſa regnorum abdicatione mentionem feciſſe conſtabat. Quin etiam exploratum habeo, ante hoc quoque tempus agitaſſe animo Cæſarem, depoſitis humanis curis, receptui aliquando canere: Idque cum Franciſco Borgiâ Gandiæ Duce vnicè communicaſſe, ſeuere admonito, ne cui mortalium conſilium hoc ſuum, quod requietem nactus à bellis aliquam, exequi decreuerat, aperiret. Crediderim verò Conſilium, quod animo identidem recurrebat, hoc demum tempore (nempe ann. 1556.) maturatum quo tempore ſuper inualeſcentem morbum (cujus vi examinabatur interdum) inſtare propediem fatum ſuum, opinari cæpit. Audituſque eſt per eos dies, cum illam crebro vocem reiteraret *Centurionis* ſui, qui vetus multorum ſtipendiorum eques rebus humanis renunciaturus, cum miſſionem à Carolo peteret, iſque noui conſilij cauſam exquireret, reſpondiſſe fertur: *Inter vitæ negotia & mortis dies, oportere ſpatium intercedere.* Quod ſcitum hominis dictum altè quidem inſedit animo, quippe ſimilia meditanti. Dein verò quando apparebant vitæ vltima, occupandum ſibi duxit ſpatium illud, quod vltra nullum eſſet; vt quod eſt difficillimum, in vitâ mortem ordinaret, ne tantus felicitatis humanæ reus, injecta neceſſitatis manu, imparatus ad Dei tribunal attraheretur.

Dictum memorabile centurionis Caroli V.

Carolus vt victo diſceſſit victor ab orbe
Vlterius tendens regna beata tenet.

Autores de Caroli V. Iouius.

Plura qui de hujus fortunatiſſimi Imperatoris rebus geſtis noſſe cupit adeat *Simonem Schardium ICtum Tom. II. German. Illuſtr. P. Iouij* Epiſcopi Nucerini *l. 45. de Reb. geſt. Caroli V.* aliquoties typis diuulgati, ſtylo elegantiſſimo, licet fide non optima. Ioan. Bodino teſte ſcripti: *Franciſci Guicciardini* Patricij Florentini, *Hiſt. lib. 20.* non ſolùm diligenter ſed accurata fide conditi. Addantur his *Dauides Chytr. Chronica*, quibus Cranzium continuat. Inprimis verò *Ioannes* ille à patria ſua oppido Sleidà (in Belgio) dictus *Sleidanus*, quem *Thuanus* To. I. Hiſt. ſemper ac lubentiſſimè ſequitur. Hunc licèt ſugillet Laurentius Surius, Naucleri continuator, & aliquot millium mendaciorum reū agat, quaſi mala fide pleraque commemorarit, & minetur Ioannem Gropperum Cardinalem, & Eberhardum Billicum Carmelitam Sleidanum confutaturos, nihil tamen eorum quicquam mundus vidit, & conſtat Carolum ipsū de Sleidano dixiſſe: *Aut proditores habemus Conſiliorum, aut ſcriptor iſte familiaris ſpiritus reuelatione iſta didicit.* Nunc & Thuanum qui porrò ſuperare ſibi præſumat poſt Homerum Iliada ſcribet.

Guicciardinus. Chytreus. Sleidanus. Thuanus.

XLIV. Ex hactenus allatis conſtat quid ſentiendum ſit de ſtatu

Reli-

Status Reipublicæ Imperij tempore Caroli V.

Religionis & Reip. tempore Caroli V. Nimirum veriſſimum eſt illud Famiani Stradæ: *Quoties mota eſt ſacra religionis Anchora toties fluctuavit reip. nauis*; quum itaque ingens religionis mutatio ſub hoc Imperatore in noſtra Germania acciderit, quid mirum ſi Reſpubl. Imperij, in duas partes ſciſſa, tota fluctuarit, & tantum non in ἀναρχίαν demigrarit, id quò minus tum contigerit vnicè belli Turcici, ac Caroli V. formidabilis potentia prohibuiſſe videtur. Neque enim ſummum illud judicium Imperij, quod Spiræ Nemetum à Maximiliano I. Imp. erat fundatum, tum Caput ac Membra, continere poterat, vtpote quum Euangelici iſtis judicibus ſæpius exceptionem ſuſpicionis opponerent, neque ibi religioſas controuerſias, neque etiam coram Cæſare, Pontifici adhærente, diſceptari permitterent. Et tamen Eccleſię ſtatus tum temporis, ob Luxurioſam & exlegem Papæ cum Clero ſuo licentiam, ita erat affectus, ut Reformatio ſummè fuerit neceſſaria. Dum autem à ſede Romanâ, vnde tota mali labes efffluxerat, nullum remedium ſperabatur; Germaniæ Proceres, dum Cæſar ipſe autoritatẽ atq; majeſtatem circa ſacra, ob Pôtificis hierarchiam affectatam, exercere non audet, Pio Zelo & generoſo quodam animo impulſi, Eccleſiarum ſuarum corruptum ſtatum in melius mutare ex puræ doctrinæ præſcripto, cæperunt. Hoc cum malè haberet Romanum Præſulem, omnimodo id egit, vt Cæſarem & alios ſibi addictos cum Proteſtantibus collideret atque committeret. Hinc cum an. 1521. in Comitiis Wormatienſibus gliſcentes ſacræ controuerſiæ componi minimè poſſent; cœptum eſt paſſim in Imperio tumultuari, Pontifice Romano oleum camino addente; adeò, vt qui ab vnâ parte eſſent, *Proteſtantes*, qui ab alterâ, vocarentur *Catholici*. Ah! quàm facile fuiſſet omnes iſtos fluctus componere, ſi modò Cæſar tum ſtatim Confeſſione Proteſtantium exhibitâ, & perpenſâ eorum puriſſimâ doctrinâ ipſe autoritatem ſuam aduerſus Papam Romanum interpoſuiſſet: Sic rediiſſet Eccleſiæ priſtinus honos, concordia inter caput & membra Imperij ſtabilis manſiſſet, judicia Imperij ſummâ floruiſſent, denique Rempubl. ex voto pulcherrimam habuiſſemus. Cæterum poſtquam peſtiferum venenum à Capite Papâ ſe in omnia membra, cum capite iſto vnita, latius diffudiſſet, & quælibet pars ſe mutuò execrari cæpiſſet, exorta tandem feralia bella, nullos triumphos habentia, quæ vniuerſam, quam latè patet, Germaniam ruinis inuoluerunt. Tentauit quidem auguſtiſſimus Cæſar haſce tempeſtates comitiorum ſerenitate iterum pacare; cæterum omnia erant fruſtra, *Dieta Dietam pariebat, & partus matrem perdebat*, ipſomet Imperatore hoc aliquoties fatente. Nihilominus tamen plerique omnes ambarum partium, patriæ pacem & quietem exoptabant; hancque religionis controuerſiam, legitimo aliquo & libero concilio, aut œcumænico, aut gentis ſuæ,

Ius ſacrorũ Principes Proteſtantes ſibi rurſus iure poſtliminij aſſerunt.

Conſilium de componenda Repub. tempore Caroli V.

Remedium ad fluctus Imperij componendos flagitatum.

componi cupiebant. Salutare quidem, fluctibus hiſce ſedandis, remedium, cæterum recta via non adhibitum. Imperatoris partes hic fuiſſent, legitimum & liberum concilium indicere, eique, ſe Præſide, actores Euangelicos & Papam reum (à quo tanquam à capite morbus ſacer in Eccleſiæ membra profluxerat) ſubjicere, cauſâque tota, per legitimos tramites & liberrima ſuffragia, diſcuſsâ, Orbi Eccleſiaſtico deinde pacem reſtituere. Cæterum quum Imperator ille ſuperſtitione Pontificiâ imbutus à Papa (qui alteram in hoc negotio ſacro partem, & quidem ream, conſtituebat) remedium atque concilij indictionem

Solæciſmus Eccleſiaſticus à Carolo V. commiſſus.

peteret; non eſt mirum, hoc Eccleſiaſtico ſolæciſmo admiſſo, diſſidia illa religioſa terminari non potuiſſe, vt etiamnum hodie orbis Chriſtianus, in Europa ſchiſmatibus ſciſſus, adhuc fluctuet. Quum itaque remedium ex concilio, (quod Carolus pius Princeps præ cæteris omnibus vrgebat ſpeque laudabili, variis Pontificum ludificationibus,

Papa libera Christiana concilia horret.

fruſtraretur) nec eſſet præſentaneum, nec expeditum, aut facilè; Morbus verò, cui in Imperio remedium quærebatur, adeò eſſet acutus, vt minimè expectandum eſſet, dum medicus è longinquo accerſeretur, magnâ aduentus incertitudine: Hinc Proteſtantes medicinam ex nationali concilio petere coacti ſunt. Verum & illud machinationibus & fraudibus Papæ facilè eluſum. Sic Pontifices multa mala dedere luctuoſæ Germaniç. Tandem, quum Tridentinum Papale concilium vulnera Eccleſiæ potius exaſperaret, quàm ſanaret, & Proteſtantes, qui Papam reum in eo judicem omnipotentem, callidéq; omnia molientem, cernentes, illud non admitterent: Imperator ipſe & Catholici ordines, aduerſus Proteſtantes inflammati, & exaſperati, armis illos opprimere atq; extinguere decreuerunt, atque inde orta inteſtina bella, de quibus

Dominationis myſteriũ ſub motibus ſacris in Germania gliſcit.

ſupra diſſeruimus. Cæterum ſub *hiſce Germaniæ motibus ſacris, ingens ciuile capit propagari dominationis myſterium, quod ſub Carolo Imperatore incipiens atque gliſcens non tantum noſtram Rempubl. ſed etiam vniuerſam Europam in duas partes diuiſit.* Sed hoc paulò altiùs repetendum eſt: Veræ Germanici belli cauſæ, tanquam peſtilentiſſimi morbi, in occulto abduntur. Quæ verò palam partes pro veris cauſis diuiſo ſtudio jactãt, (*Vid. Hortlederi Vol. cui tit: Vrſachen vom Teutſchen Krieg*) non niſi initia atque occaſiones fuerunt. Romano Catholici hæreſin; proteſtantes Perſecutionem: Vtrique in aduerſario ſuo ambitiones ac rerum nouarum ſtudium accuſarunt. Extant apologiæ, criminationes, accuſationes; ſed ex quibus nihil certi ſtatuere poſſis.

Cauſa quare Germania & aliæ Reſp. in Europa fluctuent.

XLV. Vt igitur in totius tragediæ originem altius penetremus, id præmittendum, *ſecernendam eſſe à veris cauſis religionem, quæ non niſi acceſſorium & conſequens fuit.* Vt verbo complectamur: *cõtrouerſum fuit de Monarchiâ Hiſpanica.* Nam ab eo tempore, quo Hiſpani caput ſupra omnes

omnes Reges & Principes efferre, cóſque tanquam inferiores & in minori potentiâ, deſpicere cœperunt; reliqui omnes, quibus nimium increſcens illa Hiſpanorum potentia ſuſpecta fuit, conjunctis viribus ſub Principe ac Duce Galliarum Regis creſcenti ac latiſſimè euaganti dominationi ſeſe oppoſuerunt, expreſsíſque plurium fœderibus, & tacitâ omnium conuentione id actum fuit, ne Hiſpanus vltra progrederetur. (*Confer. Anicelli Orat. ap. Thuan. lib.* 118. *Hiſt. & Illuſtrem Dn. Forſtner. ad l.* 11. *Ann. Taciti p.* 48.) cœpit hoc (*eodem Dn. Forſtnero bene obſeruante.*) imprimis poſtquam *Carolus V. Cæſar*, *& Philippus II.* R. Hiſpaniæ enormi potentia & pari ambitione Europæ Imperio imminere crediti ſunt. Nam *tum temporis tota Europa in duas factiones, Hiſpanicam ac Contra ſiue Anti-Hiſpanicam diuiſa fuit.* Dominus Forſtnerus (*loc. cit.*) optimam cenſuram Politicam circa hanc rem adjungit, dum ait: *Dum modicæ eſſent Hiſpanorum res, virtuti ac fortunæ eorum cuncta peruia videbantur. Raræ itaque eſſe prudentiæ, modum & limitem ambitioni ponere, ſiſtere cupidinem, & firmare potius ſibi quæſita pace, quam bella ex bellis ſerendo nouis incrementis inhiare.* Aucto enim Imperio augetur metus, & inuidia minus valentium. A metu & inuidia tranſitur ad coitiones & fœdera, pro communi ſalute tuenda, & haud rarò ad bella. Plerique Principes bello inter Hiſpanum & Batauos ſuam ſalutem contineri opinati ſunt. Sanè *Eliſabetha Angliæ Regina* toto regni tempore vel patrocinij vel fœderis prætextu conſtantiſſimè Batauos tutata eſt. *Sueciæ Rex*, quamquàm nihil ab Arauſionenſi ſperare poſſet, tamen eodem Auſtriacæ potentiæ metu, ſpretis ingentibus Philippi II. Regis promiſſis, ei magnorum nauigiorum, quibus abundabat, vſum denegauit. Ob eandem cauſam ſemel atque iterum Auſtriaci Principes à Comitiis Poloniæ rejecti ſunt: ne accedente ad Bohemiam & Vngariam tam latè patente regno, ejus beneficio Gedani potentes, interdicto commercio, negatóque frumento ad officium Batauos cogerent. (*Dn. Forſtner. in omiſſis ad Tacit. p.* 598.)

bus agitentur eſt Monarchia Hiſpanica.

Hiſpani & Contra-Hiſpani hodie ſcindunt Europam.

Ambitio turpis eſt genitrix triſtium malorum in Rebuſpp.

Monarchia Vniuerſalis minus tuta.

NB. Mirum intereſſe ex metu ciuilis potentiæ procedens.

Æmulatio potentiæ tandem tragædias excitat.

Adeò verùm eſt illud:

Semper habet comitem vis metuenda metum;

Et odium certaminibus ob ciuilem potentiam amplificandum ortum, vltra metum durat, & ne in victis quidem deponitur, neque ante inuiſum eſſe deſinit, quàm eſſe deſiit (*Velle*. l. 1. c. 12.) Hodie ſane nihil certius eſt, quoſdam ſubuenire aliquibus, non vt illis proſint, ſed vt noceant Hiſpano, vel alteri cujus nimiam potentiam habent ſuſpectam. Ideóque inter axiomata ſtatus non poſtremum habetur, curare ne potentia vicinarũ Rerumpub. quib. nimis augeatur, aut, ſi jam aucta eſt, vt poſſit diminui. Proinde Gallis oppoſiti ſunt Angli, his Scoti: Luſitanis Hiſpani: Ipſe Pontifex in Italia Hiſpani æmulus. In ſumma: In rebus

humanis hodie ita comparatum eſt, vt nullus ferè ſit populus, quem non æmulus aliquis exerceat, vt veriſſimè annotat *Cominaus* (l. 10. Comment.) Apud Traianum Boccalinum (in Lapide Lyd. p. 107.) Imperatori Maximiliano II. ſciſcitanti quando mala Auſtriacæ Domus habitura ſint finem? Apollo in Parnaſſo tale reſponſum dat: *Finis erit perſequendi & vexandi omnem familiam tuam, Magne Imperator, quando illa miſſas faciet cogitationes ambitioſas, &c. Et tum euaneſcet ingens illa coniuratio qua in vos inita eſt, & Germania impensè veſtros amabit Archiduces, ſi depoſita hac ambitione, claris indiciis oſtendent omnibus, ſe velle pares eſſe, non maiores, reliquis Germania Principibus.* Et apud eundem (p. 144. 145.) Imperium Romanum ait: *Portentoſam potentiſſima Domus Auſtriaca felicitatem cunctis Principibus tam Germania tam Italia cateraque excitaſſe atroces adeò ſuſpiciones, vt genuerint prateritas & praſentes calamitates: Et quod horſum confluxerint humores adeò multi & maligni, vt veriſſimè poſſim dicere, ſeditiones illas Germanicas fore incurabiles:* Hæc Boccalinus, quæ tamen hodie Pace Germaniæ redditâ, cùm grano ſalis accipi debent.

Boccalini querela de Domo Auſtriaca.

Superiori ſeculo cum Carolus V. ann. 1519. præ ambitioſo Galliæ Rege Franciſco, Imperator eligeretur. [*Vid. Sleidan. l. 1. Comm. & in eo Moguntini & Treuirenſis Electorum orationes*] quàm ſolliciti tum fuere Electores, ne Carolus ille Auſtriacus poſt Carolum M. Imper. omnium potentiſſimus, in Imperio Monarchiam ſiue παμβασιλείαν ſibi strueret, (Moguntinus enim Carolo commendato Ariſtocratiam, ſiue potius Ariſtocratiam Monarchicè temperatam, in Imperio retineri poſſe ſibi perſuaſerat, vt videre eſt in ejus Oratione apud Sleidanum, l. cit.) nullúmque commodius viſum remedium, quàm vt Carolus electus incertas leges, quas *Capitulationes* vocamus, juraret, quas videre eſt apud Hortlederum & Sleidanum (*lib. 1. comm.*) eaſque prudentiſſimus Vir Dn. *Ioan. Limnaus* eleganti commẽtario illuſtrauit. Cæterùm an hoc ipſo remedio Illuſtriſſimi Domini Electores obtinuerint, quod ſeriò intenderunt, meum non eſt judicare. [*vide tamen qua hoc Diſc. n. 27. 37. ſuperius ſunt allata.*] Si Thuano, Sleidano, Forſtnero, Conringio, aliiſque rerum Germanicarum peritiſſimis fides habenda, ſanè conſtat Carolum Imperatorem, inſtigantibus Hiſpanicis Conſiliariis, Grauellano, Mendoza, Albano, &c. Monarchiam pleniora in Germania molitam eſſe, atque adeò παμβασιλείας fundamenta jeciſſe, quam dein hoc ſeculo Potentiſſimus Imperator *Ferdinandus II.* planè firmare voluiſſe multis Illuſtribus Proceribus viſus eſt. Sanè poſtquam plurimi Principes Imperij hoc ipſum deprehenderent, ex eo tempore, præcipuè Ordines Euangelici, hiſce occultis molitionibus, auxiliis exterorum obviâ ivere, pulcherrimâ Reformationis religioſæ occaſione, quaſi è re natâ melius

Capitulationes.

Arcana Imperatorum Auſtriacorum de fundanda Monarchia.

fieri

fieri haut poſſet, ſe offerente. Superiori itaque ſeculo à parte Catholicorum non tam religio, quàm regio & ſedis Romanæ defenſio quæſita eſſe videtur. *Ipſi Pontifices Romani, ac potior Cleri pars, ſuperiori ſeculo Contra-Hiſpani fuerunt*, id quod bella inter Clementem VII. Papam, cum Carolo V. & inter Philippum II. & Paulum III. declarant. Verum enim verò quum interea diſſidium religionis indies vires acquireret, & Principes Proteſtantes Contra-Hiſpanorum partibus acceſſiſſent; tum Pontifices Romani, metuentes ex[te]nuationem potentiæ ſuæ per hæreticos, [vt loquuntur] Hiſpanis ſeſe adjungere, ac ex cauſa Politicâ religionis negotium facere cœperunt.

Papa Auſtriaca potentia amulus.

XLVI. Primum belli Germanici præludium an. 1547. factum (*de quo ſupra*) in quo Carolus ſiue potius Conſiliarij Hiſpani obtinere videbantur, quod intenderunt. Cæterum, breui alea jacta aliter cecidit, inque bello Mauritiano contra Cæſarem Evangelici ſuperiores euadentes, per Tranſactionem Paſſauienſem & Cæſari & ipſis ſua rediit autoritas, (*vt ſupra diximus*) ſimúlque in hiſce ambitioſis tumultibus pura Euangelij doctrina, ſenſim latius eundo, vires ſibi acquiſiuit, ac demum ann. 1555. Auguſtæ Vindelicorum, perpetua pace per Ferdinandum I. Regem Romanorum, cui Carolus Imp. pleniſſimum mandatum dederat, cum conſenſu Statuum Imperij confirmata. Hoc modo Hiſpanica factio repreſſa, & fluctuans hactenus Imperij nauis in portum rurſus collocata eſſe videbatur. In hoc enim Auguſtano conuentu tandem decretum factum eſt, ne vlli Principi, Comiti ac Ciuitati Imperiali bellum inferretur propter religionem. Hic eſt annus 35. ab ann. 1521. quo primùm Edictum à Carolo V. editum fuit contra doctrinam Lutheri. Vtinam hæc aurea Religionis Pax ab ann. 1555. vſque ad noſtra tempora inuiolabilis manſiſſet! Certè triſte illud tricennale bellum, quo barbarum in morem Patria vaſtata eſt, noſtra non vidiſſet ætas. Verum Auguſtana illa Pax induciis quam paci ſimilior fuiſſe videtur, vt deinceps audiemus (*Conſ. infra. ad art. 5. Inſtr. Pac. Diſcurſ. de Pace religioſa.*

Pacificatio religioſa.

Pacis religioſa anchora mota, turbas dedit.

XLVII. Poſt Pacem illam Auguſtanam in Imperio noſtro interceſſerunt longæ induciæ ab anno 1560. vſque ad ann. 1612. Interea [ve]rò enim Rex Hiſpaniæ bellis Gallicis, Belgicis & Anglicis fuit impetitus. Imperatores verò Germanici Carolum V. excipientes, fuerunt pacifici atque à violentis ac peſtiferis Hiſpanorum Conſiliis ac Machinationibus alieni erant; eoſque præterea Turcica bella omni illo tempore deſtinebant.

XLVIII. Ac primùm quidem, quòd *Ferdinandum I. Imp.* attinet, fuit is tranquillitatis & pacis publicæ ſtudioſiſſimus; Decreta[q]ue Pacis religioſæ & profanæ renouauit ac confirmauit: Subditis in Pro-

Ferdinandus I. Imp. Pater Patriæ.

uinciis hæreditariis paulò ante mortem integrum cænæ Dominicæ vſum conceſſit; teſte Thuano. Hic ann. 1521. ductâ Anna Ladiſlai, Hungariæ R. filiâ, illo ann. 1526. à Turcis cæſo, Regna Hungariæ & Bohemiæ Domui Auſtriacæ adjunxit. Fluctus ciuilium Bellorum in Imperio ſingulari prudentia ſedauit; ſtatumque Imperij, ſub Carolo fratre, à Romano Pontifice & Hiſpanis valde perturbatum, rurſus reddidit tranquillum. Quanta fuerint & adhuc ſint in Imperio religionum diſſidia, & deinde ſecutæ Principum diſtractiones, diffidentiæ, odia, quæ in aperta bella ciuilia aliquoties eruperunt, nemini, rerum Germanicarum perito, non poteſt non eſſe manifeſtum. In hiſce, aſperiora conſilia ſpernens, moderatione & Prudentia ſingulari ita verſatus eſt, vt ſæpe ciuiles diſſenſiones ſine ciuili ſanguine compoſuerit. Tandem etiam ſua autoritate Carolum fratrem flexit, & pacem ſalutarem Germaniæ reddidit. Vtinam & ſimilis ſtatus ſub Ferdinando II. Imper. in Germania fuiſſet! ſub quo armis inteſtinis Imperij ſtatus penè euerſus, vt poſtea audiemus. Tota Germania gratiam ſempiternam Imperatori Ferdinando I. debet, quem Deus murum Patriæ contra immanitate Barbaros & feritate truces, Turcas eſſe voluit. Hic Princeps Germaniæ Numa poſt bellatorem Carolum ornamenta pacis rectè ordinauit, neruóſque gubernationis confirmauit. Ita conſulere Patriæ, parcere ciuibus, ferâ cæde abſtinere, mores regere, reddere orbi quietem, ſeculo pacem ſuo: Hæc ſumma virtus eſt; petitur hac cælum via. Quinimo ſemper noſter Ferdinandus in id toto pectore incubuit, vt religionis controuerſia, quoad licuit, extingueretur. Quamobrem Ferdinandus ſæpius in hæc verba erupit: *Inter ſumma quæ Deus in gubernatione Imperij mihi conceſſit, primum atque maximum vero animi iudicio hoc duco, quod ad ſedandas diſcordias publicas animum adjeci, & pacificationis in religione formulam Deus mihi in mentem dedit* prout refert *Crato à Crafftheim* (*in Epiſt. prælim. Hiſtor. Bohem. Dubravij.*) Hujus nimirum authoritate & conatu *Tranſactio Paſſauienſis* obtenta eſt, in qua libertas Auguſtanæ Confeſſioni primum conceſſa. Hæc tranſactio Concilium Tridentinum diſſipauit, religionem ſinceriorem ab oppreſſione Pontificia liberauit, eique pacem dedit perpetuam; captiuis Principibus Electori & Landgrauio libertatem reddidit & libro *Interim* finem attulit. Hanc ann. 1555. ſecutum eſt pernobile *Decretum Auguſtanum*, quo ſincerioris ac purioris Chriſtianiſmi in Imperio exercitium, omni violentia ſublata, liberum eſſe juſſum. Hoc decretum Ferdinandus in Comitiis ann. 1559. Aug. celebratis, in perpetuum confirmauit. Scripſit hic *Imper.* egregiam atque auream *epiſtolam ad D. Martinum Lutherum* de dato *Oeniponte. 1. Febr. an.* 1557. (*Vid. Melchior. Goldaſt. Tom, 1. Conſtit. Imperij fol.* 147.) in quâ pius & doctus ille Princeps; *ſpondet, quod illius doctrinam,*

Status Reip. Imperij & religionis ſub Ferdinando.

Prudentia Ferdinandi in componenda Repub.

Notentur aurea Ferdinandi verba pro ſtabiliendo Imperij intereſſe.

Tranſactio Paſſauienſis Imperij Fulcrum.

Liber Interim aboletur.

Pax religioſa.

N B.

doctrinam, dummodo Scripturis Biblicis atque Diuinis conſtanter inhæreat, neque ſeditioſi quid, aut quod contra Chriſtum ſit, eidem admiſceat, benè ferre ac tolerare queat: Se nunc demum (proh dolor!) ſatis deprehendere, Papam eiuſque aſſeclas hucuſque ſuo tantum commodo ſtuduiſſe, & ſiliquas ipſis pro frugibus diſtribuiſſe ac venditaſſe. Item: Se tanquam Romanorum Regem (non obſtante illo, quod Papa meditatur, Concilio) comitia Imperij velle conſcribere, ac cùm ordinibus ciuitatibuſque ſe, atque aliis ſacrarum literarum peritis in conſilium adhibitis, eniſurum, quò fidei ac religionis articuli ad normam diuinæ veritatis in vnanimem denuo redigantur conſonantiam.

Intereſſe Papæ ex traditionibus ſuis religioſis,

Intereſſe Imperij ad imponenda diſſidia religioſa.

Glorioſiſſimus ille Imperator hanc epiſtolam ita claudit: *Hæc ſunt, quæ perclementi animo ſcire te volumus, quò interim in veritate tantò ſtrennue magis operari, captaque perficere pergas.* Inſcriptio epiſtolæ fuit: *Honeſto doctóque ac deuoto noſtro ac Sacri Imperij fideli dilecto Domino Martino Luthero, Sacrarum literarum Doctori, Witteberga.* Hæc Ferdinandus. Vtinam Carolus Quintus, Ferdinandi Frater, tam apertam mentem ſimiliter præ ſe tuliſſet! Sunt non pauci, qui credunt, hunc *Carolum*, quæ ipſius prudentia erat, tacito pectore agnouiſſe curiæ Romanæ fraudes ac impoſitiones, quomodo ſe ille *Montibus pietatis*, id eſt, fictis traditionibus ſuis miſerorum laicorum loculos tantum, nefando crimine, expilet, Planè ſimilis Carolo V. Galliæ Regi, qui edi curauit librum aduerſus technas & tyrannidem Romanam, cui titulus: *Somnium viridarij*; qui etiam nunc legitur (*teſte Dn. Martino Schookio in inſigni Tractatu de Seditionibus. l. 3. cap. 23.*)

Caroli V. arcanum rationis ſtatus.

Carolus V. Galliæ Rex Papæ fraudes manifeſtat.

Carolus ſanè Cæſar in libro *Interim* admiſerat conjugium Sacerdotum & communionem ſub vtraque ſpecie. Quomodo idem ille Imperator ipſam vrbem Romam ceperit, Papámque Clementem VII. heroico facinore humiliarit, notum ex iis, qui tempora ſuperioris ſeculi compoſuerunt. Cæterùm Hiſpanici ejus Conſiliarij videntes ſub velo defenſionis religionis Romanæ Imperatorem commoda & arcanam intentionem Germanicæ libertatis opprimendæ mirificè promouere poſſe; hinc optimum illum Imperatorum ſeduxerunt: & aduerſus Lutheranos (quos appellant) pro Papa armarunt. Bene tamen eſt, quod Carolus ob hæc admiſſa ante obitum in cœnobio S. Iuſti ſeriò ingemuerit (*Vid. ſupra n. 43. 44.*) Sed vt ad Ferdinandum noſtrum, tam charum Germaniæ caput, reuertamur, quàm ſeriò ille concordiam religionis ſibi proram & puppim duxerit, patet ex ejus literis (*de dato Vienna d. 15. Iul. 1564.*) ad *Georgium Caſſandrum*, in quibus inter cætera: quod non exigua ipſi ſpes facta fuerit à multis piis, doctis, Catholicis atque modeſtis viris recuperandæ vnitatis & cõcordiæ in Eccleſiâ, nec non conciliandorum animorum, qui nunc pernicioſiſſima diffidentia & ſimultate ob religionis differẽtiã diſtracti ſunt, *ſi manifeſti illi abuſus, qui hiſce-*

Intereſſe Imperij in concordia &

vnione Eccleſiaſtica. *noviſſimis & calamitoſis temporibus in Eccleſiam Catholicam irrepſerunt, expurgarentur, & è medio tollerentur, & quædam, quæ magis ſunt poſitivi*

NB. *juris, quam divini, concederentur; ac præterea quædam diſputationes nimis ſubtiles & abſtruſæ, quarum cognitio, cum excedat captum rudis populi, non videtur uſque adeò illi ad ſalutem eſſe neceſſaria, ad alia feliciora tempora*

NB. *rejicerentur*, & illa quæ ad fidem & mores ac intellectum & vſum Sacramentorum & ceremoniarum pertinent, probè inſtituerentur.

Hic Imperator, quemadmodum & Carolus V. ante obitum ſacrâ Synaxi ſub vtraque ſpecie eſt vſus. Res geſtas inclyti Imperatoris Ferdinandi I. qui plenius noſſe deſiderat adeat *Schardij Tom. III. Germ.* *Autores de rebus geſtis Ferdinandi.* *illuſtr.* in totum, *Thuanum lib.* 20. *&* 21. *P. Jovium, Matthæſium in concione funebri Ferdinandi, Davidem Chytræum lib.* 19. Hic coronidis loco notandum quòd interea temporis dum Germania noſtra ſub pio Ferdinando alta Pace Auguſtana fruitur, factio Hiſpanica, quæ titulo Catholiciſmi ſibi valde blanditur, in regnis Hiſpaniæ atrociſſimam per-*Inquiſitio Hiſpanica.* ſecutionem purioris Chriſtianiſmi inſtituerit, quæ per vniuerſam Belgij ſcenam immani & furibundo impetu peruagata eſt. *Vid. Inquiſitionem Hiſpanicam ab Vrſino editam* Combuſti tum fuere innumeri inter *Auguſtin. Caſalla.* quos & D. *Auguſtinus Caſalla*, qui olim Carolo V. à concionibus fuerat in Germania. Quid ſentiendum ſit de hoc *inquiſitionis negotio* videbimus infra *ad articulum quintum Inſtrumenti Pacis.*

XLIX. Ferdinando I. in Imperio ſucceſſit patriſſans filius *Maximilianus II.* an. 1564. qui egregium ſe geſſit Principem juſtitiâ & Pace *Maximilianus II.* ſollicitè ſeruatâ. Paſſauienſem enim pacificationem non minori ſtudio & cura quàm Pater Ferdinandus, honoroficentiſſimæ memoriæ, adju-*Status religionis & Reipub. ſub Maximiliano II.* uit & cuſtodiuit. Subditis ſuis, qui vellent permiſit, vt propriis ſumptibus alerent Euangelicos miniſtros, exercitiúmque religionis ſecundùm formam Auguſtanæ Confeſſionis inſtituerent. Sed hanc Euangelicorum libertatem, ab Imperatore conceſſam quidam maleuoli ex Pontificiis ægris oculis inſpiciebant; qui Imperatorem adeuntes, illum ad profundendum Lutheranum ſanguinem inſtigant, quibus hic cle-*Conſcientia libertas.* mentiſſimus & nunquam ſatis laudatus Princeps magno animo reſpondit. *Nullum peccatum gravius eſſe, quàm conſcientiis dominari velle.* Nihil magis enim odio habuit quàm cõſcientiarum tyrannidem, propterea deteſtatus inquiſitionem Hiſpanicam, quam Margaretha Gubernatrix in Belgium introduxerat. In literis ad Lazarum Suédium ſic loquitur: *Es iſt in der vvarheit nicht anders, als ihr verniinfftiglich ſchreibet, das religions ſachen nicht vvollen mit dem Schvvert gehandelt und gerichtet vverden: kein Ehrbarer, Gottsfürchtiger und friedliebender vvird es auch anders ſagen.* Ad Auguſtum Elect. Sax. aliquando dixit: *Frater tuæ ego ſum fidei & doctrinæ; ſed age quæſo viam oſtende extricandi me è laby-*

labyrinthis quibus involutus hæreo. Deteſtatus quoque generi ſui Caroli IX. Galliæ R. lanienam an. 1572. in Galliis factam, quam etiam exprobrauit Henrico III. R. Gall. cùm in fugâ ex Polonia Viennę ipſum inuiſeret, dicens: *Reges qui conſcientiis mortalium imperare volunt, cæli arcem inuadere, & terræ poteſtatem plerunque perdere.* Illo imperante purioris Chriſtianiſmi doctrina maxima incrementa ſumpſit. Illa enim per Belgium roborata, diœceſes quoque Epiſcopales Magdeburgicam, Halberſtadenſem, Verdenſem in Saxonia, illuſtrémque Brunſuicenſem Ducatum peruaſit. Nam *Ioachimus Fridericus* Marchio Brand. ditionem Magdeburgicam, *Halberſtadenſes* Poſtulato Præſule Henrico Iulio, Duce Brunſuic: Halberſtadenſem; *Eberhardus ab Holle* Verdenſem diœceſim renouato Euangelio imbuerunt. Extincto *Henrico* Patre, Diuus *Iulius* Brunſuicenſium Dux inclytus auitis terris exoptatum melioris Chriſtianiſmi exercitium indulſit, adjuncta *Academia Iulia*, felici pietatis & bonarum artium officinâ [*Vid. Chytræi Chronic. l.* 21. *&* 22.] Maximilianus Imperator porrò non tantum in Imperio, ſed etiam Auſtriacæ nobilitati an. 1568. liberum conceſſit religionis exercitium, conſentiente etiam Pontifice, quem etiam pro Sacerdotum conjugio, ſed fruſtra interpellauit. Quod Maximi huius Maximiliani acta ſagata attinet, notabile eſt, illo imperante bellum Grumbachianum ſiue Saxonicum. Res ita ſe habet: *Ioannes Fridericus* an. 1565. Iunior Dux Saxo-Vinarienſis [cuius Pater *Ioannes Fridericus*, Heroicus Chriſtianæ doctrinæ Martyr, quo iure quáve injuria Electorali dignitate priuatus erat, vt ſupra vidimus] *VVilhelmum Grumbachium*, Nobile Francum, Germaniæ Catilinam [qui ſub Alberto Marchione Brandeburgico & antea militarat] in tutelam ac patrocinium ſuum recepit, eique inter conſiliarios ſuos honeſtum locum attribuit, quòd non ſolum ipſi Principi Ioanni Friderico, verùm etiam Grumbachio & eius ſociis exitiabile fuit. Erat autem Grumbachius vaſſallus Epiſcopi VVürzburgenſis, qui quòd Alberto March. Brandeb. hoſti ſuo militaret, feudo eum priuauit. Verum hic, acerbam vindictam ſpirans, inito cum ſociis conſilio ob hanc rem Epiſcopo inſidias ſtruxit, per Sicarium interfecit, & ita ipſam vrbem Herbipolitanam, amœniſſimam ac prædiuitem, diripiens pacem Imperij publicam in Franconiâ turbauit. A Cęſare itaque proſcriptus ad Ioannem Fridericum confugit, quem quaſi faſcinat & ad recuperandam dignitatem Electoralem & ditiones Elect. Sax. inflat. Anno itaque 1566. Grumbachius denuo ab Imp. omnium ordinum conſenſu proſcriptus, & Dux Saxoniæ, quod Grumbachium proſcriptum alióſq; pertinaciter foueret, proſcriptionis telum ipſe quoque perſenſit. Executio hujus proſcriptionis demandata

Reformationis Eccleſiaſtica progreſſus.

Bellum Grumbachianum,

ſuit ab Imperatore Electori Saxoniæ Auguſto, qui ſubditos à fide & obedientiâ Ioannis Friderici auocauit. Quum verò illi non parerent, ſed potius ad defenſionem Ducis ſui ſe pararent, Auguſtus Elector cum exercitu vrbem Gotham & adiacentem arcem *Grimmenſtein*, in quâ Ioan. Fridericus Saxo, Grumbachius & alij erant, obſidione cingit, & acriter oppugnat. Tandem vrbs cum arce, poſt quatuor menſium obſidioné, Commiſſariis Imperij & Electori Auguſto tradita eſt d. 13. Apr. 1567. die Dominico, qui dicitur Miſericordias Domini. In memoriam hujus negotij tam egregiè patrati, Elector nummum argenteum cudi curauit, cũ inſcriptione: *Tandem bona cauſa Triumphat*, vt Thuanus, lib. 39. & ex eo *Bertius de rebus Germanicis*, refert. Sequenti die Ioãnes Fridericus cum præſentiſſimo periculo ſeſe neutiquam ſubducere, nec factum ſuum immutare poſſet, Otthoni Eberſteinio, Fabiano Schoneichio, & Chriſtophoro Carolouitſio, Cæſariis in iſto negotio Commiſſariis, ſe ſe ſiſtit; à quibus in curru arctiſſimè obſerato & probè cuſtodito, primò Dreſdam, poſtea Viennam deducitur, ibique ignominioſa pompa per vrbem, effuſa ad nouum ſpectaculum plebe, in aperto curru ſedens, & ſtramineum pileum in capite geſtans, ſic variis anfractibus per celebriores vrbis plateas, vt plebis oculos paſceret, circumuectus eſt; vt refert Thuanus l. 39 H ſt. inde Poſonium, tandem Neapolim Auſtriæ, vbi anno ætatis 67. in carcere obiit d. 19. Nouem. 1595. delatus eſt. Proſcripti verò quorum cum VVilh. Grumbachio octodecim in arce comprehendebantur, d. 18 May, in foro Gothano, publico varióque ſupplicio affecti ſunt. *Grumbachius* enim conjuratorum Dux ac Coriphæus vna cum *Chriſtiano Brukio*, I. V. D. & Ioan. Friderici Cancellario, homine ſuperbo viui: *Guilielmus* verò *Steinius*, capite prius truncatus, in quatuor partes diſſecti, & in viis publicis variè ſuſpenſi ſunt. *Dauid Baumgartnerus* verò, *Baro Auguſtanus & Hieronymus Brandenſteinius*, præſidiariorum in arce Grimmenſtein præfectus, decollati publico ſpectaculo infelices animas efflarunt. De tragicis hiſce ſuppliciis ſequentes rythmi compoſiti.

Grumbachii & ſociorum ſupplicium Ob pacem fractam publicam.

Grumbach, Bruck, Stein, geviertelt ſeyn
Baumgartner geköpft auch Brandenſtein,
Beyer vnd Tauſendſchon gehangen:
O teürer Fürſt vvie biſtu gefangen,
Untreu vvird geſtraft offenbahr,
Kein toller Hund laufſt ſieben Iahr.

Hic fuit tragicus eorum exitus, qui conſilia de mutando Reipubl. Imperij Romani ſtatu tractaſſe dicebantur. De hinc validiſſima illa & ferè inexpugnabilis Grimmenſteiniana arx, incredibili ſumptu [de quo etiam in Receſſibus Imperij mentio fit] mandato Cæſareo ſolo æquata eſt.

Grimmenſtein ſolo æquatur.

eſt, inuito & multum deprecante Ioanne Vvilhelmo, Ioannis Friderici fratre. Sunt, qui credunt, Electorem Saxoniæ [qui nouitium honorem Electoralem, Vinarienſibus ereptum, ſuæque Domui à Carolo V. illatum, paulò accuratius tacito pectore penſitabat] demolitionem iſtius validiſſimæ arcis omni ope promouiſſe. Conſtitit id bellum Gothanum tonnis auri nouem, flores ſexcentis triginta; demolitio autem caſtri, florenis quinquagies quinque millenis, quingentis quadraginta nouem. [*Vid. Chytra. Chronic. lib.* 23.] Hodie tamen reparatur iſtud caſtellum, &, mutato nomine odioſo, *Friedenſtein*, appellatur. Hoc tempore, nempe an. 1567. d. vlt. Mart. mortuus *Philippus* Haſſiæ Landgrauius, cognomento *Ferreus*, à bello Smalcaldico ſua ſponte captiuus. Hunc Heroem tanti æſtimant Haſſi, vt illum inter Haſſiæ Principes ſuperioris ſeculi κατ' ἐξοχὴν Landgrauium appellent. Ei ſucceſſit Vvilhelmus filius ex ſemiſſe, quòd libertatem parentis indefeſſo ſtudio vrſiſſet: reliqui tres filij ex quadrante ferè. Vt redeamus ad noſtrum Maximilianum is porrò Pontifici, *Coſmum Medicem* Magnum Etruriæ Ducem creante, vehementer reſtitit: poſt tamen Franciſco, Coſmi filio, dignitatem illam confirmauit, eâ tamen lege, vt ex Imperij beneficio ſe illam habere, debitè agnoſceret. Inquiſitio Hiſpanica hac tempeſtate ab Albano Duce in Belgium introducta, *bellum* excitauit *Belgicum*, quod interjectis aliquando induciis ad annum vſque 1648. quo pax Monaſterij in Vveſtphalia eſt inita, durauit [*Vid. Thuan. lib.* 39. *& ſeqq. Famianum Stradam de Bell. Belg. Emanuelem Meterranum, Leonem ab Aizema, Hieronymum Coneſtaggium, & alios*] Maximilianus Imp. longâ corporis valetudine debilitatus [per totos enim 20. annos ex cordis palpitatione, poſt propinatum per Granuellanum Cardinalem venenum, laborauit] in Comitiis Ratiſbonenſibus, in complexu Imperij ordinum, animam de Repub. Chriſtianâ optimè meritam, Deo reddidit an. 1576. d. 12. Octob. Moriens fidei ſuæ in Chriſtum egregium dedit documentum, cum enim ab Epiſcopo Neoſtadiana D. Lamberto Grutero ad extremum interrogaretur, an in fide Chriſti vellet mori? reſpondit. *Non aliter.* In negotio religionis, inquit Thuanus, Proteſtantibus non fuit ſuſpectus, mediámque emendationis viam totâ vitâ conſectatus, cui etiam poſt Concilium Tridentinum inſtitit, impetrato ſuis calicis vſu à Pontifice, quem & pro Sacerdotum conjugio, quamquam fruſtra, interpellauit, itidem Thuano referente. Pacem religioſam, commune illud Germaniæ πολίτευμα, ſanctè cuſtodiuit: Principes Electores vt fratres dilexit, nec in negotiis Imperij grauioribus quicquam ſine eorum conſilio egit; imprimis vero Auguſtum Sax. El. ſingulari amore & veneratione complexus; meritóque Veſpaſianus ille Chriſtianus *amor & delitia generis humani* appellatus. Literatorum tantus Fautor & amator erat, vt aulam haberet ob decora in omniúmq; rerum ſcientiâ exer-

Philippus Haſſiæ Landgrauius moritur.

Eius diſpoſitio teſtamentaria. NB.

Coſmus Medices.

Belgici belli cauſa.

Maximiliani mors.

Moderatio Maximiliani in religionis negotio.

Pax religioſa fulcrum Imperij.

citata ingenia, nulli Academiæ ſecundã. Quanti numen cæleſte faceret, ſymbolo ſuo perpetuo *Dominus prouidebit* ſatis ſuperque teſtatus eſt. Si per hunc Imp. ſtetiſſet facilè diſſentientes animos Principum ad conſonantiam redegiſſet: Cæterum placebat Hiſpano-Ieſuitiſatis diutius ſerram contentionis reciprocare. Plura de hoc Imperatore Semper Auguſto Vid. ap. *Chytræ. in Chron. Saxon. Cratonem in Orat. eius funebri.*

Rudolphus II. Imp Status Religionis & Reipubl. ſub Imperatore Rudolpho.

L. Maximiliano II. Imp. Triſmegiſto, vt virtutibus, ita Imperio regniſq; ſucceſſor factus *Rudolphus II.* an. 1572. qui primordio Imperij Dn. Augerum Giſlenium *Buſbequium*, Cominio Flandrum Equitem, ad *Amurathem* Turcarum Imp. miſit, & ab illo inducias impetrauit. Res in illa legatione actas egregio ſtylo peculiaribus epiſtolis Dominus ille à Busbeck expoſuit, hiſq; memoriam ſuam æternitati conſecrauit. Hinc factum, vt patrum & auorum memoriâ neq; concordia florentius, neq; potentiâ tutius fuerit viſum noſtrum Imperium. Mollius in Hiſpaniis educatus otio indulſit nimium, quàm par erat; ſtudiúmque Alchimiæ ipſum contemptui & periculis tandem objecit. [*Dn. Forſtner. ad l. 13. Ann. Taciti c..*] *De diſtillationibus* ejus ita ſcribit *Parriual* [*Tom. I. Hiſt. noſtri temporis*] *l'Empire n'auoit pas beſoin alors d'vn diſtillateur, mais plutoſt d'vn bon Operateur, pour agir puiſſamment contre les mauuaiſes plantes, qui ont ietté de fortes racines ſous luy & ſous ſon ſucceſſeur, & qui ont donné tant de peine & de trauaux à l'Empire, il aimoit les ſciences & la peinture, il paſſoit ſon temps à diſtiller, &c.* Hæc ille An. 1582. in Comitiis Auguſtanis ob *Calendarium à Gregorio XIII.* Papâ publicatum, non nihil tumultuatum eſt, quod faſtos corrigere Principalis potius, quam Pontif. muneris ſit, rectèque Euangelici dicerent, ne Calendârij emendandi prætextu inuſitato, Pontificij in Imperij Majeſtatem & Cæſarem ipſum juriſdictio & mandandi poteſtas tribuatur, præſertim cum inconſulto Cæſare & non requiſito Imperij Ordinum conſenſu res tanta à Pontifice ſuſcepta ſit. Laudabile ſane eſt hoc factum proteſtantium, quod Calendarium iſtud nouum minimè recipere voluerint, non ſolùm quod judicarent inde confuſiones in judiciis, contractibus, hiſtoriis, celebratione Feſtorum Eccleſiaſticorũ eſſe ſecuturas, ſed quia hanc emendationem Cæſari potius ac Imper. quàm Papæ deberi, putarunt. Hodie ſi forſan Princeps altori commendat Paſtorem, non facilè illum ſuſcipit, ne violetur ſua juriſdictio: Ita enim Papa occaſione hujus attentati ſibi juriſdictionem quæreret, Princeps Proteſtantes rectè oblatũ emendatum Calendar. reſpuerunt. Campanella quoq; [in Monar. Hiſp. c. 10.] aſſerit, quod Iulius Cæſar Aſtrologiâ ſuâ & mutatione ſtyli magnam autoritatem ſibi compararit; Regiq; Hiſp. ſuadet, vt per Epiſcopos, ſingulis menſib. ſingula nomina Apoſtol. & 7. hebdomadis dieb. 7. Sacramentorũ nomina imponat. Quum ergo Papa in hoc negotio dictatoriã autoritatẽ ſibi arripuerit, meritò Proceres Imp. maſculè ſe ipſi oppoſuerunt,

Calendarium Gregorianũ dat turbas. Proteſtantes ſtrenui Maieſtatis Imperialis Defenſores.

NB. Imperatores Imperatoria artes decent, vt intereſſe Imperij bene curent.

Parriualij cenſura de Imperatore Rudolpho.

xunt. Verba bullæ Pontificialis circa finem ita habent: *Pro datâ nobis à Domino autoritate hortamur,&c. Rudolphum II. Romanorum Regem, illuſtrem Imperatorem Electum, caeteróſque,&c. iiſque mandamus, vt noſtrum hoc Calendarium,& ipſi ſuſcipiant,&c. Nulli omnino hominum liceat contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac B. B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.* Imperator porrò Bohemis interceſſione Electoris Saxoniæ, vt & Sileſiis & Morauis liberum permiſit religionis exercitium, & de eo *literis*, vt vocant *Maieſtatis* [*Maieſtätbrieff*] cauit d.11.Iul.1609. Cum eodem anno mortuo Ioanne Vvilhelmo, Iuliæ, Cliuiæ ac Montium Duce vltimo, Ducatum illum, tanquam feudum Imperio apertum, per Leopoldum Auſtriæ Archi-Ducem occupare niteretur, miléſque Leopoldi, qui erat ſimul Epiſcopus Paſſauienſis, Bohemiam deprædaretur, Matthias frater Bohemis in auxilium venit, qui conſenſu Imperatoris die 23. May 1611. Rex Bohemiæ coronatus, ipséque Imperator, ob fraternam diſcordiam ſequente anno mærore animi, aut [vt nonnulli volunt] veneno extinctus eſt. Iam antea an. 1608. Hic Imperator à fratre Matthia bello laceſſitus, eidem regnum Hungariæ & Auſtriam concedere coactus fuit. Auguſtus hic à fratre ita in anguſtum redactus, in conuentu Electorali, Noribergæ an. 1611. habito, ſumptus ad ſuſtinendam Imperatoriam dignitatem poſtulauit. Vergens in ſenectam perſuaſus fuit à *Tychone Brahe* Equite Dano [inſigni Mathematico, qui è Dania per Oſtraciſmum ejectus in Aula Cæſaris gratiſſimus hoſpes fuit] vt inſidias propinquorum caueret. Hinc non prodibat quoquam foras, ſed deambulare in porticubus inferioribus præſertim ad ſtabula equorum, quibus videndis delectebatur, quotidie commeare ſolebat, & curioſiores eius videndi copiam nuſquā facilius habere poterant, quàm ſi adſumpto habitu agaſonum, curandis quaſi equis adſiſterent. In priuato miniſterio vtebatur potiſſimum fœminis & mechanicis. Publicorum negotiorum curam omnem prorſus ſepoſuerat, rariori aditu pro iis tractandis patente paucis miniſtris. Itaque Hungariæ & Auſtriæ ordines, quod ad Imperatorem ſolitariū difficilis ipſis pateret aditus [*Cenſentes melius ſaluti prouinciarum conſultū fore, ſi haberent Pricipem, qui præſens neceſſitates eorum cognoſceret, & ingruentibus periculis maturè ſubuenires*] *Matthiam* ſibi Regem & Principem elegerunt, cui electioni tandem Rudolphus, quamuis ægrè, conſenſit. Adeò verùm eſt, quod Ioannes IV. Dux Bragantiæ, qui an. 1656. mortuus, crebro dixit: Affabili comitate prędicabiles fieri Principes, ac veſtem eos quamuis decere, & quouis ali victu poſſe [*Thulden.* l. 6. Hiſt. per Europ. p. 277.] quid enim ineptius, quàm ſi Princeps locis ſolis perpetuò deliteſcat, & vmbraculis potius hortorum, quam luce ciuium delectetur? [Vid. *Ioh. à Chockier.*

Intereſt Imperii vt Maieſtas illius defendatur aduerſus Papam.

Iuliacenſe negotiū Imperium turbat. V. infr. ad art. 4. Inſtr. pac Diſc. de Cauſa Iul. Diſcordia inter Rudolphum & Matthiam.

Tycho de Brahe. Cauſa infelicitatis Rudolphina.

Cauſa quare ab Hungaris & Auſtriacis Mathias electus. Officium eſt imperare nō otium.

l.2.Theſaur. Polit. c.9.) Videtur Rudolphus Cæſar hic aliquid humani paſſus, qui itidem Imperatoriam dignitatem cùm munere officióque magis deuincire, etiam ætate prouectâ debebat. Sicut enim militares ſtationes in excubiis contra hoſtem; ita Imperator, qui in perpetuâ vigiliâ & Reipub. cura, in ſumma, in gubernationis ſpecula conſtituto, non eſt dormiendum, ſed vigilandum, vt auris audiat,& oculus videat. Imò cum capillum pectit atque ornat Rex,tunc reſponſa legationibus, tunc jura popularibus reddit. [*Curtius* l. 8.] Dionyſ.iunior ſegne otium, non offi.ium, imperium ratus,eo excidit. Egregium ſanè eſt Diuorum Erneſti & Iulij Ducum Brunſvic. & Lynæb. Symbolum: *Aliis inſeruiendo conſumor*; quod *Leſznerus* [in Chronic. Duſſel. l. 3. cap. 90] ita exprimit:

Dum flagrat miſeris ſuccurrere prompta voluntas
Officio pereo perditus ipſe meo.
Ut volucris roſtro terebrans ſua pectora adunco
Viuificat, fœtus mortua membra ſuis:
Vtque ſuo extinctæ moriuntur munere tandem,
Dum præbent aliis lumina grata faces:
Largo ſic proprium depaſcit munere corpus
Dux mitis populi victus amore ſui.

Leopoldi arcana intentio. *Cauſa quare etiam Bohemi Matthiam elegerint.*

Sed rurſus ad propoſitum; Dum Imperator Rudolphus perſonam publico ſubtrahit, *Leopoldus* Cæſaris frater ſucceſſionem in Imperio & Bohemiæ regno ambiens,cui Imperator tacitè fauebat, exercitium, occaſione Iuliaci negotij collectum,in Bohemiam traduxit,ſed aduentante Matthiâ,retroceſſit. Exercitus hic Leopoldi, Paſſauienſis Epiſcopi, non tantum Butvveiſſum ſtratagemate occupauit, ſed & Pragam ipſam in Bacchanalibus diripuit,nec tumultuari prius deſiit,quam Matthias turbis ſuperueniens, & cum exercitu prope Pragam hærens, à Bohemis Rex ſalutaretur. Quantum ex antedictis colligere eſt,perſuaſio Tychonis de Brahe videtur eſſe cauſa Rudolphinæ infelicitatis. Dum enim Imperator ob illam plus juſto ſecum in pinacothecâ ſuâ [*Cabinet*] habitat & Imperialem ſplendorem ſuis ſubtrahit,frater Matthias, regnum fratre potius ducens,Hungariam & Auſtriam ſibi mancipat. *Rudolphus I.* Imperator prudenter ſatellites, homines ſupplices abigentes,hoc pulcherrimo dicto coarguit:*Sinite per Deum homines ad me venire. Imperatori enim non conuenire, vt in arca quaſi includatur.* Caueant verò ſibi ſeriò Principes,ne Imperij negotia ad Mathematicorum cynoſuram & decempedam dimetiantur. Recepi à fide dignis,

Fridericus Pal. à quibus inductus ad accipien-

quod etiam *Fridericus V. Elector Pal.* mitis ſanè & patiens Princeps,à Mathematicis inductus ſit ad recipiendam infeliciſſimam Bohemicam coronam. Sed vt ad Rudolphum Imperatorem reuertamur felix is omnino

nino eſſe potuiſſet, niſi paulo impenſius fauiſſet iis, qui inſtinctu Papæ & Hiſpani pacem Germaniæ turbare inſtituerunt. Hiſpaniæ enim Rex non ſatis habuit miſerum Belgium Catholico ſiue potius ſuperſtitioſo ſuo zelo affligere, verum etiam id clanculum egit, vt Imperium noſtrum, almâ pace aliquantiſper ſub Ferdinando I. & Maximiliano II. recreatum, iterum turbare, libertatemque Germaniæ, abſoluto Imperio obſtantem, peſſundare, atque in caſum dare poſſet. Hac fini Rex Hiſpaniæ Rudolphum Imp. Equitem aurei velleris creauit, Nimirum *oblatio velleris aurei* ſtudioſè & artificioſè ab Hiſpano Rege excogitata, ad paſcendam hominum vanitatem illicium. Ita Rex Hiſpan. Sigiſmundum Poloniæ Regem etiam aurei velleris Equitem renunciauit, quò in Sueciam, quæ poſtea ipſi Imperium abrogauit, Hiſpanicum iugum importaret, teſte *Lucâ de Linda* [*in deſcript. Rerumpubl p.* 959.) Artibus itaque Hiſpano-Ieſuiticis adſcribendum, quòd Imperator Rudolphus, Maiorum ſuorum atque inprimis Maximiliani Patris decreta reſcidit, & in quibuſdam locis religionis moderatam tolerantiam peſſum dedit. Priuilegia ſanè ſubditorum non ſunt comparanda cum puerilibus crepundiis, quæ pueris plorantibus ſolent offerri, auferenda rurſus cum plorare deſierint, monente prudentiſſimo *Dn. Forſtnero ad Tacit.* Decet enim conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum [V.C. *Decet.* de R.I. in 6. l. 17 §. 3 D. *Commendati.* l. 5. C. *de Reuoc. donat. Zæſius* ad C *de Legib.* n. 37. & ſeqq. *Arniſa* l. 1. de Iur. Majeſt. c. 7. nu. 8.] Iacobus Zeuecotius [in Obſ. Pol. ad Sueton. Iul. Cæſ. c 5] aſſerit vnicũ tantùm eſſe caſum, quo citra injuriam priuilegia eripi poſſint, ſi ſcil. ad ſuam patriæque perniciem abutantur ſubjecti. Incautæ certè matris eſſet, infanti cultrum credere, aut cum per ætatem pedes nondum plenè confirmati ambulationi impares ſunt, liberum diuagandi arbitrium permittere. Et quamuis Traian. Boccalinus immunitates, prærogatiuas, priuilegia, fontem rebellionum, ſemen Zizaniorum, lapidem ſcandalorum vocet; & Barclaius in Argenide oſtendat nimiam antiquorum Regum facilitatem rebellionibus cauſam & originem dediſſe: tamen hoc Machiauelli indolem ſapiens diſcreto animi judicio & cum micâ ſalis accipiendum eſſe fallaciamque accidentis & dicti ſimpliciter ad dictum ſecundùm quid in tali aſſertione clanculum ſerpere, nemo facilè iuerit inficias. Leo Belgicus, aliàs Manſuetus & cicur ſtatim rugire cæpit, ſimul ac Philippus II. neglectis paternis admonitionibus læderet illorum auitam libertatem & priuilegia. Prudenter Campanella: *Omne feret punctum* [ad retinendos in obſequio Belgas] *qui primum pacta & conuentiones cum illis ſemel initas ſeruat, quod Hiſpani in propriam ſuam necem facere neglexerunt: Nam nihil tum animos naturalium & acquiſitiorum ſubditorum offendit atque abalienat, quam cum vident capitu-*

dam Bohemicam coronam.

Hiſpani imperium turbare moliuntur.

Arcanum R. Hiſp. per oblationem aurei velleris.

Priuilegia ſubditorum non violanda.

Intereſſe Hiſpani in Belgio neglectum.

lationes [vt vocant] ſemel ſecum initas à dominis alterari & mutari. Hoc cùm non obſeruaret Dux ille Albanus, homo auarus & iniuſtus, rebuſq; ſuis augendis ſolùm inuigilans, totum Belgium turbauit, & in Regem rebellare fecit. Hæc *Campanella* de Monarch. Hiſpan. cap. 27. Quum ann. 1546. incendio Bohemorum priuilegia periiſſent, illique ambigerent, an renouationem & confirmationem de integro à Ferdinando I. Rege eſſent obtenturi, inclytus ille Imperator generoſam ac verè Germanam ſententiã protulit. *Ob ſchon ihnen die* priuilegia *im Rauch vergãgen ſo vvere doch Treu, Glaub, vnd Konigliche zuſag in ſeinem Herzen nicht verbrandt: vvere geneigt alle vnd iede Freyheiten zu verneuvern, vermehren vnd gar mit Maltern Zuzumeßen.* Vtinam & idem obſervatum fuiſſet

Violatio priuilegiorum Bohemicorũ eſt occaſio belli Germanici.

ſub Rudolpho II. Matthiâ, & Ferdinando II. Imperatoribus? & non vidiſſemus in hoc æuo noſtro Bohemicos tumultus. Verum dum ita Bohemorum literæ Majeſtatis ab Hiſpano Ieſuitis multoties læduntur, Bohemi quaſi cæco furore abrepti, ea agitarunt, quæ plus quàm ciuilia ſunt, vt deinceps videbimus. Vid. lib. cui tibi Epitome belli Bohemici.

LI. Poſtquam ergo Hiſpani cum Belgis duodecennales inducias an. 1609. pepigiſſent, ac pax vniuerſalis vigeret, cœperunt iterum fera-

Reuireſcunt factiones Hiſpanorum ſub Imperatore Rudolpho II. Henricus Magnus Rex Galliæ.

les illæ duæ factiones Hiſpanorum & Contra-Hiſpanorum quaſi per otium altera in alterius exitium conſultare, veneno diffidentiæ indies gliſcere pergente. Id præcipuè agebatur, quâ ratione ſucceſſio Domus Auſtriacę in Imperio vel impediri vel promoueri poſſet. Dux & Autor Anti-Hiſpanorum erat *Henricus IV. R. Gall.* felicitate armorum Alexandro M. par, ſi non ſuperior, qui quomodo equites haſtis abiectis bombardulis illis, quas *Piſtolettas* vulgò vocant, rectè debeant vti, primus oſtendit. Hic ingentes animo complexus erat deſtinationes, ac fœdus inierat cum omnibus per Europam Proteſtantibus aduerſus Domum Hiſpano-Auſtriacam. Ipſe Henricus quorumdam Imperij Principum conſiliis & molitionibus [*verba ſunt Dn. Forſtneri in omiſſis ad Tacit. p. 601.*] Cæſareo nomini & faſtigio deſtinabatur. Conſilij hanc

Arcanum conſilium Anti-Hiſpanorum.

fuiſſe ſeriem aiunt. Dignierius Allobrogum Duci, Venetiſque & Liguribus iunctus, Mediolanenſem Ducatum; deinde quicquid reſtitiſſet, violentiâ diſiecto, Hetruſcis Romaniſque ſupplementis adiunctis, Neapolin & Siciliam inuadere debebat. Ipſe Rex copias, quibus Catalaunici campi horrebant, in duos exercitus diuiſurus erat, vnum Mauritio Naſſouio, alterum ſibi reſeruabat, quorum ille Alberto Archi Duci bellum illaturus; hic Britannicis auxiliis robuſtior ad Imperium properabat. Anhaltinus Princeps Marchio Brandeburgenſis, & alij Regem in Lotharingiæ finibus magno cum exercitu ſuſcipere debebant: Pulcherrimus hominum & fortunæ conſenſus in Henricum videbatur.

Tantas

Tantas verò ſpes repente parricidialis Raualliaci culter abrupit ann. 1610. d. 14. May. Vnde humanæ prudentiæ incertitudo clara euadit (*add. Orat. Gulielmi Ancelli R. Gall. Legati ad Fridericum El. Pal. & Georg. Fridericum March. Brandeb. ap. Thuan. l. 118. & Anth. arcan. Dominationis Hiſpanicæ.*) Hoc capite Contra-Hiſpanis ablato, ceſſauit quidem præcipuum illud negotium, nihilominus tamen ex eo fuit natum *bellum Iuliacum*, quod in ſpeciem pro ſucceſſione in Ducatu Cliuiæ, Iuliaci & Montium gerebatur; re ipſa verò initium erat feralis illius congreſſus Hiſpanorum & Contra-Hiſpanorum. (*De hac Iuliacenſi cauſa vide infra ad art. 4. Inſtr. Pac. in fin.*) Ita an. 1610. Hiſpaniẽſes Herbipoli; Contra Hiſpanienſes Halæ Sueuorum fœdera ſua confirmarunt. Illi ſub Ligæ; Hi ſub *vnionis* inauſpicatis ac barbaris nominibus; ac eodem tempore incendium in Alſatia erupit, iiſdem planè cauſis ac partium ſtudiis: *Hiſpanienſes erant* præter ipſum Regem, Pontifex Romanus, omnes Reges Pontificiæ religioni addicti, & Ieſuitiſati, Domus Auſtriaca, Dux Bauariæ & alij quidam minores. Ac Dux quidem Bauariæ, non vllo erga Domum Auſtriacam, cui ſemper fuit infẽſus, affectu; ſed propter priuata commoda; &, quia Elector Palatinus ab alterâ parte erat, Hiſpanienſibus ſe adjunxit. *In Contra-Hiſpanienſiũ numero erant*. Reges Angliæ, Galliæ, Daniæ, Sueciæ, Ordines Belgij, Heluetij, Veneti, ac multi Italiæ Principes, tum omnes per Germaniam Proteſtantes, Princeps Tranſſyluaniæ, &, vt creditum, ipſe Turcarum Imperator. Ita cum vtriuſque partis adulta eſſet potentia, & pares viribus, ac pares etiam ſpe ſucceſſuum eſſent, cum amplius jure & legibus inter æquales diſceptari non poſſet, res commiſſa armis ac bello fuit, eùmque infenſarum partium feruorem multum auxit ac maturauit declinans Rudolph. II. ſenio inualidi, ætas ac Imperij neglectus: Vnde contemni à ſuis, ac à proprio fratre Matthia viuus videnſque ſpoliari regno Bohemiæ & Hungariæ, ac miſere in ordinem redigi, ſperni quoque à multis Imperij ordinibus cœpit. (*Vid. pl. ap. Th. l. 67. & ſeqq. l. 98. & ſeqq.*) *Quod acta eccleſiaſtica huius Imperatoris attinet* valde fauorabilem ſe erga Proteſtantes geſſit, neque vllo modo à Pontificiis Hiſpanienſibus eò flecti potuit, vt bellum aduerſus illos moueret, gladióque, quod dies noctéſque apud eum vrgebant, eos extirparet. Conſtat enim *Ieſuitam* quendam, cum Imperator an. 1581. comitia Auguſtæ Vindelicorum celebraret, hos ſanguinolentos verſus (quos *Vvolfius* ICtus refert) publicè affixiſſe:

Bellum Iuliacum.

Vnioniſtæ & Ligiſtæ Germaniam in duas partes diuidunt.

Intereſſe Bauari in hiſce factionibus.

Inter ambitioſos & potentia æmulos iura & leges ſilent.

Statuſ religionis ſub Rudolpho.

Ieſuiticum imperij intereſſe.

Conſilium Ieſuiticum aduerſus Lutheranos.

Qua ratione queat Germania ſalua manere
Suſcipe conſilium, Lector amice, meum.
Vtere iure tuo Cæſar, ſeruoſq; Lutheri
Enſe, rota, ponto, funibus, igne neca.

Litera Maieſtatis.

Cæterùm Imperator hiſce maledicis verſibus tantum abeſt vt inflammatus fuerit, vt etiam interceſſione Electoris Saxonici an. 1609. Bohemis, Sileſijs & Morauis literas Majeſtaticas (vt ſupra dictum) de libero religionis exercitio dederit.

Aquiſgranenſes tumultus.

An. 1580. *Aquiſgrani* quoque Euangelium prædicari cæptum, confluētibus eò multis è Belgio, propter Hiſpanicæ tyrannidis aſperitatem. Quum verò Pōtificij, inſtinctu Hiſpano-Ieſuitarum, Euangelicos multis contumeliis atque iniurijs vexarent, neque eos ad Senatoriam dignitatem admitterēt; inde tumultus & motus varij ac diuturni extiterunt. Hos cùm Imperator comprimere conſilio & prudentia conaretur, legatis eò miſſis Rempub. Aquiſgranenſem in antiquum ſtatum reducere ſtuduit, idque ſeueriſſimè mandauit. Cùmque ne ſic quidem lites dirimerentur Cæſar in comitiis Auguſtanis, de cōſilio Ordinum Imperij Archi Epiſcop. Treuerienſem & Electorem Saxoniæ Commiſſarios conſtituit; quorum ſubdelegati, Aquiſgranum profecti, vtramque audierunt partem, & principali cauſa indeciſa, relationem ſuam & acta omnia ad Imperatorem remiſerunt. Is in judicio aulico tandem ann. 1593. ſententiam admodum ſeueram aduerſus accuſatos in fauorem Ieſuitarum pronunciauit: Non licuiſſe ſcilicet iis nec debuiſſe vel in religione aliquid nouare, vel magiſtratum & gubernationem vrbis de facto inuadere. Ideoque quæ ab ipſis hactenus in eo ſuſcepta ſint caſſari & aboleri, omniáque in veterem ſtatum reſtitui, & actores in priſtinum locum reponi debere, &c.

Rudolphus Cæſar Aquiſgranenſibus infeſtus.

Hujus grauiſſimæ ſententiæ promulgationem paulò poſt ſecutum eſt mandatum, quo ſub pœna proſcriptionis intra ſex hebdomadas parere, & omnes latæ ſententiæ partes exequi, & documentum paritionis ſufficiens intra certum diem exhibere jubentur. Euangelici igitur Conſules & ciues Aquiſgranenſes damnati plurimiſque injuriis jactati, opem Principum & Ciuitatum præcipuarum Auguſtanæ Confeſſionis implorarunt, qui Cæſarem literis & Legationibus ſollicitarunt, ne vim eis afferri pateretur. Executio igitur ſuſpenſa, ſed obtineri libertas prædicandi Euangelium nulla potuit. Itaque ne nunc quidem illic libera eſt in templis publicis illius profeſſio. (*vid. Chytræ. in Chron. Saxon.*)

Controuerſia religionis Coloniæ Agrippinæ.

An. 1581. Coloniæ pars ciuium fermè tertia liberum religionis exercitium à Senatu petiit: qui eos ad *Gebhardum* A[r]chi Epiſcopum & Elect. remiſit. Ciues igitur Electorem adeuntes, no[n] tantùm facilè vt in tribus templis puram doctrinam publicè profiteri liceret, ſed & inſuper mandatum, ne Senatus eos impediret, obtinuer[u]nt. At Senatus, qui nunquam illos quicquam obtenturos putarat, ſpe[…] fruſtratus, rem ad Imperatorem & Capitulum prius referendam eſſe p[r]ætexuit: multòſque ciues audientes conciones Euangelij in carcerem conjecit, atque pecunia mulctauit. Quare ciues ſeſe eludi perſpicient[e]s, rurſus Auguſtanæ Confeſſionis Principibus ſupplicarunt.

plicarunt. Interea *Gebhardus* ſubditis ſuis exercitium Auguſtanæ Confeſſionis liberum publico Edicto permittit. Illico igitur Pontifex, Imperator & alij Pontificij Principes Senatúſque Colonienſis ipſe, apud Capitulum de alio eligendo inſtiterunt. Et quamquam Ordines Auguſtanæ Confeſſionis pro Gebhardo apud Capitulum intercederent, hi tamen re infectâ domum redierũt. Cæſar verò per ſuos Legatos Archi-Epiſcopum hortabatur, vt vel religionem Pontificiam retineret, vel bonis Eccleſiaſticis cederet. Tum etiam *Gregorius* XIII. Papa eum per literas ab inſtituto ſuo auocauit. Sed cognito Gebhardum cum Agnete Comitis Mansfeldij Georgij filiâ Bonnæ matrimonium, contra Pontificiæ Eccleſiæ dogmata, celebraſſe, omnémque animum ad Papalem Eccleſiam redeundi exuiſſe; Gebhardus tanquam hæreticus, periurus omnibuſque ſceleribus inquinatus dignitate Archi-Epiſcopali priuatur, ipſiúſque imago à pueris per ciuitatem tracta in Rhenum deuoluta eſt, ſuffecto in ejus locum *Erneſto*, Duce Bauariæ. Inde orti aliquot conflictus inter Hiſpanienſes & Anti-Hiſpanienſes. Sed, cum incaſſum ab his laboraretur, Gebhardus tandem in Hollandiam ad Auriacum Principem confugit. (*vid. Chytræi Chron. Saxon.*) atque in hodiernum vſque diem inter grauamina Euangelicorum nondum diſcuſſa adhuc habetur: *Coloniæ impeditum religionis Euangelicæ exercitium.* Circa hæc tempora incepit etiam Pax religionis vacillare in Camera Imperiali, quæ in gratiam Wilhelmi Bauari contra Comitem de Ortenburgo, & in aliis rebus pronunciabat. *An.* 1584. Rotenburgi ad Tubarum ab Imperatoris, Principum Electorum & Ducis Wittenbergenſis Legatis, de pace Religionis & Reipub. in Germanico Imperio conſeruanda, multis menſibus diſceptatum, & neutrius Religionis principibus de ſua ſententia cedentibus, tandem re infecta diſceſſum eſt. Ann. ſeq. 1585. Rudolphus Imp. cum aliis Pontificiæ religionis Principibus per legationem illuſtrem Hiſpaniarum Regis in ordinem Aurei velleris cooptatur. Quid eo ipſo Hiſpanus intenderit, ſequentia tempora docent, & jam ſupra eſt annotatum.

Gebhardus Archi-Epiſcopus Euangelicum ſe probat æquiſſimum.

Gebhardus à ſede Cathedrali remouetur.

Bauari Colonienſem Archi-Epiſcopalem mitram indipiſcuntur.

Grauamen Euangelicorum de impedito Coloniæ religionis exercitio.

Conuentus Rotenburgenſis de Pace.

Ann. 1592. mors *Ioannis Manderſchidij* Argentinenſis Epiſcopi non exiguos in Germania motus excitauit. Hoc enim defuncto d. 22. April. *Ioannes Georgius* Marchio Brandeburgicus à Canonicis, reformatã religionem amplectentibus, conſentiente Senatu, in locum eius electus eſt. Verùm Canonici religionis Pontificiæ *Carolum Lotharingum* Cardinalem & Epiſcopum Metenſem, Argentinenſem deſignabant Epiſcopum. Cum autem alter alteri cedere nollet, bellum inde ortum eſt, quod auxiliis Anhaltini, Marchionis Badẽſis à parte Proteſtantiũ vario Marte inter Ioannem Georgium & Carolum in nonum vſque menſem geſtum; ſub initium anni 1593. à Cõmiſſariis Imperatoris Rudolphi ſe-

Motus Argentinenſes.

datum, & arma depoſita, mileſq; dimiſſus eſt (*Chytra. Chron. Sax. lib. vlt.*) Diuiſus in duas partes Epiſcopatus inter Carolum Lotharingum & Ioannem Georgium Brandeburgicum d.17. Febr. ann. 1593. cicatrice admodum conſpicuâ, quæ adeò malè coierat, vt nono ab hinc anno 1603. purulentum vulnus recruduerit, Lotharingo inuaſore, qui Brandeburgicum extirpare penitus ſatagebat: in quibus turbis mandatis Rudolphi II. Euangelici Capitulares jure ſuo deſtitui cæpti (*Contin. Pezelij p.* 883.) Tandem ann. 1604. magnâ pecuniâ Brandeburgici ceſſio comparata; indiciæque in ann. 1605. factæ quidem, minimè tamen ſeruatæ. Quomodo ann. 1605. *Brunſvviga* obſeſſa *infra ad art. 13. Inſtr. Pac. dicetur.* Ann. 1606. erupit etiam diſſidium inter Epiſcopum Herbipol. & Comites Vvertheimios; factum prædium, quod infelicius Epiſcopo, quàm putaſſet, occaſionem tranſactionem dedit. Ann. 1607. *Donavverda* Vrbs Imperij libertate ſua eſt exuta, & ſic noua diffidentia inter Imperij ſtatus jacta. Id quomodo acciderit, *infra ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 2. verſ Quod ad ciuitatem Donavverdam, &c.* videbimus. Ann. 1608. Comitia Imperij Ratiſbonam indicuntur; cúmque Pax religionis confirmanda ante omnia peteretur, rebus infectis, diſſoluta ſunt; gliſcebátque tunc diſſidium inter Cæſarem Rudolphum & fratrem Matthiam, de quo ſupra dictum. Creditur Matthias ab Hiſpanis ad nouas haſce turbas inductus, vt Imperium rapere potius, quàm expectare videretur. Hiſpani enim viderunt Rudolphum nimis eſſe pacificum, & Proteſtantibus æquiorem, à vi omni abſtinere; eóſque ad miniſteria, etiam cubicularia adhibere; Roſenbergero nimium fauere. Imò incuſabatur negligentiæ, qui omnem curam in artes, Chymiam præcipuè, & picturam impenſam ab Imperio religionéque auerteret. Melancholiæ etiam & vitæ ſolitariæ, vbi perpauci admitterentur, imputatum, vt clauum rerum gerendarum aut abjicere, aut tradere debuiſſe videretur. *Creditum inde ex Vaticano, ſufflaminante Hiſpania, proſpectum religioni Romanæ, quæ hactenus immane paſſa eſſet detrimentum*; vt vel Vicarium reciperet, vel ſemet abdicaret. (*Contin. Pezel. p.* 882.) *Vidit & intellexit Rudolphus Imp. Hiſpanica conſilia de conſtituenda Monarchia vniuerſali, illáque auerſatus* Euangelicis non pauca dedit, quæ Pontificij nollent; atque adeò magis, vbi literas Majeſtaticas ordinibus Bohemiæ indulſit. Illud vulgò percrebuit *Mendozam*, Hiſpanum de Monarchiâ Hiſpanicâ adornanda verba facturum, in Oratorium illatum ſellâ podagricâ, pedibus ſibi conſuluiſſe, vbi Imperator, rerum abſurdarum impatiens, enſem in eum ſtringeret: vnde per iocum dictus: *Podagræ Medicus.* Hiſpani itaque religionis ſtatuminandæ velo, Imperio ſe vbique immiſcentes, tandem monſtroſa nomina ligæ & vnionis in Imperio excitarunt. Vnde an. 1618. natum fuit ferale illud Bellum Bohemicum, quod

Communio Principatuum etiam Eccleſiaſticorum infida.

Brunſvviga obſeſſa.

Cauſa Vvertheimiana.

Donavverda ſubiugata.

Hiſpanienſium molitio aduerſus Euangelicos.

De Rudolphi II. Imp. ſtudiis Hiſpanorum molitiones ſub religionis pallio. Rudolphus Imp. oſor horribilium ſecretorum Hiſpanorum.

Belli tricennalis incentores Hiſpano Ieſuita.

totam, quam latè patet Germaniam, miſerabili ruinâ per 30. annos inuoluit, vt poſtea audiemus. Ann. 1609. mortuo Ioanne Vvilhelmo vltimo Duce Iuliacenſi, &c. ſucceſſionem ſtatim apprehendere conabantur Elec. Brandeburgenſis & Palatino-Neoburgicus ex matrimoniis ſororum Iuliacenſium: Sed Imperator vetat neutrum admitti, cum de feudo Imperij cognoſcere atque ſtatuere vellet. Sed Principes amica tractatione Tremonienſi, Mauritij Haſſiæ Langrauij autoritatem ſecuti, conjunctis viribus in defenſionem iſtarum ditionum conſenſere. Imperator nihilominus per Leopoldum Auſtriacum, Epiſcopum Paſſauienſem & Argentinenſem, Iuliàcum occupat: Rex itaque Galliæ, Henricus IV. qui omnium minimè vellet tantas ditiones Domui Auſtriacæ accreſcere, limitum metuens; auxilia Principibus promittit: vnde turbæ maximæ. Suſpicabantur nonnulli Regem, conſcripto ingenti exercitu, occaſione Iuliaci negotij, poſt Franciſci I. veſtigia, coronam Imperialem quæſiturum. Sed quomodo Raualliaci culter illud conſilium abruperit jam ſupra monitum. Ægre hoc tempore habebat Proteſtantes, *ſententias* quaſdam *in Camera Imperiali* aduerſus ſuarum partium litigantes *iniquius pronunciari*: *Donavverdam* libertate religionis priuari: *Iuliacum* cum cæteris dominiis Auſtriæ per modum ſequeſtrationis tranſcribi, &c. Inde vnitorum & Legiſtarum fœdera duo lapides angulares motuum, in quibus ferè ad internecionem ceſpitauit Germania. De quibus ſupra. *Vnio* illa *Politica*, cujus Dux erat *Chriſtianus* Princeps Anhaltinus, decreuit bellum in Leopoldum Auſtriacum, qui Iuliacum occupauerat, & in Alſatia, magno metu Argentinenſium, militem conſcripſerat. Subſecutum dein quum turba mota tandem fiat turbo; apertum in *Alſatia bellum*, in quo vniti fuere ſuperiores; receptum quoque *Iuliacum* à Chriſtiano Principe Anhaltino & Mauritio Naſſouio. Bellum Alſaticum tandem interpoſitione Ducis Lotharingiæ & Ioannis Reinhardi Comitis Hanouienſis Villeſtadij certis conditionibus compoſitum. Sopitæ quoq; poſt controuerſiæ inter Rudolphum Imper. & Matthiam fratrem, allaborante maxime *Henrico Iulio* Duce Brunſuicenſi. Interea loci miles *Leopoldi* Auſtriaci omnia vaſtat, vicinis omnibus grauis, adeò vt nemo ſciret, quem in finem. Multi ſuſpicabantur Rudolphum Imp. à Matthiâ, artibus Hiſpanicis imbuto, alienatum, cogitaſſe de libertate conſcientiæ vbique indulgenda, & ad eas leges de Leopoldo ſucceſſore arrogando, præteritis cæteris Auſtriacis: & in eum finem contractas iſtas copias, quas tandem Matthias diſſipauit, & Bohemiam quoque ſibi adjecit. *Vniti* poſt in conuentu Rotenburgi ad Tubarum Cæſari commonſtrant, quod culpâ non careat, cum promiſſis non ſteterit, nec Donavverdam in integrum reſtituerit. Deliberabatur tum de aſſerenda

Iuliacenſe negotium.

Imperator bonis Imperi Procerum intereſſe ſuum promouere non debet.

Turba in Imperio oriuntur.

Grauamina NB.

Proteſtantium Liga & vnio diſtrahit Germaniam.

Bellum Alſaticum & Iuliacenſe.

Arcana intentio Imperatoris Rudolphi cum Leopoldo Auſtriaco.

Conuentus Rotenburg. ad ſananda imperij vulnera.

Imperatoria Majeſtate, de grauaminibus item Imperij, de malè adminiſtrato jure à Conſiliariis Cæſarianis, & de eligendo Romanorum Rege. *Ita ſe habuit ſtatus Religionis & Reip. ſub Rudolpho II. Imp. cum quo an. 1612. d. 16. Iun. pax. quoque in Imperio obiit atque ſepulta fuit.* Inclyti hujus Imperatoris regimen multa memorabilia in Eccleſiaſtico & Politico ſtatu inſigne reddiderunt. Optimus tamen Cæſar neque Pontificiis, neque Proteſtantibus ſatisfeciſſe creditus: *Non his*, quòd conniueret ad eorum grauamina, nec, vt ipſi aiebant, Pacem religioſam tanquam Pragmaticam ſanctionem adminiſtraret: *Non his*, quòd non ſatis pro majeſtate Proteſtantes coërceret aut opprimeret. Sed *ipſe prauidebat, quod nos patimur: Exteros immiſtum iri, alios ob eandem religionem, alios ob ambitionem, familiare Principibus malum: Itaque pacem coluit, hereditariáſque ditiones ſuæ familiæ conſeruauit.* Verùm ſanè eſt de Hiſpanis illud *Taciti*: (l. 2. Hiſt. c. 14.) *Eſt priuatis cogitationibus regreſſus & prout velint plus minuſue ſumitur ex fortuna: Imperium* (vniuerſale) *cupientibus nihil medium inter ſumma & pracipitia.* Poſtquam enim vis & ambitio Hiſpanorum Europam primùm afflixit, & vetus ac jampridem inſita mortalibus potentiæ cupido indies creſceret, inter Chriſtiani Orbis Principes id æquius, quod validius, ac de alienis certare Hiſpanorum laus fuit. Adeò dulce eſt omnibus imperare, vt naturales quoque affectus dominandi cupiditas peruertat, vimque ipſis Dei decretis afferat! quod tamen Imperij mel perpetui metus & formidinis felle conditum eſt.

Marte Rudolphi pax quoque in Imper. obiit. Cenſura Impery Rudolphini.

Politicum augurium Rudolphi de futuris Imp. malis.

Ambitio.

Formidant cuncti, formidanturque Regentes,
Semper habet Comitem, vis metuenda, metum.

Interim verè dolendum omnibus bonis & cordatis accidit, quòd Hiſpanica iſta & Anti-Hiſpanica certè factio Germaniam adeò in partes miſerit, & ciuilis belli incendium excitarit, vt mox audiemus. Veriſſima ſcilicet eſt de noſtrâ Germaniâ ſententia, qua dicitur: *Rempublicam eſſe diuturnum & immortale animal: quòd nunquam occidit, niſi ſibi ipſi vim inferat, mortemque ſibi conſciſcat*, vt *Franciſcus Patritius* (lib. 3. de Repub. tit. 2.) refert. Partialitas ſiquidem in ciuitate eſt tanquam vermis in caſeo (vt ſcitè *Baldus* noſter in l. un. C. de Caduc. toll. dixit.) Sicut enim hic caſeum exedit, ipſe pingueſcit, ita ſi pars ciuitatis ab aliâ ſeceſſionem facit, exenterat illam & tandem opprimit. Nec minus ſcitè quàm verè *Andreas Barbatia* cenſuit: *Diſcordiam in ciuitate eſſe portam patentem ad introducendos inimicos*; quod ipſum in noſtrâ Germania, armis ciuilibus fatigata, teſtatum & illuſtre fit, vt deinceps exponemus.

Diſcordantia Germaniæ periculoſa.

LII.

Status Religionu & Reipub. ſub Imperatore Matthia maxime turbidus.

Cauſa eius rei.

LII. Rudolpho II. Imp. defuncto an. 1612. die 24. Iun. electus eſt in eius locū *Matthias* Hungariæ & Boh.Rex,ſub quo fata Germaniæ, jam diu inteſtinis diſcordiis prouocata, ſe aperuerunt. Dum enim nimia libertas luxuriari inciperet,paucíque eſſent,qui media præ abruptis,quieta præ turbidis,malebant;ad hoc,grauaminibus & querelis remedia non quærerentur;nemo non videbat, gliſcente indies Ligiſtarū ac Vnioniſtarum factione, Germaniam bellis ciuilibus in exitium ruituram,idipſum agentibus externis, qui partium ſtudia callidè promouebant,vt gens potentiſſima inteſtinis motibus diuiſa obnoxium proximis latus aperiret; longæque libertatis licentia concideret,quando eius modum quiuis vſurparet perinde atque opum copia ſuppetebat,id iuris in alium poſtulando,quod in ſe ipſum concedebat nemini. (*V. Epit. rer. German. p. 6.* Quid enim aliud ſuperfuturum, niſi vt tandem diſcordia illa, cui nullum à iure per Appellationum Reuiſionúmque ambages,omni exitu carentes,remedium, in apertum bellum prolatâ, Germania fieret inteſtini furoris laniena, & exteri dominatus præmiū & acceſſio? Dum ita in Imperio (vt olim.cum non eſſet Rex in Iſraele, nulla juſtitia) agit quiſque quod vult; in eo animorum motu Imperij habenas capeſſit Matthias, ſub quo quum qui in corpore pariter ac animo, totus ab arbitrio Hiſpanorum penderet bellum, Hactenus vtcunque preſſum, erumpere, ac perpetuâ motuum ſucceſſione totam corripere Europam. Initium à Bohemis factum.

Motus animorum in Germania tempore Matthiæ Cæſaris.

Cum enim Domus Auſtriaca in tribus tantum conſiſteret, Matthia, Leopoldo, quibus nulla prolis ſupererat ſpes, ac Ferdinando; ſategere Hiſpani, quâ ratione Bohemiam,regnum,vt vulgo credebatur,electiuum, hereditario iure poſſit transferri,extinctis Auſtriacis, ad Reges Hiſpaniæ; ac iam ſcriptæ fuerunt in eam rem tabulæ ſolennes. Nihil ſperari poterat de Bohemorum conſenſu, quòd non diſſimulabant, ſeſe tum electuros Regem, quem ſtatui ſuo conuenientiſſimum putarent. Vnicum ergo in exequendo conſilio reſtabat remedium, vt nimirum quocunque prætextu commoto bello,Bohemia in hæreditariæ prouinciæ formam redigeretur. Prætextus haut diu quærendi, diuiſa religionum ſtudiis Bohemia. Igitur cum *Brunoniæ & Cloſtergrabij* [*vide Theat. Europ. Tom. 1. p. 14.*] deſtructa eſſent templa Proteſtantium, tanquam illegitimè ſtructa,cæperunt partes inter ſe diſceptare, rem ad arma deducere, & *vulgares titulos religionē & libertatem* bello prætexere.

Hiſpanorum arcana molitiones in Bohemia.

Bohemici motus.

Non tamen prudenter egerūt Præſul Pragenſis & Abbas Brunonienſis quod religionis libertate Bohemis Proteſtantibus indultâ, templa illorum occluſerint aut ſolo æquarint,vt pote quum nunciatio noui operis hic intempeſtiuè pariter ac friuolè fuerit intentata, altáque mente ejuſmodi injuriæ ab Euangelicis fuerunt repoſitæ, vitam enim & ſpiritum lædit,

Iudicium vonder Böhmiſchen Tēpelſtürmerey.

qui religionis, cùm Dei Verbo congruentis, libertatem violat,& violatam delere attentat. Si rem accuratè perpendimus, anſam non minimam & ex parte cauſam moralẽ ciuilis belli præſtiterunt illi clerici dũ templa Euangelicorũ in hunc modũ deſtruxerunt,& hac ratione oleum camino infuderunt neque excuſare ſeſe poterunt ſatis Romanenſes
N B. illi Clerici, quòd ſuo in territorio nullum aliis ædificandi jus ſit, ac proinde rectè punitos ſuæ ditionis Proteſtãtes: Peccauit etiam Cæſar, quod non obſcurè Præſulibus iſtis fauerit & ambas aures nimium illis commodarit,vt vel in hoc tragico negotio verum ſit illud: *Fauor in iudice plus valet, quàm optima lex in Codice*; item,

Gunſtius eſt pluris, quam tota ſcientia juris.

Calua autem eſt exceptio Præſulis & Abbatis: Quod ſi enim Cæſar indulſerat Proteſtantibus liberum religionis ſuæ exercitium, tacitè & per bonam conſequentiam etiam ipſis indulſerat licentiam exſtruendi templa in quibus cultus ſacer perageretur. Poſito enim antecedente, ponitur conſequens, præſertim quum ſine templis & diuinis domibus decenter ſacra obire nequeamus. Vt jam taceam bona opera non eſſe impedianda, quò minus fiant, quod ipſi Romanenſes facilè conceſſerint. Quis autem negabit bonum opus eſſe exſtruere ædes ſacras, in quibus Verbum Dei purè doceatur; & Sacramenta juxta inſtitutionem
N B. Chriſti adminiſtrentur? Quamuis igitur poſtea [vt paulo poſt dicetur] Bohemi in Proceſſum cauſæ ſuæ juſtiſſimæ in exceſſum peccarent; tamen cauſa efficiens omnis mali Papæ & Hiſpanis, per Ieſuitarum perſonas [diſſidiorum videlicet tubas] agentibus, vnicè adſcribenda venit. Relationem hujus negotij Brachelius ita exhibet: *Rudolphus II. Imp. an. 1609. iis, qui in Bohemiâ à Pontificia religione diſſidebant publicum religionis exercitium indulſerat, dato ſuper ea re diplomate, quod literas Majeſtatis appellabant. Id diploma Euangelici liberalius,* (quemadmodum par erat vt pote quum beneficium Principis latiſſimè, præſertim in fauorabilibus, interpretari debeamus l. 2. C. de Legib. l. 3. D. de Conſt. Princ. lib. 28. D. de Teſt. mil. c. Cùm dilecti. de Donat.) *Pontificij* [prauis affectibus cæci] *arctius interpretabantur. Igitur dum illi Brunauij & Cloſtergrabij templum ædificant, quorum hoc in fundo Archiepiſcopi Pragenſis, illud oppido Abbatis Brunauienſis, & ita vtrumque in patrimonio Pontificiorum Præſulum erat, res primùm ad contentionem deuenit, negabantque Põtificij priuilegio Rudolphino jus fieri Euangelicis in ſolo Eccleſiaſtico templa condendi. Ea re diu verbis literiſque diſceptata, tandem Cæſar Matthias pro Pontificiis pronunciat. Ita Archiep. Pragenſis Cloſtergrabienſem Fabricam dirui ac ſolo æquari mandat, ciuibuſque Brunauienſibus mandatum, vt Claues templi ſui apud Cancellariam Bohemicam deponerent. Inde initia belli Bohemici.* Hæc Brachelius. Sed iam

redimus

redimus ad Hiſpanorum machinationes. In tantum jam progreſſa Hiſpanica factio in Imperio proh dolor! Iam ante Rudolphum II. Imp. in ordinem & anguſtias redegit, quòd Bohemis, Sileſis & Morauis conceſſerat religionis libertatem (*vid. Metteran.lib.* 30.) Eadem factio Matthiæ Hungariæ Regi, peſſima quæque interminata, ſi Auſtriacis & Hungaris liberum religionis exercitium concedat. Ergo Hiſpani per emiſſarios ſuos Ieſuitas Imperij noſtri nauem maximè fluctuantem reddidere, ac in Ferdinando II. Imp. maximam ſpem quo molitionum ſuarum compotes redderentur, repoſuere. Vnde & Hiſp. Regis Legatus in Comitiis Ratiſb. [*referente Autore de arc. Dominat. Hiſpanorum*] aliquando dixit: *Ferdinandum Regem Regum, à ſuo Rege regi.*

LIII. Tandem cum in conuentu Pragenſi an. 1617. *Ferdinandus* inſtinctu Matthiæ, ſenio confecti, Bohemiæ Rex plurium ſuffragiis creatus eſſet, aucta fuerunt partium ſtudia, &, quum Hiſpanienſes inde ſublati animi indies fierent, Ordines ſub vtraque & ſub vna apertè collidi cœperunt. Actus enim ille multis cauſa querelarum fuit, quòd exiſtimarent ſucceſſione illâ Ferdinandi planè labefactari ac in nihilum redigi Bohemorum priuilegia, vtpote quibus ad eum vſque diem ius eligendi Regem integrum conſtitiſſet. Quæ cauſa primò literis, deinde infeſtis armis inter partes diſceptari cæpit, vt adeò bellum Bohemicum *Nigro* fundatum, *Rubro* verò finitum dici queat. *Er hat ſich mit Dinten angehoben, vnd iſt mit Rubriken vollführet.* Contentiones haſce inſigniter promouit Imperator Matthias, qui cum Ferdinando Rege Bohemiæ, Pragâ Viennam profectus, regni adminiſtrationem Pro Regi & Conſiliariis commiſit. Inualuerunt etenim tum in Bohemiâ ſuſpiciones, quaſi nouus Rex Literas Majeſtatis, à Rudolpho II. Imp. conceſſas, ac dein à Matthia Rege confirmatas, abrogare vellet. Augebantur hæ ſuſpiciones inde, quòd Euangelicis non amplius pateret aditus ad dignitates, eorúmque multi ab officiis remouerentur; Bohemorum priuilegiis inſuper habitis. Interea itaque loci & temporis, dum Imperator Pragâ abeſt, Proceres Regni, intérque eos præcipuus, *Henricus Matthæus, Comes Turrianus*, 1618. menſe Maio conuentus agunt Pragæ, in Collegio Carolino, ibique deliberant, quonam modo literas majeſtatis & religionem (quæ duo periclitari arbitrabantur) commodè tueri queant. Quod factum cùm ægre admodum ferret Imperator, ipſi miſſa *Apologia* excuſatum eunt. Sed Imperator rejecta iſta Apologia, Vienna ſcribit, vt ab ejuſmodi conuentibus & conatibus abſtineant. Defenſores itaque ac Ordines Bohemiæ dein nouum conuentum celebrant, & cum ſupplicibus literis à Cæſare remedia cauſæ ſuæ petiiſſent, reſponſo minùs grato accepto, ſua grauamina Officialibus

Progreſſus motuum in Bohemia.

Controuerſia Bohemorum de eligendo Rege.

Abſen ia Imperatoris promouit. Bohemicas turbas.

Comes Thurrianus.

Apologia Bohemorum de qua Vid. Theat. Europeum, Tom. I.

Bohemica feneſtratio.

Optima cauſa per malum proceſſum perditur.

Nota miram Secretarij ciuilitatem.

Proceſſus Bohemorum breuiter taxatus.

Regni in arce Pragenſi exponunt, nempe ſupremo Regni Burggrauio *Sternebergio*, quumque ſibi obſtare cenſerent *Wilhelmum Slabatam, von Chlum.* Conſilij Præſidem & *Iaroſlaum Bocitam* à *Martiniz*, Regni Mareſchallum, eos cum Secretario *Philippo Fabritio* (*alij Platerum vocant*) tanquam Proditores, more recepto, ex Cancellariæ feneſtris (27. *Ellen hoch*) præcipites agunt die 13. May. (*Vid. Theat. Europ. Tom.* 1.) *Das heiſſet uff gut Böhmiſch feneſtriren.* Miraculo inſtar fuit, eos caſu illo, quamvis ſumma locorum altitudine, nihil læſos. *Autor Epitom Belli Bohem.* refert Secretarium illum, in Dominos ſuos ita decidentem, è veſtigio ſurrexiſſe, atque importuni iſtius caſus moleſtiam humiliter atque modeſtè fuiſſe deprecatum. Verùm hoc modo Bohemi exaſperatis ſcilicet eorum animis, bonam, quam fouerunt cauſam per furioſum ac violentum procedendi modum *defeneſtrationem* ſcilicet illam, illicitum & ſeditioſum remedium, ac facinus nullius exempli, reddidere Saxoniæ Electori & multis aliis Euangelicis inuidioſam. Cæterùm quid mirum? *Turba mota tandem fit turbo.* Et non parum quoque culpæ reſidet in Miniſtris Cæſaris, qui ſupplicantem pro religione populum Bohemum non mitius tractarunt, ſed ſemper vacuas aures Ieſuititis præbuerunt. Patientia ergo læſa verſa in rabiem, in qua plebi ſapere non datum.

Mutatio in regno Bohemia.

Loca ſancta non ſunt violanda.

Belli Bohemici initium.

LV. Peracto hoc facinore, ſtatim *triginta Directores creati*, Miniſtri Cæſaris loco moti, & turbarum auctores, atque belli ſacri tubicines, Ieſuitæ regno expulſi, omnibus denique, qui Literis majeſtatis aduerſarentur, bellum indictum. Milite itaque conſcripto certiorem faciunt Imperatorem, quid Pragæ geſtum ſit, ſuámque Apologiam ipſi tranſmittunt. *Imperator* d. 18. Iun. an. 1618. Proceribus reſcripſit: *Ihre Majeſtet könten das jenige ſo wider dero Statthalter, vnd Secretarium im Pragerſchloß vnd Königlichen Reſidenz, in der Böhmiſchen Canzley, wo die gröſſeſte Sicherheit vnd* reſpect. *ſein ſolte, fürgenommen* (Imperator intelligit defeneſtrationem ſupra tactam) *worden, keines weges guth heiſſen* (*vid. Theat. Europa Tom. I. p.* 21. *Factum tamen excuſant Bohemi in eod. Tomo p.* 38. 39. & quod præcauere poterant Conſiliarij Cæſaris, cur admiſerunt?) Mandat porrò Bohemis, vt militem conſcriptum quantocius dimittant, delectus & conuentus nullos habeant, deniq; ita ſe gerant, vt ſubditos fideles decet. Ita de conſequentibus contra jus admiſſis, plerúnque conquerimur antecedentium, à contrariâ parte illegitimè perpetratorum incurioſi. Bohemi dein ſe purgant Imperatori geminâ Apologiâ: reſpondet Imperator Bohemis, qui replicant; cúmque literis vltro citroque miſſis nihil proficeretur, reſque nullâ tranſactione componi poſſet, Imperator, in vltionem ſe accingens, conſcripſit exercitum decem millium, illumque cum tor-

mentis

mentis in Bohemiam mittit, Ducibus *Carolo Longeuallio*, *Comite Bu-quojo*, (quem rebus nutantibus quaſi Xantippum Albertus Belgarum Princeps Imperatori ſubmiſerat) & *Henrico Tampirio ſiue D'Ampetra Comiti*, è Lotharingiâ oriundo; qui duo quaſi Auſtriacæ Domus Rolandi Bohemos variè afflixerunt. His Bohemi oppoſuerunt *Erneſtum Mansfeldium*, Germaniæ Annibalem, clariſſimâ familiâ, ſed è pellicatu editum, [qui antea Sabaudiæ Duci, Bohemicis motibus obſtetricari credito, militauerat] & Henricum Matthiam Comitem Turrianum. Inter Fridericum Palatinum Electorem dein, & Maximilianum Bauariæ Ducem cauſa Imperatotis & Bohemorum à d. 24. Iul. 1618. vſque ad 18. Mars 1619. plurimis literis acta, ſimulque *Bohemi* eandem viam cum Elect. Palatino inierunt, Legatis ad Ducem Bauariæ miſſis, quibus *in Reſolutione d. 24. Iul. ann.* 1618. iniquitatem Bohemici Proceſſus contra Cæſareos miniſtros hac ratione ob oculos poſuit: *Das doch ſo gar den gröſſeſten Vbelthätern ſolche* beneficia iuris naturalis *vnbenommen, vnd keiner* ſententirt *oder* exequirt *vverdẽ kön ne er ſey dan zuvor gehöret, vnd* legitimè condemniret, *vvan gleich eine ſache an ſich ſelbſt offenbahr iſt.*

Comes Buquoius. *Tampirius.* *Mãſfeldius.* *Comes Turrianus.* *Bauari iudicium de feneſtratione Bohemica.*

L V. Hiſce motibus Bohemicis componendis *Cæſar Principes vocat Ægram*; ſed fato præuentus ann. 1619. d. 10. Mart. excitatum incendium exſtinguere non potuit. In ejus locum, nec quicquam contradicentibus Bohemis, ann. 1619. menſ. Aug. Imperator electus *Ferdinandus II.* qui quum iuramento Pontifici promiſiſſet, ſe deinceps religionis libertatem non permiſſurum in ditionibus ſuis [*Euentum luctuoſum V. Tom. I. Th. Eur.*] & magiſtratus à Matthiâ conſtitutos, ſed à Proceribus abdicatos, reſtituiſſet, id ſecius interpretati Bohemi, illi fidere noluerunt, atque hinc poſtridie, quum Francofurti eſſet Cæſar creatus, ipſi regnum abrogarunt, ac Domum Auſtriacam in perpetuum ab eo excluſerunt. Adeò Bohemi Regem Ferninandum futurum & jam factum odio habuerunt: Ferdinanduſque negligens illud: *Si vis amari ama*, novum Imperium populo ab initio ingratum reddidit. Cum dein aliquâdiu fruſtra diſceptatum fuiſſet de nouo Rege creando, quum Saxo oblatam ſibi iſtam coronam magno animo tenuiſſet, tandem *Fridericus V. Elector Palatinus* d. 29. Aug. 1619. Rex Bohemiæ creatus, [*Vid. Theat. Europ. Tom.* 1. *p.* 245. vbi habetur ſtipulatio Electionis Friderici] & d. 4. Nouemb. Pragæ ſolenniter coronatus, iuxta diſtichon Streithagij.

Matthias moritur. *Ferdinãdus II. Imperator eligitur.* *Eius error initialis aduerſus Bohemos.* *Fridericus Elect. Palat. reiecto Ferdinando II. eligitur Rex Bohem. 1619.*

SCeptra PaLatInVs, qVa noLLet taCta BoheMa,
ALIte non FaVſtâ CepIt In arCe Praga.

Cõtrouerſia Bohemica de iure Electionis.

LVI. Iurené an injuriâ Bohemi Ferdinandum rejecerint, atque ex alia familia, nempe Palatina, rectè electionem inſtituerint, de hoc argumẽto adeundus erit *Melchior Goldaſtus* qui integrum volumen *de Regno Bohemiæ* conſcripſit, cui addi poterit *Apologia Bohemorum* & ad eandẽ reſponſio in *Tom.I.Theat.Europæi.* Sanè *Bohemi* tum conſtanter aſſeruerunt Ferdinand. II. non liberè eſſe electum, ſed violenter intruſum, cùm tamen in illo regno jus electionis liberæ viguerit, & hoc ipſum *Georgij Podiebracij* exemplo ſatis confirmari. Inſuper in *Aurea Bulla* juribus ac priuilegiis illius regni ſatis abundè eſſe proſpectum. *Contra Auſtriaci* reſponderunt: Regnũ Bohemiæ à primis vſque initiis non electiuum, ſed iure ſanguinis hæreditarium fuiſſe; vnumque illum Podiebracium per tumultum intruſum, quem hinc nec Sileſij Nec Moraui vnquam pro Rege agnouiſſent (*vide pl. infra in diſc. de Regno Bohemiæ.*) Cæſar etiam an 1620. diuulgatis diplomatibus, nihili eſſe Palatini coronationem declarabat, quod nec ab iis facta eſſet, qui creandi regis haberent poteſtatẽ, nec vacante ſolio facta. Imò *quod nec Palatino conueniret vllo modo eius diadema vſurpare, quem legitimũ agnouiſſet Bohemiæ Regem, Cæſarem cum cæteris ſeptemuiris elegiſſet.*

Prudentum iudicium de Bohemico negotio.

Rerum ciuilium gnari extra Germaniam credunt in hiſce Bohemicis tumultibus *Iliacos* eſſe *peccatũ intra muros & extra*, putántque principalem culpam violentis Hiſpano-Ieſuiticis conſiliis ac molitionibus eſſe adſcribendam; quibus in ſummum feruorem & flagrantiſſimum æſtum acti Bohemi defeneſtratione ſua inconſulta quadrata quaſi rotundis murarunt [*Haben dem Faſs den boden gar eingevvorſen.*] ac dein,

Bohemorum error & culpa.

deſperationem in conſilium adhibentes, & latius euagantes, milite cõſcripto nimio ac præpoſtero zelo ea patrarunt, quæ apud moderatiores, qui ſaniora ſequi aſſolent, non excuſantur. Et quando, cum ſeditio in populo cooritur, iámque faces & ſaxa volant, & arma furor miniſtrat, recta ratio locum inuenit?

Fertur equis auriga ſuis nec audit currus habenas.

Cæſarianorũ culpa circa Bohemicum negotium.

Optandum fuiſſet. literas Majeſtatis Bohemis omnibus numeris eſſe ſeruatas, neque vllam, ne minimam quidem, ſuſpicionem illarum violandarum datam fuiſſe. Verùm dum Ieſuitæ, Hiſpanorum emiſſarij, turbam mouere incipiunt, quid mirum, ſi tandem turbo exiterit? Certè

Querela de Jeſuitis regnorum ac rerum publ. turbatoribus.

Bohemi, cum *Ignatianos Lojolitas* regno ejecere, multa iis objecere: *Turbatam pacem, diſputata priuilegia Religionis; tum trahere omnia ad jugum Pontificis Romani*, ſeducere plebem injurioſis concionibus, quibus nomen Proteſtantium indignis calumniis proſcindant; corradere im-

Scelera Ieſuitarum.

menſas opes. *Regum & Principum*, quos à ſe alienos ſciant, *cædem*, immiſſis percuſſoribus, *machinari, explorare arcana omnia per confeſſionem.* Immiſcere ſe curis Reipub. atque in perniciem Euangelicorum

conſili

conſilia ſtruere, *palàm docere: hæreticis non eſſe ſeruandam fidem* (*Brachel. lib. 1. Hiſt. noſt. temp.*) His ſanè miſeranda belli Germanici mala, clades gentium, vrbium ac oppidorum excidia & omnem barbariem, Chriſtiano nomine indignam, vnicè acceptam ferre debemus. (*V. Dn. Schoock. lib. 1. de Sedit. c. 2.*) Autor Belli Bohemici [*p. 77.*] de hac peſte humani generis ita: *Quid non peſtilens ſocietas Ieſuitica auſa: Rudolphum I. Imp. veneno extinxit; nec Matthiæ Cæſari pepercit: Ferdinandum II. in mancipium adſciuit, eodem contagio Conſiliarij Cæſaris vniuerſi infecti ſunt: Creaturæ ipſi ſunt Ieſuitarum caput, mancipium.* Hæc ille. Idem (p. 77. & 78.) ait: *Vniuerſa Chriſtianitatis Magnates ſub contributione Ieſuitica premuntur. Ipſe enim Sathan ſeſe amicituit ſpecie Loiolitica iſtius ſobolis, vt mortalitati imponeret.* Propterea etiam iſti nebulones ab annis 60. præter propter præcipuè applicarunt animos ad ſtudium mathematicum, vt hoc modo in aulis eò gratiores conſiſtere poſſint. Noſtrum omnium ſanè, qui Patriæ bene cupimus, intereſt, vt hujuſmodi lupos crudeliter in viſcera Germaniæ ſæuientes, non ſolùm in cute, verùm etiam intus noſcere, notos cauere diſcamus. Vide pluribus *Romani Hay* Ord. S. Benedicti, *Hortum Cruſianum*, in quo Ioannis *Cruſij* Ieſuitæ Aſtrum inextinctum refutatur, item ejuſdem *Hay Aulam Eccleſiaſticam*; item librum cui tit. *Crimina & pœna Ieſuitarum*, Scitum eſt in ejuſmodi ſeductores epigramma: *Intereſt Imper. vt Ieſuita ex Germ. expellantur.*

Seductor Sueco; Gallo, ſicarius; Anglo
Proditor; Imperio explorator, Dauus Ibero,
Italo adulator: dixi teres ore Suitam.

Hic Ieſuiticus herpes regnis omnibus ſe affricans Romanum Iouem adhuc ſuſtentat: Callidū eorum regimen depingit ficti nominis Autor *Lucius Cornelius Europæus* in Monarchia Soliſorum, qui c. 7. vbi mores eorum deſcribit, ita: Nihil hac gente curioſius aut natura, aut aſſuetudine. Student ſinguli nouis pluſquam olim Athenienſes, quæ dein in ſymbolum collata ad Monarchiam referunt, &c. Periti, rumorum collectores, omne forum ſuum faciunt. Et mox: Inde Monarcha futura deſignare poteſt certius quam ex aſtrorum poſitu cæliique directione: Idem [p. 46.] in hunc modum. Ad Monarcham autem ſtatutis temporibus perſcribuntur, quæ in tota Monarchia vniuerſim publicéque ſpectantur, & quæ in ſingulis prouinciis, vrbibus, domibus, atque etiam in angulis clam geruntur, nullâ re, quantumvis minimâ, præteritâ, &c. In Diſſertatione quadam Italica [quam Berneggerus Latinam exhibet in Obſ. Polit. 3.] regimen eorum plenius deſcribitur hoc modo: Fixam ſedem Romæ tenet eorum *Pater Generalis* cui cæteri omnes exactiſſimam præbent obedientiam. Hic ex omni Patrum numero quoſdā eligit, qui ex eo, quod ipſi perpetuò adſint, *Aſſiſtentium* *Ieſuitarum deſcriptio quoad mores & regimen.* *Ieſuitica ſocietatis Pater generalis.*

nomen obtinuerunt, quorum vnus eſt ad minimum ex vnaquaque natione, à qua etiam nomen & titulum ſortitur; ita vt corú vnus dicatur Aſſiſtens Germaniæ, &c. Vniuſcujuſque horum officium eſt, quicquid in illa prouincia ſiue regno, cujus ipſe Aſſiſtens eſt, accidit, ad Patrem Generalem referre; quâ quidem in re vtitur opera ſuorum *Correſpondentium*, qui in metropoli cujuſque prouinciæ ſiue regni domicilium habeant, & in ſtatum, qualitatem, ingenium, inclinationem, conſiliaque Principum, & ſi quid vel nouiter detectum ſit, vel recens acciderit, exactiſſimè inquirunt: inquiſita per *Veredarios* ad Aſſiſtentes illos perſcribunt: Hi poſtea omnia iſthæc referunt ad Patrem Generalem, qui vocatis ad conſilium omnibus Aſſiſtentibus ſuis, totius mundi veluti anatomiam inſtituit, proponendo Chriſtianorum Principum omnium conſilia, & quicquid ſtatus eorum intereſt: Poſtea in deliberationem vocant omnia illa, quæ de nouo, Correſpondentium ſuorum literis acceperunt, eaque diligenter examinando & inter ſe comparando, tandem concludunt, hujus Principis res eſſe promouendas, alterius impediendas, provt priuati ſui commodi res poſcit. Quemadmodum autem ſpectatores ludi facilius ipſis colluſoribus obſeruant jactus: Sic iſti Patres cum habent in conſpectu poſita ſecreta Principum omnium, optimè poſſunt obſeruare locorum temporúmque conditionem, & exinde applicare media ad promouendas res illorum Principum, quos ſuis rationibus commodaturos eſſe norunt. Idem Autor poſtea addit: Quum Pius V. Pont. Ieſuitas conſtituiſſet in ordinem redigere, & ad ſacra officia, cæteraque monaſticæ profeſſionis, more religioſorum aliorum omnium, exequenda munia vellet adigere: tantum abeſt, vt morem ipſi geſſiſſent, vt etiam inſigni ſe contumelia putarent affectos, & pauculos illos, qui Pontificis ſe voluntati ſubmiſerunt, quaſi per contemptum *Quintinos* appellarent, nec ad vllum ſuæ ſocietatis honeſtiorem gradum admitterent. Hæc ille Italus, cujus candorem omni laude non poſſum non extollere. Vtinam verò iſti orci galea tecti nebulones, atque vltima Diaboli progenies nunquam noſtram Germaniam intraſſent. Certè nec Bohemicum, Saxonicum ac Cæſareo-Suecium bellum noſtra vidiſſet ætas.

Ieſuitæ totius mundi ciuilis Anatomiam inſtituunt.

Ieſuitæ ipſi Papæ immorigeri.

LVII. Sed vt ad *Fridericum* Elect. Palatinum reuertamur, is, antequam mentem de Bohemicæ coronæ receptione declararet, prius conſuluit *Ducem Bauariæ*, qui autor fuit: *Ne acceptet*; Idemque conſuluere *Electores*, literis ad ipſum collegialiter datis. Hiſce tamen non obſtantibus Dn. Elector, mitiſſimi ſanè ingenij Princeps, animum induxit acceptare regnum & coronam Bohemiæ. Pontificij in Principe illo ob hoc admiſſum ambitionem notant. Vid. *Ant. Epit. Rer. Germ.* pag. 16. vbi illum

Corona Bohemica receptio in Domum Palatinam.

Corona oblata non temere recipienda.

vbi illum vocat Solſtitialem Regem qui propriarum rerum verſura adventitij regni jacturæ ſatisfecerit. Cæterum, qui res iſtas accuratius ſunt rimati, Principem illum culpa eximunt, eamque in ambitioſos Conſiliarios rejiciunt. Principi enim juueni iuuenili animo conſiliarij rem tantam facile perſuaſere, quamuis illi, quibus ætas longa magiſtra fuerat, interque eos Lingelsheimius primus, ſed rebus gerendis ex ſenio impar creditus, eoque nomine in conſultando præteritus, obniterētur; in quorum ſententiam & ſocer, Iacobus Rex Angliæ deſcendebat. (*V. D. Porſt. ad l. 4. A. Tac. p. 438. Pezel. cont. p. 1240. & infra in Diſc. ad art. 4. Inſtr. Pac. §. Deinde tota Domus* (*verb. Miniſtri*) *Leo ab Aitzma*, prudentiſſimus rerum Belgicarum & exterarum cenſor (part. 1. fol. 102.) ſcribit, quod Iacobo Angliæ Regi valde diſplicueri iſtius coronæ receptui: Gui, cum quidam in Diſcurſu, hac de re habito, regeſſiſſet, quod Mauritius Princeps Naſſouius & Dux de Bouillon Agnati Friderici Palatini hortatores & ſuaſores extiterint: Rex repoſuit: *Dat Ziin beyde Lieden, bequaem om een ander het ziine te benemen; maer myn Svvager is de man niet.* Hæc ex prædicto Aizma refert Anon. quidam Batanus de Gubernatoribus Hollandiæ. Profectò omnes Euangelici optant nunquam coronam iſtam fuiſſe receptam: Sic enim Palatinatum Superiorem cum Comitatu Cham Sereniſſimæ Domui Palatinæ adhuc hodie hærere affixum, reſque Proteſtantium ſine dubio validiores hac ratione reddi: Politici moderatiores de hac causâ ita judicarunt: Deliberandum fuiſſe diu, quod ſtatuendum erat ſemel, regnumque tumultibus inuolutum, relinquendum: Spem pretio non eſſe emendam, notumque eſſe apologum de cane Æſopico, carnes ex dentibus, dum vmbram captat, demittentem, & quæ alia tum temporis jactata: O vtinam in interiori Conſilij Camera Heidelbergenſi tùm bene expenſum fuiſſet: Regna alienata non in rem actione ciuili, non tribus Prætoris verbis, ſed cruentis plerumque judiciis repeti ſolere; in quibus actio bellum eſt, judex gladius, probatio victoria, denique ſententia & rei judicatæ executio mors aut ſeruitus, vt verba immortalis Viri *Chriſtophori Forſtneri* (in Hypommen. Pol. 76.) ad hanc rem ita accommodare liceat. Sanè res non parui momenti & imprimis arduum eſt, conſilium dare Imperatori, Regi, atque Principi Electori. Curiæ quidem Heidelbergenſis ciuitatis aureis literis inſcriptum: *Qui conſilium dat, fidem, non euentum præſtare debet:* Cæterum oportet etiam, vt Conſiliarij ſint ab omnibus affectibus vacui qui tuta & quieta præ abruptis & periculoſis malint: Peſſimum enim veri affectus venenum eſt, ſua cuique vtilitas. Contra:

Lingelsheimij optimum conſilium.

Iacobi Regis Angliæ judicium de recepta Bohemica corona.

Politicorum judicium.

Vindicatio regnorū non eſt ius perſequendi in judicio, ſed extra judicium armis decertatis.

Ein getrevver Rath ohn Eigennuz
Hilfft mehr den Hundert Männer Schuz.

Durum, ſed leuius fit patientia quicquid corrigere eſt nefas: Infelix hujus Sereniſis. Domus in hac re fatum iam omnes agnoſcunt, & ſerio deplorant, mitioraque fata eidem apprecantur. Qui non Politicè ſed Theologicè hæc calamitoſa tempora intuentur, vno ore fatentur apud ſummum atque Æternum Numen fuiſſe decretum caſtigare corruptos hominum mores: Omnes enim tum ambulabant in viâ luxuriæ; nec gradu, ſed præcipiti curſu ad vitia, à vitiis ad praua, à prauis in præcipitia deſciſcebant. Vidimus tum meliora, probauimuſque; deteriora verò ſecuti ſumus, neque paſſi iracundum Numen fulmina ponere. Longa pax, pingue ſolum, & multiplici fertilitate beatum, vt opum affluentia Germanos bearat; ita, quum iſtis bonis cæperant abuti, impia obliuione ad Deum, tantorum bonorum autorem, minimè reſpicientes, Deus quoque caſtigandæ ingratitudini bella aliaque mala genti Germanorum immiſit; & ita quoque Palatinatus Rheni, hortus ac paradiſus ille Germaniæ (in quo pridem cantilena iſta luxuriæ: *More Palatino bibimus*, &c. tanquam ſolenne carmen addiſcebatur) miſerè tandem ab Hiſpanienſium factione vaſtatus atque direptus. Quin & vniuerſæ Germaniæ à cruento Marte venenum eſt immiſſum, quod nobilis iſtius corporis caput & Membra, ita confecit, vt, niſi tandem an. 1648. Pax Oſnabrugo-Monaſterienſis alexipharmacon agonizanti Imperio attuliſſet, de vita & ſpiritu illius Sacro ſanctæ Reipub. planè actum fuiſſet. Motus hoſce & luctuoſum Germaniæ fatum, ingens Cometa, per 30. dies viſus, prædixit atque præſagiit anno, quo

Nemeſis Diuina. Theologicum de cauſa Palatina iudicium.

Huius ſeculi corrupti mores, Martis Germanici cauſa Theologica: Politica verò, Hiſpanienſiũ factio, cui religio occaſionem dedit.

Cometa 1618.

VIsVs Cometa
OrbI ſpatIoſo
HorrenDVs Propheta. i. e. 1618.

vt verum ſit illud:

Semper adhuc diri quoties arſere Cometæ
Signa ſecuturi certa fuere mali.

Prudentiſſimus quidam vir de negotio hocce Bohemico tale fert judicium: *In huius tragedia Bohemica ait, bus habemus exemplum recens infauſtæ prudentiæ, dum Superior Numinis vis omnia cogitata, conſulta, facta contra Domum Palatinam torſit.* Vt vel hinc appareat eſſe Fatum & Numen, & ſanctam immortalis Dei curam, quæ per cauſas medias, variè connexas omnia temperat. Vt adeo fruſtra ſit Hetruſcus ab Italiâ Doctor, qui fatum flumini, receptis imbribus ſuperbè decurrenti, & obuia quæque ſternenti, comparat; cuius vis, vt vallis aggeribuſque coërceri poteſt; ita hominum conſilia fortunæ fatoque id eſt, Dei decretis obſiſtere poſſe. Impia ſententia! *Fatum eſt, quod de quoque noſtrum fatus*

Iudicium de negotio Bohemico cuius fortunã mutaturus eſt Deus, eius conſilia corrumpit. Fati vis ineluctabilis. Machiauellus.

factus eſt Deus. Si igitur impediri, mutari, verti poteſt, quod Deus iuſſit, conſtituit, ac ratum eſſe voluit, non erat fatum, nec decretum Dei. Nec enim iubet Deus, aut decernit vt fiat, quod non fit. Ergo conſilia noſtra actionéſque diuinâ Sapiētiâ, certis limitibus, velut alueis, includuntur, intra quos fluunt, vt doctiſſimè pariter atque veriſſimè ſcribit clariſſimum illud Eruditorum Germaniæ ſidus Du. *Forſtnerus*, Cancellarius Würtembergici Ducis, lineæ Mompelg: [*in not. ad l.* 3. *An. Taciti*] qui cum eruditi orbis ingenti dolore non ita pridem ex huius vitæ tragicæ theatro deceſſit. Nemo igitur nimium fidat ſuæ prudentiæ & fortunæ, quam leuem ac cæcam Deam *Eques de Cominio* non immeritò vocat *figmentum Poëticum*.

Humana conſilia caſtigantur vbi ſe cœleſtibus præferunt. Et Homo proponit, Deus diſponit. Forſtnerus. Cominæus.

LVIII. Redeundo iam ad tricennalem illam Germanici belli tempeſtatem, conſtitit illa primùm duabus quaſi nubibus aduerſus Ligiſtarũ, quæ Hiſpanienſium; & Vnitorum, quæ Contra Hiſpanorum humoribus grauidę erant, ac tandem imbrem cum tanto impetu dederunt, quo tota Germania veluti diluuio quodam inundata; qui neque prius exſiccari ac diſpelli potuit, donec tandem *Monaſterio & Oſnabrugâ, candidæ columbæ, Euangelium pacis in ore gerentes, emitterentur*. Primus illius impetus turbo in Bohemiâ conſedit; deflexit poſtea in Saxoniam, tandem Suecis, Imperij turbulentis rebus ſeſe immiſcentibus, vniuerſam Germaniam peruagauit. Id quomodo acciderit, nunc breuiter exponam.

Status Reipubl. turbulentus ſub Ferdinando II. Imp. Tempeſtatis belli Germanici allegorica deſcriptio.

LIX. Poſtquam Elector Palatinus aliorum conſiliis inductus erat, vt coronam Bohemiæ tandem receperit; literas emiſit ad Electorẽ Saxoniæ, Regem Poloniæ, Ducem Bauariæ, Rempub. Venetam, Ducem Sabaudiæ & alios, causáſque ſuſcepti regni exponit. Dux Bauariæ ad d. 26. Octob. 1619. literis reſponſoriis adhuc ſuadet, vt propoſitum mutet. Saxo etiam d. 30. Octob. reſpondet, ac dolet, ſua conſilia de interpoſitione non inueniſſe locum. *Comes* porrò *ab Hohenzollern*. Legatus Imperatoris in conuentu Proteſtantium vnitorum Noribergæ d. 27. Nouemb. inter alia propoſuit: *Electorem Palatinum ſibi Domum Auſtriacam in æternum deuincturum, ſi regnum Bohemiæ Cæſari reſtituat*. Ann. 1620. d. 21. Mart. *Electores* cæteri, præter Brandeburgicum, *Mülhuſij* in Thuringia congregati, ad Fridericum Electorem Palatinum ſcribunt, vt Imperatori Bohemiæ regnum rurſus cedat. Scribunt etiam ad ordines vnitos Comites ac Nobiles in Franconia & Wetterauia, itemq; ad vrbes quaſdam Imperij, ne Cæſaream Majeſtatem in regno iſto recuperando impediant. Similiter literis monẽt ordines Bohemiæ, Hũgariæ & Auſtriæ, vt Regi & Principi ſuo debitam obedientiam præſtent. Verum, quum Elector Palat. neque Bohemi & cæteri, Electores in iſto particulari cōuentu non agnoſcerent huius negotij judices; quid mirum ſi cancrino gradu negotium hoc recedere non potuit? comitia vniuerſalia in hanc

Hiſtoria belli tricennalis. Electorum conuentus Mülhuſij 1620. Intereſſe Imperij neglectum dũ in Comitiis de Bohemico negotio nõ

conſultatum correſpondentia & Liga membra atque capita.

rem indici debuiſſent. Sed hoc Hiſpanienſes minimè conceſſiſſent. Negotio autem hoc Bohemico tota penè Europa in partes tracta. Pro Palatino faciebāt Bohemi, Morauí, Sileſij, Luſatij, Auſtriaci Superiores ac demum Hungari: Inter Principes Germanos & exteros: Chriſtianus Anhaltinus, Ioannes Fridericus Dux Würtembergicus, Mauritius Landgravius Haſſiæ, Ioachimus Erneſtus Marchio Anſpacenſis, & Georgius Fridericus Mar. Durlac. Gabriel Bethlen cum pleriſque ciuitatibus Imp. Scotis, Anglis & Batauis: A parte Ferdinandi fuere Saxo, Bauarus, Hiſpan. & Pol. Reges, Magnus Dux Hetr. & Pontifex Rom.

Bellum Bohemicum. Correſpondentium & Legiſtarum conuentus.

L X. Quum itaque Cæſare vindicare domui ſuæ illatum probrum annitente, implacabili odio vndique ingentibus exercitibus pugnaretur menſe Nouemb. *Correſpondentes* (ita vocabantur, qui Regi Friderico fauebant) Norimbergæ: *Ligiſtæ* ſiue Auſtriaci, Herbipoli conuentus habuerunt, ac ibi de ratione continuandi belli ab vtriſque actum. Vnicum jam momentum erat in *Rege Galliæ*, vt, cujus ille accederet partibus, illius fortunam fore ſuperiorem haud dubitaretur. Ad eum ergo certatim miſſæ legationes à Ferdinando & Friderico. Cæterum is contra communis cauſæ τὸ intereſſe hoc tempore medium ſe gerere, ac de conciliatione agere maluit, magis inuidiâ erga creſcentem Friderici, Angliæ Domui innexi, potentiam, quam vllo erga Domum Auſtriacam ſtudio.

Rex Galliæ intereſſe commune non attendit, ſed priuatum præfert. Spinola Palatinatum diripit.

L XI. Interea Marchio Seſtij & Venafri *Ambroſius Spinola*, vetus multarū palmarū Dux, Catholicæ in Belgio militiæ, Capitaneus Generalis, cum Hiſpanicis turmis ex Belgio jubente Rege Hiſpaniarum, Friderici patrimonium, irruperat. Is cum Moguntiam verſus proficiſceretur Vniti juxta Oppenheimiū d. 6. Sept. 1620. conſedere, hoſtis aduētum expectaturi. Spinola itaque curſum mutatns, infortunatis iſtis adRhenū terris *Crucenacum* & *Alzeam* Palatinatus cellam penuariam expugnat. Vniti verò exiſtimantes Spinolam cum exercitu Vvormatiam petiturū, *Oppenheimium* relinquentes, Vvormatiam petunt. Sed Spinola irridens illorum ſapientiā, Oppenheimium mouens, illud deditione capit. d. 14. Sept. quam dein ſecuta *Simmera*, *Baccharacum Cuba*, & quicquid in illo triangulo inter confluentias Rheni Moſellæque expanditur territorij: quę loca omnia in oculis conniuentium militum vnionis Heilbronnenſis cepit. Spinola dein ſimulat, quaſi prælij facturus eſſet copiam. Quum verò præter leues valitationes nihil gereretur; Spinola Oppenheimium diſceſſit; *Marchio* verò *Anſpacenſis* Vvormatiā petiit, vbi per totam hyemem prægrandibus cyathis pugnatum. Apparuit, tum, *Hiſpanos non ita eſſe ſobrios*, vt multi putant: Contrarium magno ſuo malo experti ſunt Archi Palatinatus incolæ, qui illos quouis Milone Crotoniare

Creuzenach. Alzey. Oppenheim.

Vnitorum exercitus magna negligentia Palatina cauſa immane quantum nocuit. Simmern. Bacharach. Caub.

niate voraciores fuiſſe, & potando cum quouis ex familiâ Bibulorum certare potuiſſe aſſerunt. Fama eſt hoc tempore Hiſpanos aureis & argenteis haſtis pugnaſſe cum Vnitorum exercitu in Palatinatu, pluráque tam auro quàm ferro adminiſtrata eſſe: Vnde tum prouerbium ortum: *Hiſpanicos duplones* (*Dublonen*) *facere duplices nebulones.* Indoctum & imperitum vulgus tum quoque requiſiuit: *Vvas man ſo lang auff der Barenhaut lige? Vvarumb man nicht ſchlage? Ioannes Palatinus Bipontinus* etiam quendam Oppenhemio venientem, interrogauit: *Vvas der Vnion Volck machte, ob ſie noch nicht ſchlagen vvolten?* Quum is reſponderet: *Das noch nichts zur Gegenvvehr gethan vvurde:* addit Princeps: *Vvollen ſie nicht ſchlagen ſo vverden ſie doch muſſen ſchlagen, oder ohne ſchläge geſchlagen vverden.*

Hiſpani in propria tantum noſtris viuunt ſobriè & parcè non in alieno.
Prouerbium Hiſpan. argenteis pugna & omnia vinces.

Neque audebat in aciem prodire Anſpacenſis, aut, ſi tentaret, variis artibus à Spinola eludebatur, adeò vt planè apud ſuos fidem amitteret, quaſi res & cauſam Vnionis in propugnando Friderico parum fideliter adminiſtraret. (*Brachel l. 1 Hiſt. noſt. temp.*) Firmata ea ſuſpicio diſceſſu *Friderici Henrici Auriaci Principis*, qui à fratre Mauritio (qui munitionem Mondorfij ſupra Coloniâ medio Rheno excitarat, quæ à forma clericalis galeri *Pfaffenmuz* dicta) cum firma equitum manu & Anglis aliquot peditibus Vnioni ſubſidio miſſus, poſtquam dominari Spinolam & Palatinus Weterauiæque nullo impediente potiri videt, tædio rerum cum Batauis ſuis in Belgium reuertit: indéque anſam prouerbio dedit: *Er gehet durch vvie ein Hollander.* Ita breui poſt fœderis ſiue *Vnionis nomen ſeneſcente partium concordia*, ex rerum improſperè cæptarum tædio, *extinctum* eſt, in conuentu Moguntinæ an 1621. (*Brachel. l. 1. Hiſt. p. 39.*) Ita famoſa illa vnio (quæ Margarithæ ſimilis credebatur) auſtro blandientium perſuaſionum grauida cum equabus Hiſpaniæ ventos vanitatis peperit. *Der vnirten Trevv ging gantz verlorn Kroch endlich in ein Iägerhorn: Der Iager bliesſie in den Vvind Das macht das man ſie nicht mehr ſind.* Et hoc modo Palatinus infelici fato & propriarum rerum & aduentitij regni jacturam paſſus, vt mox audiemus. Non ſilenda verò hic eſt laus *Obertrauy*, cognomento *Michaëlis Germanici*, Nobilis Palatinatus inferioris, qui acerrimè cum Hiſpanis conflixit, vt fræno potius, quàm calcaribus opus habuerit.

Intereſſe Vnionis Hailbrunnenſis ſæde neglectum.
Pfaffenmütz.
Prouerbium Vnio Diſunione ſiue diſcordia euaneſcit.

LXII. Dum ita ab vna parte Spinola Cæſarem vindicat; ab alterâ *Ioannes Georgius Elexor Saxoniæ*, Cui Imperator Ferdinandus in *cõuentu* Electorũ *Mulhuſij* vindictam ſui commiſerat, decreto Müllhuſiano, ſatisfacere parat. Ibi enim *erat decretum, vt Cæſar Ferdinandus omnibmodis iuuaretur.* Neq; Mauritius Haſſiæ Landgrauius Electorem per literas ab incepto deterrere potuit, quamvis Pontificiorum indolem ipſi

Elector Saxon. Cæſaris vindex. Decretum Mulhuſianum.
1620.

Pontificiorū genius.

accuratè ob oculos poneret: Illis enim vincentibus, & ipſum in eorum prædam concedere; cum in id vnum intendant, vt diſtractis inter ſe Euangelicorum viribus, ſingulos aggrederentur, in vniuerſos conjunctóque nihil auſuri. Sed Saxo æquitate cauſæ commotus, Cæſareas partes nihilominus ſecutus. Cum itaque Saxoni an. 1620. d. 6. Iul. executio proſcriptionis aduerſus Bohemos eſſet demandata, operi ſeſe accingens, *Bohemorum Legatis*, ad ſe miſſis, *autor eſt, vt Deo dent, quæ Dei ſunt; & Cæſari quæ Cæſaris*, & ad fidem & obedientiam Imperatoris reuertantur. Sed cum videret Bohemos in ſententiâ ſuâ perſeuerare, mouet verſus *Luſatiam*, & metropolin ejus Budiſſinam, quæ ſtrenuè à Iägerndorfio defendebatur, die 5. Octob. capit. Durante obſidione obſeſſi præferoces obſidentem Electorem ludibriis minimè ferendis irriſere, appellantes eum: *Sau-Iürgen*; cornua etiam venatoria inflarunt, & ſuem in vallum productam, vt grunniret, ſtimulis fodicarunt; verum impune hoc non tulerunt; Saxóque breui vtramque Luſatiam valido ac lento Marte preſſam ſubegit, quæ res & Bohemorum vires diſtraxit, & maximum Cæſari ad victoriam momentum attulit.

NB Si Saxo & Bauarus commodum Cæſaris hoc tempore non quæſiviſſent: Cæſar ad Pragam non triumphaſſet. Saxo mouet in Luſatos & Sileſios. Budiſſini admodum feroces in Electorem.

Bauarus pro Cæſare eiuſque intereſſe promouet. Dolus an virtus quis in hoſte requirat.

LXIII. Pro Cæſare quoque hiſce temporibus ſtrenue ſe geſſit *Maximilianus Dux Bauariæ* qui quinque dierum ſpatium ſuperioris Auſtriæ Proceribus dedit, intra quos, velint nec ne Cæſaris mandatô parere?, deliberarent. Interim non elapſis adhuc illis quinque diebus exercitum ad limites prouinciæ admouit, qua repercuſſos ad omnia obedientes habuit Auſtrios. (*Dn. Forſtner. ad Tacit. p.* 501.) Quamquam autem hæc actio videatur vafra & injuſta, tamen in bellorum concertatione, antequam ſe firmet hoſtis, aut vires comparet, obuiam euntdum, cum omnis mora hic ſit cum irrecuperabili damno conjuncta: (*add. Brachel. l. 1. Hiſtor. noſt. temp. p.* 25.) Bauarus porrò Palatinatum ſuperiorem & ipſam Bohemiam aggreſſus multa feliciter peregit, atque ad proprium commodum promouendum nulli operæ pepercit.

Prælium ad Pragam, Bey dem Thiergarten der Stern genãt.

LXIV. Tandem cum omnes exercitus ad Pragam in *Albo monte* (*Vveiſſenberg*) conuenirent, ibi d. 8. Nov. ſt. n. 1620. ipſa *Dominica* cum è ſacris noſtris apud Romanos explicaretur Euangelium: *Date Cæſari, quæ ſunt Cæſaris; & Deo, quæ ſunt Dei*; commiſſum fuit atrox illud & rebus Bohemorum ac Friderici fatale prælium; quo vno ſe totius belli fortuna circumegit, ac pro Ferdinando in recuperando Bohemiæ regno ſententiam dixit: Fridericus cum vxore & liberis, neglecto Diadmate, & archiuo, fuga ſibi conſuluit. Praga, Regni ſedes ac Metropolis, à Maximiliano Bauaro & Cæſareanis rurſus occupata, quam intra paucos dies fere totum regnũ ſecuta eſt. Poſtea verò an. 1628. die 23. April. Ferdinandus Imp. in Albo Monte prope Pragam templum monumentum victoriæ erexit. Poſt hanc decretoriam pugnam fugatus Fridericus

Friderici Palatini fortuna poſt Prælium Pragenſe corruit.

cus Palatinus, exulem ab eâ die vitam peregit: Bohemi veró & Auſtrij coërciti, Moraui in obſequium redacti, Sileſii repreſſi, Hungari verò ad officium reuocati.

LXV. An. 1621. die 19. Ian. Cæſar banni fulmen evibrauit in Electoré Palatin. Chriſtianum Analtinum Ioannem Georgium Iegerndorfium, item Hohenloium & executionem proſcriptionis commendauit Maximiliano Bauariæ Duci, quantum ad Superiorem; Archiduci Alberto, Gubernatori Belgij, quantùm ad Inferiorem Palatinatum: Epiſcopo Bambergenſi & Herbipolenſi, quantum ad Principem Anhaltinum, Marchionem Iagerndorfenſem, & Comitem Hohenloium. Quod ipſum tamen indignè non pauci Imperij Status tulerunt &, ſi vnquam certè in Proſcriptionibus Imperij ſtatuum locum habet illud: *Feſtina lente*; ne canis nimium feſtinans cæcos pariat catulos, & ſummum jus in ſummam crucem conuertatur. Et omnino in hoc tam arduo negotio in Imperij Comitiis æqui bonique decretis res temperari debuiſſet, & Palatium Cæſaris non tamdiu viduitatem Comitis Palatini vidiſſet. (*Vid. ad art. 8. Inſtr. Pac. in Diſc. de Banno Imperij.*) *Elector Palatinatus & alij proſcribuntur.* *Iudicium de Banno Palatini.*

LXVI. An. 1621. d. 11. Iuli cœpit ſeuera *Executio Pragenſis* illi rei Commiſſario præfecto Principe Lichtenſteinio. Per hanc 27. Nobiliſſimi Viri vltimo ſupplicio affecti, quos inter præcipuus *Comes Schlickius*, VVenceſlaus *Baro à Budovviz*, *Teuffenbachius* & alij (vid. *Theat. Europa, Tom. 1. p. 482. & ſeqq. Brachel. lib. 1. Hiſtor. p. 40.*) quo peracto omnes Euangelici Doctores ex quibuſvis Cæſaris Prouinciis expulſi. *Executio Pragenſis.*

Hoc Pragenſe ſupplicium, dignitate & numero reorum ſimiliter multorum in ſe oculos conuertit, paulóque altius â multis Imperij Statibus penſitatum. Notabilia ſunt hac de re verba Baronis *Georgij Friderici von Roggendorf* cum ipſi Ferdinandi gratia annunciaretur, ſi modo ſupplicem ſe ſiſteret. Quæſiuit tum: *VVas ſol das für ein gnade ſein? Ein Böhmiſche Gnade diſe iſt Kopf ab: oder eine Mehriſche? die iſt evvige Gefängnis; Oder eine Oeſterreichiſche, die iſt alle Güter geconfiſcirt.* *Iudicium de Supplicio Pragæ ſumpto.*

LXVII. Dum porrò Cæſar res in Hungariâ collapſas rurſus erigere ſatagit, Carolus Longueuallius Comes *Buquoius*, ſtrenuus ille Cæſarianorum Dux, in obſidione Neoſolij multis vulneribus interficitur, & Viennæ militari pompâ, magno Cæſaris dolore ſepelitur an. 1621. Hic in Belgicâ Martis Scholâ ſub magnis Præceptoribus ad militiam eruditus, virtute, fide, continentiáque in magni Ducis nomen inclaruit. Multis victoriis & rerum bene geſtarum gloriâ inclytus, cujus morte res Cæſaris in Hungaria procubuere. (*Vid. Stradam dec. 2. lib. 4.* *Buquoius occumbit.*

Interceſſiones pro Palatino apud Cæſarem.

LXVIII. Interea *Palatinus*, qui vix per vnum Solſtitium Regni Bohemiæ vſumfructum poſſederat, jam in Hollandiam delatus (*ſi præſens militaribus reliquiis manſiſſet, multi aleam aliter fuiſſe caſuram opinati ſunt*) multorum apud Cæſarem literis Legatiſque juuabatur. *Rex Daniæ Chriſtianus*, indicto conuentu ad Segebergam in Holſatia, abolitionem Proſcriptionis & Reſtitutionem Palatini per literas Legatoſque Viennæ vrget, idem agente *Iacobo Rege Britanniæ*, Palatini ſocero; Miſit is *Digbium* Legatum ad Cæſarem, petiitque Palatinum recipi in gratiam, reddi priſtinæ dignitati, atque omnibus iis, quæ ante bellum Bohemicum poſſediſſet: Curaturum ſe vt Palatinus, venia donatus, Regno Bohemiæ viciniſque prouinciis renunciet. *Oſtendit hanc eſſe viam, qua ſolida Imperio quies & pax reddi poſſet.* Sin Cæſar decretis aduerſus Palatinum inſiſtere, & ſeueritatem clementiæ præhabere pergat, periculoſæ plenum opus aleæ multis exponit: *Non quieturam Britanniam; non Daniam, Sueciamque & alios externos Principes omiſſuros indignum caſum florentiſſimæ Palatinæ Domus*, tot Principum matrimoniis & ſanguini immixtæ. Quid reſponderit ad ea Cæſar *Vid. ap. Brachel. l. 1. Hiſt. p. 44. 45.* Optandum ſanè fuiſſet, hoc tempore quieta conſilia, præ abruptis partibus placuiſſe, Palatinámque Domum in priſtinum ſtatum, tot illuſtribus arbitris, ſeſe interponentibus, fuiſſe reſtitutam; Pacémque religioni, Amneſtia prius ſancitâ, quicquid etiam *factio Hiſpano-Papalis* in contrarium molita, conceſſam atque indultam. Tum enim nec bellum Dano-Saxonicum, neque Sueco-Cæſareum noſtra vidiſſet ætas. Verum Hiſpanienſes, qui jam nimium increſcebant, Germaniámque ſub jugum mittere deſtinarant, hæc ſalutaria conſilia in totum reſpuebant, tragædiamque cujus vltimus lamentabilis actus vſque in ann. 1648. durauit, porrò in Germaniæ Theatro ludere malebant.

In ciuilibus bellis ſi alterutra pars æquas conditiones offerat (Sich ehrlich erbietet) nũquam illæ ab altera parte ſunt rejiciendæ. Digbius verus vates Salutare Germaniæ conſilium magis optatum quàm ſperatum. Intereſſe Imperij neglectum.

LXIX. Porrò, vt redeamus ad Bohemicum bellum, reliquiæ illius hinc inde, ſuperiore ſemper Ferdinandi fortunâ, præfractæ acri ad omnia Marte non minus, quàm Arte *Mansfeldio*, quo infenſiorem hoſtem Domus Auſtriaca non habuit, & quem *Auſtriacorum Annibalem* dicere meritò poſſis. Sed *deſertus ab amicis Fridericus, proditus à ſuis, quid mirum quod, primo ſuperatus prælio, toto bello ſuccubuerit.* (*Vid. plura* ap. anonymum *Epitomatorem Belli Bohemici*: in Hollandiâ editum) Mansfeldius igitur mouet in Palatinatum, vt dimiſſum ab vnione militem ad ſe pertraheret, breviſque ibi juſtum exercitum collegit. Huic ſe opponit Ioannes Tzerclaſius *Comes de Tilli*, cui in conventu Ratiſbonenſi an. 1623. Cæſar Comitiuam dignitatem contulerat, Catholici fæderis exercitus in Germania Præfectus Generalis, Hercules ille Auſtriacæ & Bauaricæ Domus.

Mansfeldius Palatini vindex. Cauſa infelicitatis Friderici Palatini.

LXX.

Mansfeldij periculum.

LXX. Hoc tempore Mansfeldius qui contra Domum Auſtriacam quaſi cum Annibale ad aras jurauerat, duplex vitæ periculum euaſit, alterum fortuitum, alterum deſtinato animi conſilio ſuſceptum. Globus enim è tormento excuſſus pedes Mansfeldij equitantis præteruolans, tantam vim terræ in Comitem excuſſerat, vt mox præceps datus, ſemianimi ſimilis corrueret; ſed omne intra trepidationem diſcrimen fuit. Grauius eſt id quod ſequitur: Neapolitanus quidam necem Mansfeldij conceperat, dumque in caſtris occaſionem & tempus commodum exequendo facinori præſtolatur, repente mutatâ mente, proiectâque palam ſicâ fatetur propoſitum. His periculis perfunctus ad VVeidhuſium à Bauaro & Tillio cinctus dolo, deditionis ſcilicet ſimulatione, elabitur, & tranſmiſſo apud Manheimium Rheno, Franckentalium, obſidione à Gonſaluo Ferdinando Corduba cinctum, liberat, Gonſalvumque magni ducis nomen poſtea temperantius inſectari docet. Mansfeldius quum, Palatinatu elapſus, Alſatiam deprædaretur, Tillius aliquot *Palatinatus* Inferioris oppida cis Rhenum expugnat. Nam *Superior*, omni auxilio deſtitutus, vltro in *Bauari* poteſtatem venerat, confirmatâ poſtea à Cæſare pro nauatæ operæ præmio poſſeſſione, quo merito & *Saxoni Luſatia* conceſſa: ſed hæc proprij illa alieni patrimonij largitio fuit. (*Epit. Rer. Germ. p. 20.*)

Fräckenthal obſidione liberatur.

Saxonia Electoris & Bauari intereſſe promouetur.

Chriſtianus Dux Brunſvicenſis, alter Palatini vindex.

LXXI. Circa hoc tempus (an. 1621.) *Chriſtianus* Dux Brunſuiçenſis, Epiſcopus Halberſtadenſis, quum reſtitutionem Electoris Palatini, toties jam expetitam, fruſtra flagitari, Palatinumque vndique à Cæſare & Hiſpanienſibus premi videret, conſcripto pro Palatino milite, qua data porta in Imperium progreſſus eſt. Ætate is erat atque ingenio ferox, imbutúſq; à puero apud Bauaros rudimentis militaribus, vulgo *Der tolle Herzog* dictus. Hic itaque in turbidis Imperij rebus, omni ope exulem Palatinum iuvare conſtituit, *verbiſque conceptis, ereptam è manibus Eliſabethæ Friderici coniugi chirothecam pileo ſuo accommodans, iurauit, non dimiſſurum ſe ſymbolum illud è capite priùs, quàm Fridericum Palatinum in omnibus reſtitutum vidiſſet.* Collecta igitur per Saxoniam Weſtphaliámque haud ſpernenda manu, Lipſtadium, Suſatum, Paderbornam aliáſque Vveſtphaliæ loca ſubigit. Ab Anhaldio Comite attritus, perrexit infeſtare Papiſequas, magnis vndique corraſis pecuniis. Statuam S. Liborij, Paderbornenſium Patroni, ex ſolido auro, 80. pondo, conflatam abſtulit. *Er hat dieſelbe in die arme gefaſſet und das ſie ſo lange zeit auff ihn gevvartet, vvilkommen heiſſen* (*Vid. Theat. Europ. Tom. 1. p. 629.*) Factum hoc vehementer taxant Pontificij, quòd diuino & humano jure hujuſmodi res ab omni injuriâ debeant eſſe inuiolabiles (*l 6. & 8. D. rer. diuiſ.*) ſed neceſſitate illorum temporum forſan illud excuſationem meretur. *Et in ſanctis quid facit aurum?* Suſati quoque magnam copiam inſtrumenti aurei adeptus

Ardor Chriſtiani Brunſvicenſis.

Lipſtat, Soeſt, Paderborn.

Statua Sancti Liberij.

Chriſtianus Dux Brunſvicenſis à ſacro furto vindicatur.

Nummus notabilis Christiani Brunſuicenſis. nummos cudi curauit ab vna parte manu è nube protenſa, gladio armata adiecto nomine: CHRISTIANVS: Ab altera verò parte hoc dicterium imprimi iuſſit: *Gottes Freund Pfaffen Feind.* Quùm dein nummum iſtum inter milites diſtribuiſſet, dixit: *Liborius hat ſeinen Freunden nie ſo viel guts gethan; als er mir ſeinem Feind erwieſen.* Strenuus ille Heros, ac *Pontificiorum malleus* de Neutraliſtis, qui in hiſce turbis *Neutraliſtæ religioſi odio habendi.* religioſis ſe medios gellere, tale iudicium (referente *Philandro von Sittwalt*, ſiue Ioh. Mich. *Moſcheroſch*, huius ſeculi Satyrico) tulit: *Das ſie des Teufels nicht ſein wolten, und doch Gottes nicht ſein könten.* Et omnino epicæni & amphibij in religionis negotio extremo odio digni. Vid. hac de re *Piccart.* (in Obſ. Hiſt. Pol. Decad. 5. c. 4.) qui ita tandem concludit; Scapha ſcapha dicenda eſt, ligo ligo, neque in æternum Chriſtus cum Beliale conueniet. Proinde religioſa ac cedro *Petrus Brederodius.* digna eſt vox *Petri Brederodij*, Legati Ordinum Fæderati Belgij, qui neutraliſtis in bello religionis dixiſſe fertur: *Es gebühre Keinem wahren Christen in Gottes ſeines Högſten Hernn Sach neutral zu ſein.* Scitè *Harſdörffer* Noribergenſe illud luci diſſimum quondam ſidus Dn. *Harſdörferus* (part. 1. *Der Weltlich. Lehrgedichte* n. 102.) Neutraliſtas in genere vocat: *Politiſche Hermaphroditen, Welche beides und doch Keines ſein.* Nunquam ſane bonum fuit duabus anchoris niti; longéque melius eſt niti anchorâ ſacrâ, ſpe & fiduciâ auxilij diuini. Sed redeundo ad Chriſtianum Ducem. Hic porrò è Weſtphalia progreſſus, per Eichsfeldiam, Wetterauiam, *Hœchſtum* in ripa Mœni ditionis Moguntinæ oppidum, contendit. Notabilem eius epiſtolam ad Bambergenſem Epiſcopum ſcriptam Vid. in Theat. Eur. T. 1.

Bellum in Palatinatu recrudeſcit. Non multū intereſt inter ſolium & aliena genua, Wiſloch. Clades ad Wimpham. In bello peccare non licet. Marchionis Badenſis infelicitas in bello tricennali.

LXXII. Redit interea Palatinus in ditiones ſuas Rhenanas, diſſimulata perſona: Non caruit periculo in Alſatia, cum in diuerſorio publico in 12. milites gregarios Archiducis Leopoldi incidiſſet, vbi incognitus multa in ſe conuicia jaci militari licentia audiuit, & in ſalutem hoſtium ſuper menſam reſpondere propinantibus debuit. Mansfeldius & Badenſis Tillium prope *Wiſlochium* profligant, & Badenſis, tradita filio Republ. bellum ſtatuit omnibus viribus propagare. Aſt Tillius *Wimpha* ſe includit, donec firmatus *Cordubenſis* Dynaſtæ copiis, Badenſem, Mansfeldianis imprudenter exutum cohortibus, ad prælium trahit, pellectúmque in inſidias fundit fugatque ac omnibus bellicis inſtrumentis pecuniáque potitur. Quin ipſe Marchio, qui jam in Bauariæ viſceribus ſibi ſpolia deſponderat infelici prælio profligatus poſt ex ipſa ditionis ſuæ prouincia ſolum vertere coactus, in quam dein per Inſtr. Pac. 4. demum eſt plenè reſtitutus. Factum hoc ann. 1622. menſe Febr. Hoc modo, dum Georgius Fridericus, Marchio Durlacenſis res vnionis collapſas rurſus erigere intendit, clade ſua

memo-

memorabili Hiſpanienſium vires auxit, viribúſque attritis vinculum vnionis Euangelicorum prorſus diſruptum. Eodem ferè tempore Mansfeldius trina vice proſcriptus, *Ladeburgum* ſiue Laodunum [de quo hodie, dum hæc ſcribo, acris controuerſia adhuc eſt inter Sereniſſ. Electorem Palatinum & Epiſcopum Wormatienſem] deditione capit. Nonnulli, rerum gnari, putant rectius Palatini commodis fuiſſe conſultum, ſi tum inita eſſent conſilia de exercitu Tillij profligando, in quo tum cardo rei rotabat. Quod ſi enim citius ſe cum Chriſtiano Brunſuicenſi Mansfeldius conjunxiſſet forſan clades ad Höchſtium non eueniſſet, vt mox audiemus.

Ladeburg.

Intereſſe Palatini nō rectè attentum fuit.

LXXIII. Brunſuicenſis dein, prope Höchſtium oppidum, in victorem Tillium incurrit, vbi per pontem Mœno impoſitum tranſire conabatur. Hic famoſiſſimus illius exercitus, *tormentis carens*, brevi pugnâ à Tillianis profligatur; ac, dum Ducem, ponte tranſeuntem, milites effuſius ſequuntur ordinibus diſruptis, ponte fracto amnis vorticibus multi ſunt abſorpti; reliquæ cohortes, deſertæ, gladiis, plumbeiſque globulis Cæſarianorum, feriâ ſecundâ Pentecoſtali, conciderunt.

Prælium ad Höchſtium.

Quare Brūſuicenſis fuſus.

LXXIV. Igitur Palatinus duplici clade Durlacenſi ac Brunſuicenſi perculſus, Angliæ & Daniæ Regum literis, vt arma omitteret, monetur. Hiſpanienſes, vt eo melius ſuis rebus conſulerent, ſpem pacis, quæ Bruxellis tractabatur, Contra-Hiſpanis iniecerant. Hac itaque fretus Palatinus, dum ſocer Rex Angliæ ſpem certam, quod euentus negauit, reſtitutionis in bona auita concipere iuſſit, arma ponenda cenſens, dimiſit exercitum apud Tabernas Alſatiæ, datâ facultate Mansfeldio & Brunſuicenſi, quò vellent, cum copiis liberè concedendi. Ipſe dein Sedanum, & paulò poſt, mutato habitu, per Galliam in Hollandiam migrat. Mansfeldius dein ac Brunſuicenſis ex Alſatiâ in vicinam Lothoringiam digreſſi, tandèmque à Fœderatis Belgis acciti, magnis itineribus Brabantiam petiuere. Hos quum Gonſaluus Cordubâ apud *Floreacum*, prope Namurcum, eſſet aſſecutus, commiſſum eſt ibi prælium ann. 1622. Auguſto menſe. Pugnatum vtrinque acriter, & æquo ferè Marte diſceſſum, cognitóque aduentu Brunſuicenſium ac Mansfeldenſium ſoluta eſt obſidio Bergę ad Somam fluuium, quam Marchio Spinola Magnâ exercitus parte premebat, atque ita hac pugnâ *intereſſe Belgarum* Fæderatorum egregię promotum. In hoc prælio Chriſtianus Dux Brunſuicenſis ſiniſtrum brachium laceratum, & ex iuuenili ardore neglectum, gangrænâ accedente, amiſit. Pertulit autem ſectionem brachij fortiter, & planè militari pompâ, inter occinentes vndique tubas, vt auocatus hoc ſtrepitu animus, magnitudinem cruciatus minus perciperet. Seu de magnitudine ani-

Intereſſe Anti Hiſpanienſium rurſus negligitur.

Hiſpanienſium artes.

Iacobus Rex Angliæ literas Hiſpanienſium videtur neſciuiſſe quoad commune intereſſe.

Prælium ad Floreacum, quo commiſſo nata eſt vulgaris cantilena: Konſtu nicht Hertzog Chriſtian von Brunſvveig? Hat er nicht geſchlagt. Don Cordubà *in Fräckreich.*

Chriſtianus D. Brunſuicenſis amittit Brachiū. mi imbecillitas corporis nihil detraxit; nam dum Bredæ curandi brachij causâ decumberet, tubicinem Hiſpanicum ad ſe perduci juſſit, collocutuſque tandem: *Vade*, inquit, *& nuncia Marchioni Spinolæ amiſiſſe me alterum brachium; ſed ſupereſſe adhuc alterum, quo in hoſtes propediem vtar*: Reſtitutus dein valetudini ferreo machinamento vſus (*referente Brachelio*) quod in ſimilitudinem brachij ex Hollandia artifex affabrè expreſſerat, officia manuum, per quam multa, non incommodè executus eſt, arte naturam imitante, vt, quò vellet, brachium flecteret, manuque, diductis & contractis ruſum digitis, obuia quæuis apprehenderet atque retineret. *Ars imitatur naturam.*

Mansfeldius Friſiam Orientalem premit. LXXV. Liberatâ Bergâ ad Somam Mansfeldius in Friſiam Orientalem, tanquam alter Annibal velut in Campaniam quandam capiendis hibernis, & reficiendo ſimul infirmo exercitu diſceſſit. Fertilem hanc regionem, quam indicta cauſa inuaſerat, miſere depopulatus eſt, vt multi adhuc non ita pridem Auricæ, me præſente, conqueſti ſunt. Mansfeldius primus exemplum hic prodidit Prouincialium opibus ſuſtentandi militem; quod poſtea in juſti prope moris imitationem acceptum, non inuitis Principibus, ſi bellum ſe ipſum alere poſſet, eò rem militarem, quæ hodie obtinet, adduxit, vt legitimum bellum à latrocinio nil, niſi armorum cauſa, diſtinguat; ſtipendiiſque ex præſcripto ſolui deſitis, ſtatim quóque diſciplina belli ſoluta, Germania primum ſui, poſt exteri militis præda facta (*Epit. rer. German. p. 25. 26.*) Quamdiu autem ſupererat Mansfeldius, Cæſar pacem habere non potuit. Is enim à Friderico Palatino exauctoratus priuatum bellum Cæſari intulit; ſubminiſtrantibus clam auxilia iis, quicunque Hiſpanis infeſti erant. *Mansfeldij Arcanum militare, quod hodie tanquam Euangelium in praxin deductum. Non ſolutis ſtipendiis ſoluta quoque militaris diſciplina.*

Heidelberga à Tillio capitur. LXXVI. Tillius porrò Palatinatum, hoſte vacuum, nactus d. 6. Septembr. 1622. *Heidelbergam*, ſedem Electorum & Palatinatus inferioris caput immani barbarie, fruſtra illam cum legione Anglica defendente Neruio expugnat, inſigniſque *Palatina Bibliotheca*, optimus quondam Germaniæ literatæ theſaurus veluti victoriæ monumentum ann. 1623. Romam magna ex parte translata. Secuta eſt dein d. 24. Octobr. deditio *Manheimij*. Validiſſimum illud ad Rheni & Nicri confluentes propugnaculum Fridericus IV. Elector Palatinus communiuerat; vbi triennium ferè Ioannes XXII. Papa, à Concilio Conſtantienſi depoſitus delituit. Hodie quod vrbem hanc attinet, non eſt illa quidem adeò munita; eſt prope ipſi adjacens caſtellum, quod hodiernus Sereniſſ. Dn. Elector Carolus Ludouicus exſtruxit, & in honorem D. Parentis *Friederichs Burg* appellauit, egregiè, ad hodiernum fortificationis modum, munitum, ac ſeptem propugnaculis terreis incinctum. Omnis jam Palatinatus in Cæſaris poteſtatem conceſ- *Palatina Bibliotheca. Manheimium deditur. Friderico-Burgum.*

ſerat

ſerat; præter vnicum *Francodalium*, ſedes belli ac fortior vrbs, quàm vi expugnari poſſet. Ea quoque vt potirentur Hiſpani, pacis Friderico ſpem fecerunt, promittentes ſe in gratiam Iacobi Britanniæ Regis omnia facturos. Adeò verum & illud: *Mel in ore; Fel in corde; Verba lactis Fraus in factis.* Proinde.

Hiſpani mſes ſpe pacis iniecta aliquoties Friderici Palatini intereſſe ſubuertunt.

Fide parum, multùmque vide: nam fidere multum,
Et vidiſſe parum maxima damna refert.
Nil homini melius, quam diffidentia prudens
Vt capiare minus, credere diſce minus:

Fide ſed cui vide.

Et iuxta Philoſophum è Stoa [*Senec.* Epiſt. 3.] vtrumq. vitium eſt & omnibus credere & nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius. Quo etiam collimat illud Epicharmi: Nerui atque artus ſunt ſapientiæ, non temerè credere. Nam qui in ciuilibus facilè credit, facilè quoque decipitur, ac pleráque imperia ad ſcopulos nimiæ confidentiæ naufragium paſſa: Turbarum torrentes per eam erupe-runt feneſtram, & minus diffiſus faciliimè obruitur atque ad exitium pronus. Vt adeò politicam diffidentiam dixeris matrem bonorum ſucceſſuum, & nimiam de aliorum fidelitate fiduciam, inſidiarum præcipitium. Et omnino nimia illa benignitas, quæ de nemine malum ſentit, nimium trahit incommodum [vid. *Miniſter Richel l.6.c.*19.] quod ipſum Iacobus Angliæ Rex, Punica Hiſpanorum arte ludificatus & veluti ſubſannatus, exemplo ſuo nos docuit. Cæterum credulitas error eſt magis quam culpa, & in optimi cuiuſque mentem facillimè irrepit. [*Cicer. l.* 10. ad Fam. 21. 23.] Pulchre in rem præſentem *Iacobus Zeuecotius* [in not. ad Flor. l.3.c.10.] Nunquam magis decipitur hoſtis, quàm cùm ob iniectam pacis mentionem aut ſpem primum ardorem remittit. Ita deceptus Magnæ Britanniæ Rex Iacobus, qui non ante decipi ſe ſenſit, quàm perditus eſſet Palatinatus. Ego illos prudentes eſſe iudico, qui quod per legatos vrgent, vel ſtatim fieri, vel ſtatim volunt negari; tempus quod ad deliberandum petitur, inſidioſum plerunq; eſt, & ideo diligenter ante in omnia inquiri oportet, quam id concedatur. Hæc ille. Hic *Iacobus* fuit aliàs Princeps virtutibus Imperio digniſſimis, religione, iuſtitia, clementia, doctrina, prudentia, & humanitate exculrùs; cæterùm à nulla re magis, quàm bello alienus. Itaque Princeps ille bellandi rudis, ac infelix pacis amator, quum terrore armorum ſuorum quaſuis ab Hiſpano extorquere potuiſſet conditiones, ac ſola intercluſa in Flandriam nauigatione, res eorum in apertum diſcrimen coniicere, quamquàm innumera Hiſpanicæ perfidiæ haberet documenta, ſeſe tamen & generum decipi cum ſtupore totius Europæ paſſus fuit, *Hiſpanienſes* quidem, *quoties Iacobus, & poſt eum Carolus I. reſtitutionem Palatini vrſere, illam*

Nimia confidentia Imperiis nocet.

Quid in petitione pacis obſeruandũ.

Iudicium de Iacobo Rege Angliæ, qui Friderici Palatini interſſe emiſit ab initio.

ex animo cupere ſimularunt;ſed mox ingratas ac difficiles conditiones proponendo, tot perplexitatibus negotium implicarunt, vt exitum ſortiri nequiuerit. De Iacobo Rege Angliæ cum ann. 1652. claſſicum Angli aduerſus Hollandos canerent, in Manifeſto ſuo ita ſcribunt: *Das König Iacobus viel zu vväßerig Blut in ſeinen Nieren gehabt, vnd lieber die Schrifften als den Degen vvieder ſeine Feinde ergreiffen, vnd Zucken vvollen,* prout habetur in *Contin. Theat. Europæ ad ann.* 1657.*p.*272. Artificiis itaque Hiſpanorum munitiſſimum Francodalium Gubernatrici Belgij Iſabellæ à Iacobo Rege traditum, (hac fini, vt eò citius Fridericus Cæſari reconciliaretur) ſed tanquam depoſitum & fidei commiſſum, quouis tempore, nimirum poſt octodecim menſes, Anglis reſtituendum (*Vid. Theat. Europæ. Tom.* 1. *p.*755.) Verùm ab eo tempore Francorum vallis Hiſpanis extorqueri non, niſi aperto Suecorum Marte, potuit, an ſcil. 1632. die 3. Nouembr. qui tamen ann. 1635. illam vrbem rurſus ſuæ poteſtatis fecerunt. Ex hoc negotio pateſcit fides Punica Hiſpanorum, (quomodo eam interpretatus Ludouicus XII. Rex Galliæ, qui eos hoc æuo Pænorum perfidiam ſupplere dixit, teſte *Weidnero de Arcan. Dominat. Hiſpan.*) dum contra expreſſos articulos, & Sereniſſimo Angliæ Regi Iacobo factam promiſſionem, viduæ Friderici Palatini hanc vrbem non reddidere, more ſuo in eo agentes; nempe iuramentis Reges fallere politicum quid eſſe opinantes. (*Vid. Theat. Europæ. Tom.* 1.*p.*819.) Hæc munitiſſima vrbs ab ann. 1635 ab Hiſpanis inſeſſa vnica Pacis Germanicæ remora fuit. Licet enim Sereniſſ. Dn. *Carolus Ludouicus* Elector Palatinus, *iuxta art.* 4. *Inſtr. Pac.* in inferiorem Palatinatum pleniſſimè fuerit reſtitutus, & iuxta illius articuli cynoſuram ann. 1650 Palatinatus poſſeſſionem rurſus apprehenderit; tamen Francodalium ſuum non niſi ann. 1652. recipere ab Hiſpanis potuit. Sed vt ad Fridericum reuertamur is variis Hiſpanorum promiſſis omnibus exutus ditionibus, ab eo tempore opem & auxi ia Soceri ac Affinis Angliæ Regis implorans, armis amiſſa recuperare tentauit. Verùm deſertus ab omnibus *infelix Princeps documentum mortalibus præbuit, magna negotia facilius incipi, quàm terminari, ac conſanguineos, ſocios fœderatos inania nomina eſſe, niſi quæ propriis inſtructus viribus per ſe ſtare ac reſurgere poſſit.* Deus porrò in ſublimibus & ad ſplendorem propoſitis hominibus oſtendit quid ſit homo. Qui ante paucos annos erat Princeps Elector, & inſtinctu Bœmorum Rex, nunc omnibus Ditionibus extorris exilium cogitur agnoſcere regnum. Feliciſſimus planè Electorum, niſi regnaſſet. Adeò verùm eſt illud *Dithmari* (*l.* 3. Chron. Merſ.) *Quantò altior gradus tantò grauior caſus.* Et quantis periculis regnum, id eſt, ſplendida ſeruitus emitur? etiam præſens fortuna ſummos dignitatum apices à ſe tenui filo ſuſpendit.

Francodalium in Hiſpanienſium manus peruenit.

Hiſpanorum perfidia.

Teſtudinea reſtitutio Francodalij pacis Germanicæ remora fuit.

Politica reminiſcentia de Friderico Palatino.

Regum & Principum infelicitas.

pendit, &, cum ita viſum eſt, abrumpit. Tam fallax rerum humanarum fides, &, vti vini, ita etiam fortunæ quædam ebrietas eſt.

O regnorum magnis fallax
Fortuna bonis, in præcipiti
Dubióque nimis excelſa locas.
Nunquam placidam ſceptra quietem,
Certumve ſui tenuere diem &c.
Non ſic Lybicis Syrtibus æquor
Furit alternos voluere fluctus;
Non Euxini turget ab imis
Commota vadis vnda, niuali
Vicina polo;
Vbi cæruleis immunis aquis
Lucida verſat plauſtra Bootes:
Vt præcipites Regum caſus,
Fortuna rotat.

(Senec. *In Agamem. verſ.* 58. *& ſeqq.*)

LXXVII. Antequam autem Cæſar Palatinatum ita ſubegit, Rex Daniæ miſſo, Sigvvarto *Poguviſchio*, rogauit Cæſarem, vt acceptas à Palatino iniurias publicæ Saluti ac quieti donaret, eumque abiurata Bohemia ſupplicem Septemuiratui reſtitueret: Verùm Cæſar continuari prætexens contumaciam ad Bruxellanam compoſitionem omnia reiecit, quæ tam lente procedebat, vt Palatinus omni exueretur ditione, vt paulò ante dictum. Eodem tempore quoque Marchionatus Badenſis abiudicatur Georgio Friderico: Eduardi Fortunati filio addictus, Romanam religionem & arma Hiſpanica ſequenti. (*De hac controverſia vid. infra ad art.* 4. *Inſtr. Pac.*) De cætero hac ætate Germania noſtra multis militum prædationibus miſerè diuexata eſt. Coſacci enim à Cæſare dimiſſi, quacunque iter faciebant, inaudita crudelitate libidine, rapacitate, & nequitia planè Diabolica ſæuiebant. Mansfeldiani Weſtphaliam & Friſiam Orientalem premebant. Qui militiæ mores cum in æternum ſeculi probrum inualeſcerent, Saxoniæ Inferioris circulus ob id, aſſentiente Cæſare militem ſcribit, ab exterorum iniuriis ſeſe defenſurus. Nimirum, vt nunc ſunt mores, adeò res rediit, vt verum ſit illud *Lucani* [*l.* 10. Pharſal. p. 326.

Rex Daniæ iterum pro Palatino intercedit.

Georgio Friderico Marchionatus Badenſis abdicatur.

Militaris licentia non coërcita multa mala creat.

Nulla fides pietaſquè viris qui caſtra ſequuntur

Quem verſum tamen Mauritius Princeps Naſſouius, intelligi potius volebat de lixis & calonibus [*Sudeler*, *Marckgetenter*] quam de militi-

Mauritij Naſſovij favor in milites.

bus; quia, inquit ad Dominicum Baudium, hi ſunt in caſtris, illi ſequuntur caſtra. Quicquid de eo ſit, omnes hodie, ſiue in caſtris ſint, ſiue ea ſequantur, agricolis inſidiantur & moleſti ſunt, imo in tranſitu quoque plus damni plerúmque amicis & confœderatis dant, quam ipſe hoſtis dare poſſet. Ioh. Iouian. Pontanus [l. 2. Amor.] militiam hujus temporis [quam Eraſmus omnium ſcelerum ſcholam vocat] damnans ita canit.

Schnaphanen, Heckenreüter.

Hodierni milites ſunt lupi rapaces humana pelle contecti.

Militia quondam partes ac iura fuerunt
Tutari patria dulcia tecta ſuæ:
A ſociis arcere minas, pepuliſſe tyrannos,
Hoſtis & incurſus continuiſſe vagos.
At nunc quid bello petitur niſi præda? nec hoſtem
Sed ſocium vita eſt exſpoliaſſe decus.

[Add. *Lipſium* l. 5. Pol. c. 8] Ictus in l. 1. §. 1. D. de Teſt. Milit. Milites arbitratur dici à malo, quod à nobis arceant. Ego autem eos, vt nunc eſt ſeculum, & mores ferunt, dictos puto à malo, quod nobis inferunt vt ſcitè ait Dn. *Limnæus* [T. 4. de I. P. pag. 377.] Hubertus *Languetus* [Epiſt. Polit. 16.] ita ad Sydnæum ſcribit: Milites Saxonici noſtra ætate magis ſunt religioſi, & putant ſibi obtemperandum eſſe Chriſto, dicenti: *Alter alterius onera portate*? præſertim cum incidunt in mercatores, quibus loculi ſunt graues pecuniâ. Quanta licentia militaris obtinuerit in præterito tricennali bello graphicè depingit *Aut Epit. rer. Germ.* p. 59 60 61. 67. De Suecorum collapſa diſciplinâ militari in Germania conqueritur Beatus *D. Forſtner.* [in Epiſt. p. 81. 82. &c.] Præſertim autem Cæſariani an. 1630. in Pomerania crudeliter graſſati ſunt Duce Gözio præſertim in vrbe *Paſſevvalck*, vbi quum Miniſtri verbi Diuini illos ad Chriſtianam clementiam adhortarentur, irriſi, auditæque hæ voces: *Was ſollen vvir Chriſten ſein? vvir ſein lebendige Teüffel vnd auch deine Teüffel.* Vid. ſcriptum ann. 1630. editum cui tit: *Paſſevvalckiſche Schlacht.*

Comitia Electoralia.

LXXVIII. His temporibus [an 1623. ſub init.] Cæſar comitia Electoralia habuit Ratiſbonæ quæ tamen à Saxone & Brandeburgico, per legatos duntaxat obita. Intererat tum maximè Imperij vniuerſalia indici ac celebrari comitia. Quare autem hoc ſit intermiſſum, varie eſt à multis acceptum. Multi Status id Monarchiam ſpirare ſunt opinati, vtpote quum paucorum Imperium regiæ libidini ſit propius. Imperator autem Electorem Saxoniæ denuò inuitarat ad hunc conuentum per ſe celebrandum; Id quod tamen *Saxo* facere intermiſit; nempe quia videbat agendum fore de Electoris Palatini priuatione atque Electoratu ipſius in Bauarum transferendo, in quam rem haud facile conſentire poſſet, quod *exiſtimabat priuationem*

Arcanum Imperatoris. Intereſſe Imperij neglectum.

nem illam ſupra poteſtatem Cæſaris eſſe, & ad judicium Collegij Electoralis juxta A. B. Caroli IV. pertinere. Imò *profitebatur non eſſe hanc ad pacem Germaniæ viam, quæ multo certius recipiendo in gratiam Palatino & noxarum omnium condonatione haberi poſſet.* Ita tranquillitatem redituram, vbi hoſtile nihil reliquum fuerit.

Saxo auguratur de intentione Ferdinandi II.

Summa capitum in hiſce comitiis erat: Quod Fridericum Comitem Palatinum, quem jam ante ob Rebellionem Bohemicam Imperiali fulmine notauiſſet, Electoratu priuare & dignitatem illam ad ſe deuolutam in alterum nempe Maximilianum Bauarum conferre vellet. (*Vid. plur. Caraff. in German. ſacr. reſtit. Brachel. l. 2. Hiſtor. p.* 67. 68. 71.)

Priuatio Palatini eſt remora Pacis Germaniæ.

Cauſa Palatina.

Multi tum *putarunt Proſcriptionem Palatini non ad ſolum Cæſarem, ſed ad Electorale Collegium* pertinere juxta Pacta Regia, quæ loco legum in Imperio eſſent habenda & integerrimè cuſtodienda. Deinde *diſplicebat etiam modus ipſius & executio*: *Putabant* enim *oportere, vt ſeruato iuris ordine Palatinus citaretur prius*, atque audiretur, quàm proſcriptionis nota afficeretur.

Iudicium de proſcriptione Palatini. Intereſſe Imperij in quo tum temporis ſitum hic depingitur.

Quod ad pacem Germaniæ attineret, *putabant* quidam *eam clementia & benignitate Cæſaris* melius, quam vlla ſeueritate aut pœnis *reuocatum iri.* Itaque ſuadebant *omittendam Reformationem Bohemicam, reuocandos Proteſtantium miniſtros, quorum ejectione apud veros Imperij Status, qui diuerſæ religionis eſſent, magnam ſibi Cæſar inuidiam concitaſſet*: Dein *ad pacem plurimum profuturum aliqui credebant, ſi Cæſar Palatinum renunciantem regno Bohemiæ, & veniam deprecantem in gratiam reciperet, atque in Prouincias ſuas & dignitates reponeret*; aut, ſi id fruſtra eſſet, vt ſaltem filiorum ac fratris, aut proximorum cognatorum, qui à culpa ipſius abeſſent in tranſlatione Electoratus ratio haberetur. *Si contra fieret, neque filij ipſius, neque proximiores agnati aliorum Regum Principúmque auxilio*, qui his Germaniæ diſſidiis libenter immineant, *eſſent omiſſuri*, quod ad reſtituendum Palatinum pertineat, atque itaque neque Cæſarem neque Imperium vllo vnquam tempore quietum fore. (*vide Theat. Europæ. Lundorp. in act. publ. Brachel. lib. 2. Hiſt. p.* 72.)

Egregium conſilium de Pace in Germaniam reducenda.

Reformatio Bohemica.

Vtile Imperio conſilium minimè attentum.

Proteſtantes intereſſe ſuum ſerio vrgent.

Dolendum ſanè quod ſaniora ac ſalubriora hæc conſilia, præ aliis violentioribus ac rigidioribus, Catholicorum Principum conſiliis, Monarchiam promouentibus, non præualuerint. *Cæſar* autem *Legatis Saxonis & Brandeburgici ac Ludouici Haſſiæ Landgrauij reſpondit*: Se pactorum ſuorum in proſcriptione Palatini nunquam oblitum, & in tam graui rerum caſu & animorum diſſenſu, ſe non tantum literis, ſed etiam coram de proſcriptione cum aliis agere non potuiſſe. Neque aduerſus Palatinum temere quicquam ac feſtinanter actum. Quinimo monitum ſæpius fuiſſe à ſe atque à conuentu Electorum Mülhuſij, cæterorúmque Principum literis, ſed omnia omnium monita ſpreuiſſe: Si de reducendo in

Reſolutio Cæſarea.

gratiam Palatino, præciſo Electoratu ſecum agatur, daturum ſe precibus Regum Angliæ, Daniæque & reliquorum Electorum Principúmque, qui pro Palatino intercederent, vt illum in gratiam reciperet. Reformationem verò Bohemicam conſtanter negabat ad hunc conuentum pertinere. Illam enim cuilibet Electori & Principi in ſuis prouinciis ſemper liberam fuiſſe, neque hac in re Cæſarem deterioris conditionis eſſe debere. *Huic Cæſaris declarationi cùm ferè aſſentirentur Catholici, p[...]ere tamen Saxonici & Brandeburgici Legati, vnà cùm Ludouico Haſſiæ Landgrauio pro Palatino deprecati*, ne Electoratu priuaretur, tum ſi id obtineri nullâ ratione poſſet, vt ſaltem filiorum, aut nepotum ipſius ratio haberetur. Accedebat his omnibus Dux Neoburgicus *Vvolfgangus Vvilhelmus*, qui contra conſtitutionem Caroli IV. diſponi de Electoratu dicebat ſe prætermiſſo, qui proximus eſſet heres, adeóque ab omni culpâ innoxius. Nam frater Palatini Rupertus contra Cæſarem arma geſſerat & fratri ſemper adhæſerat. Filij autem patris delicto innexi videbantur. (Vide tamen *Ruſdorf*. in Vindiciis Palatinis.) Itaque concludebat, ſi omnino Electoratus transferendus eſſet ſibi illum vti proximo agnato atque innoxio, juxta leges Imperij deberi. Tandem hoc Electorali conuentu rerum ſumma fuit: *Friderico Palatino Lege Maieſtatis, abrogata Septemvirali dignitate, Maximilianus Dux Bauariæ ſufficitur*; reclamantibus fruſtra Saxone & Brandeburgico. Addita tamen lex, quod hæc omnia ita fiant ſine præiudicio Electoralis collegij, vel Aureæ Bullæ aliarúmque Imperij ſanctionum, & ne ea inauguratio Palatini ſine filiis, ſeu agnatis fraudi eſſet; quod Neoburgicus ſibi eam dignitatem ex ordine familiæ deberi contenderet. [*Vid. Brachel.l.2. Hiſt. p.* 74.75.]

Neoburgicus intereſſe ſuum vrget. Prætenſio Neoburgici in Palatinatum.

Electoratus Palatinatus transfertur in Bauarũ.

Non deerant, qui rem tantum ſine conſenſu ordinum nouo, aut à nimiâ vetuſtate exoleto ſummæ poteſtatis exemplo, peractam altius ſpectare, ſi fortunarum euerſio pœnam ſequatur, has in ejus arbitrio fore, penes quem pœnæ modus ſit; nec de fore reos, vbi factio imperet, accuſatio pretium habeat, & lex Majeſtatis nullis jam exceptionibus, vnius familiæ ſit futura auctoritas. [*Epit.rer.Germ. p.* 28.]

Iudicium de hiſce comitiis Electoralibus Saxonis, Brandeburgici & aliorum.

Verùm nil profuere hi queſtus, Bauaróque beneficium Imperatoris ratum fuit, licèt Hiſpani id faſtigij alteri, qui exinde non tam altè emineret, adſtrui maluerint. Inueſtitus autem Bauarus Electoratu d. 25. Febr. ann. 1623. Ceremoniæ [*in Theat. Europa. Tom.* 1. *pag.* 725.] deſcribuntur, & *infrà* [*ad art.* 4. *Inſtr. Pac.* referentur. In hoc conuentu etiam deciſa Haſſiaca cauſa *Vvegen der Marpurgiſchen*

Bauarus Electoratu inueſtitur.

Marpurgiſchen ſucceſſion, de qua *infra* (*ad art. 16. Inſtr. Pac*) *Conuentu* hoc *finito* Elector Saxoniæ & Brandeburgenſis; Brunſvicenſis & Pomeraniæ aliique Duces auditâ Electoratus tranſlatione palam factum illud improbant, dolebantque monita ac poſtulata ſua in cauſa Palatini tam parum valuiſſe, quæ tamen æquitati omnino conſentanea, atque ex ipſis Legibus Imperij pactiſque Regiis profluxiſſent. Dicebant Palatinum damnatum punitumque antequam auditus eſſet. Neque conſilium Cæſaris probabant, quo filiis agnatiſque Palatini conſuluiſſet. Hoc enim pacto diſputari jura agnatorum & incerto diſceptationis euentui permitti, quæ innocentibus per ſe clara ſint. Itaque metuebant, ne ea aliquando res Cæſari patriæque magnam perniciem allatura eſſet. (*Brachel. l. 2. Hiſt. p.* 77.) *Cauſa Haſſiaco Marpurgenſis. Proteſtantiũ Grauamina in cauſa Palatina.*

LXXIX. Tranſlatione Electoratus hoc modo peractâ exorti ſunt dein noui motus. Mansfeldio enim & Brunſvicenſi in armis adhuc conſiſtentibus, acceſſit de nouo *Gabriel Bethlenius*, Tranſſyluaniæ potentiſſimus Princeps, qui aliquando, quum in conceſſu Magnorum Principum Latinè loquens Priſcianum verberaret, ac Conceſſui hoc modo riſum moueret, appoſitè dixerat: *Quid curaremus Priſcianum Grammaticum? qui non metuimus Imperatorem?* (*Autor Exequiarum Pacis Pragenſis* p. 33.) Hoſce tres ſimul conjunctos *Flagella Domus Auſtriacæ & totidem Attilas* dicere poſſes. *Gabriel Bethlenius.*

Hi Triumuiri circa hæc tempora grande bellum aduerſus Cæſarem moliebantur, armis ſuis reſtitutionem Friderici Palatini prætexentes. Eodem tempore Iacobus in Britannia ſperabat, ſeſe conjugio Caroli, filij ſui, cum Hiſpaniæ Infantia totum hoc bellum componere poſſe, Palatinatus reſtitutionem dotis acceſſionem futuram credẽs. Miſerandus omnino ac lamentabilis toti Germaniæ error; vt adeò Anglis omnem continuati in Germaniâ belli cauſam non pauci adſcribant, quod ſuâ negligẽtiâ & mollitie Hiſpanis animos addiderint & peruicaciam. Quam verò indignè habitus fuerit cum illo conjugio Iacobus, ex Meterrano, Theat. Europ. Brachelio (l. 2. Hiſt. p. 80. 81.) & aliis patet. Ita volupè fuit Hiſp. Iacobum, temporis lucrandi causâ, ſpe pacis, tranſactionis & connubij, ſpecioſis ac irritis nominibus, decipere, doliſque ſuis illudere. Tandem vero Iacobus, veterno excuſſo, fractus generi nepotumque exilio, armis eos reſtituere deliberauit, quibus adhuc fruſtra apud Cæſarem deprecando ſe opitulatum eſſe putabat. Quomodo autem hoc conſilium proceſſerit, mox audiemus. *Fructus reſtitutionis Electoratus Palatini. Iacobi Angliæ Regis error. Commune Intereſſe ſtabilitum per ingẽs fœdus.*

LXXX. Iam totius Europæ intererat, vt creſcenti Auſtriacorum potentiæ junctis viribus obviam iretur. Ergo Mansfeldius, ferox ille Martis alumnus an. 1624. ingens fœdus contra Auſtriacos & Hiſpanos conflauit. Quippe Vrbanus VIII. Pontifex, Reges Galliæ, Angliæ, Daniæ,

Sueciæ, Veneti, Hollandi Rhæti; Duces, Sabaudiæ, Brunſvicenſis, aliíque multi ſimul communi potentiæ Auſtriacæ odio conſpirarunt. [*Conf. Epit. rer. Germ. p.* 33.]

Romani Papæ intereſſe. Arcanum Papæ.

Mireris ipſum Papam hoc tempore intereſſe ſuum in hoc fœdere, in quo multi Proteſtantium intererant, ſitum eſſe putaſſe. Sed hoc non eſt mirum. Iam olim enim *Lancius*, Pro-Rex Neapolitanus, dixit: *Solenne eſſe Pontificibus timere & odiſſe Imperatores* [*Guicc. l.* 16. *Hiſt.*] Et Andreas *Maurocenus* [*l.* 2. *Hiſt. Ven.*] ait: Imperatorum potentiam ſemper Pontificibus aduerſam eſſe. *Andreas Grittus* affirmauit Pontifici non abs re tam timendum in temporalibus Cæſarem, quam in ſpiritualibus Turcam [*Guicc. l.* 7. *Hiſt.*] Nimirum vrget Papam Vrbis Romæ & Patrimonij quod S. Petri vocant, malæ fidei poſſeſſio. Hac fini etiam olim à Pontificibus excogitata *Expeditio in Terram Sanctam* de qua legi poterit *Guil. Tyrius* & inſigne volumen cui titulus: *Geſta Dei per Francos*. Quum itaque Papa hoc tempore increſcentem potentiam Auſtriacam metueret, fœderi huic intereſſe voluit. *Gallos* armabat ſolenne Imperij arcanum, vt veterem æmulum non propriis ſolum, ſed jam aliorum quoque odiis maturum cum quamplurimis hoſtibus colliderent. *Anglum* generi miſerebat, *Danum* affinis: *Venetos* Vallis Tellina premebat, Alpeſque inuiſis ſibi clientelis clauſæ. *Hollandos* grauæ Palatinæ ſtirpis exulantis hoſpitium. *Sabaudus* volebat videri Genuenſes Hiſpanorum nomine odiſſe. *Rhæti* pro ſeruitute ſuâ interpretabantur Valleteliniis reſtitutam libertatem. [*Vid. Epit. rer. Germ p.* 34. 35.]

Intereſſe R. Galliæ. Intereſſe R. Angliæ Daniæ Venetorum, Hollandorum, Sabaudi, Rhætorum.

Christian. IV. R. Daniæ.

Creatus contra Cæſarem ſummus exercituum Imperator *Chriſtianus IV.* Daniæ Rex, & in conuentu Lyneburgi ac deinde Brunſvvigæ an. 1625. inferioris Saxoniæ circuli Dux conſtitutus: Miles ac pecunia à Fæderatis collata. Anglia centena quadraginta Ioachimicorum millia; Francia centena coronatorum cum multis bellatorum millibus Daniæ R. pollicebatur. Vnitæ Belgarum prouinciæ naues, copias & ſuas vltro obtulerunt opes. *Occaſio belli* erat liberatio Circuli Saxonici à milite Cæſaris; ac cum Chriſtianus exercitum ſuum ad Viſurgim deduxiſſet, profeſſus fuit, nihil ſe aduerſus Cæſarem velle moliri, ſed tantùm Circuli Saxonici liberationem à deprædationibus militum intendere.

Occaſio belli Fœderatorū.

Ieſuitæ exploratores Germaniæ. Circuli Saxonici potentia.

Fama eſt hoc tempore *Ieſuitas* mutato habitu totum hunc *validiſſimum Saxoniæ circulum* peruagaſſe, atque omnes prouincias accurratius perluſtraſſe, fluuios ac munimenta peculiaribus Geographicis mappis delineaſſe. Rex Daniæ tum hujus Circuli Proceribus quoque expoſuit: Quam graui jugo Cæſar *illam præcipuam Germaniæ partem* ſibi vendicare conſtituiſſet, quoque Catholicam vbique religionem inducere, Epiſcopatus Proteſtantibus adimere, omnia denique ad ſe

trahere

trahere tentaret, idque ita jam palam eſſe, vt negari non poſſit. (*Brachel.l.2.Hiſt.p.* 97.) Miſere Saxonicæ VVeſtphalicæque Prouinciæ ab inſolentibus militibus tum diripiebantur, Cum Tillio Regis nomine nunciaretur, vt Sicanâ illi oppignoratâ, præfectura quam Ervvittus Tribunus exhauriebat decederet, inſolentius tum à Cæſareanis centurionibus reſponſum: *Haud volare in aëre milites poſſe, locum iis in terra dandum.* Id teli inſtar regium perculit pectus, *bellumque Dano-Saxonicum* dein exortum, quod omnes ad Viſurgim, Albim, ac mare Balthicum prouincias miſerrimè affixit; annóque ſequenti 1625. fœdus inter Angliæ, Daniæ, ac Sueciæ Reges & Ordines Fœderati Belgij in quindecim annos, gerendo contra Hiſpanū bello renouatum.

Sica (Ambt. Sicke) oppignorata.

Bellū Dano-Saxonicum.

LXXXI. Anno igitur 1624. Rex Daniæ ad bellum ſe accingens, Guelpherbytum, Hameliam, Nienburgum & alia Brunſvvigo Lynæburgici Ducatus munimenta præſidiis firmat, & dum d. 10. Iulij Hameliæ noctu excubias ipſe viſitat, cum equo de vallo in profundam foſſam ante portam Orientalem, (*Oſterthor*) viginti nouem pedum ſpatio, ingenti vitæ periculo decuſſus eſt. [*Vide Brachel.l.2. Hiſt. p.*100.] Hunc caſum, vt & naufragium, quod fecit, in Angliam nauigans ad Sororem, Iacobi Regis vxorem, diu ante illi prædixerat Princeps Aſtronomorum Tycho de Brahe. Caſus iſte in malum omen infelicium armorum acceptus. *Cauſæ infelicitatis* hujus tam generoſi Regis nullæ ſunt aliæ, quàm quod fœderati promiſſa pecunia Regem deſtituerint. Promiſerat Anglia centena & quadraginta millia Ioachimicorum in ſingulos menſes: Gallia centena millia coronatorum, ſed ea tam lenta erant nomina, vt Vaſſenarius annotet an. 1628. Angliam debuiſſe tres milliones, Galliam duas. Vnde equites, quod diu ſtipendia nulla accepiſſent, in prælio ad Lutteram (de quo mox) in hoſtem pugnare noluerunt. Huc accedit quod Saxoniæ Principes nonnulli ſiniſterius aliquid ſuſpicantes Regi aduerſi fuerint. Nam D. Georgius Lynæburgicus Cæſarias partes in iuſti militis formam amplexus erat, veritus agnati ſui Friderici Vlrici Brunſvicenſium Ducis, cuius ipſe inter proximos heredes eſſet, orbitati Regem imminere. Sed vt ad propoſitum redeam, Tillius, quum miſſis Legatis cum Principibus Ordinibuſque circuli Inferioris Saxoniæ irrito euentu tractaſſet, tandem, poſito calamo, res manu gerens, occupato ad Huxariam munimento per Viſurgim tranſiit in agrum Brunſvicenſem 1625. menſéque Iulio Holzmindam, dein Hameliam, Mündam, ac ſub initium Nouembris arcem *Calenberg* occupauit. Explicatis porrò inter Hannoveram & Neapolin ad montem rapatum (*Nevvſtatt am Rübenberg* quæ olim ab Erico Brunſvicenſ. Duce *Landes troſt* dicta, poſtea *Landesverderb* audiit) copiis ad Lanam fluuium Danicum exercitum ann. 1625. d. 2. Nou. pro-

Belli Saxonici initium & progreſſus

Caſus Regis omninoſus.

Infelicis hujus belli cauſæ.

Pacta fœderum non ſeruata inter ſocios maximum vniverſo fœderi detrimentū inferunt.

Tillius.

Hüxer. Holzmindt. Hameln. Münden. Calenberg. Nevvſtatt am Rübenberg.

Obertrautij mors.
Eius notabiles ſermones.

fligauit, cæſis Friderico Altēburgenſi, & celeberrimo Duce Ioāne Michaële *Obertrautio*, qui ob decus Germanicæ militiæ *Michael Germanicus* (*Der Teütſche Michael*) dictus fuit. Hic Obertrautius cum ſeptimâ vice in Hungariam tenderet, & vnus ex amicis valedicentibus ipſum interrogaret: *VVas er ſie ziche, das er vvieder ſo einen gefahrlichen zug thue? ob er nicht gnug verſucht habe? er ſolle nur Zuſehen das er nicht einmahl gar auſsbliebe*; maſculè ac heroicè reſpondit: *Ich bleibe nicht auſs oder vvil ein Schelm ſeyn*; Cūque alter regereret: *Setzet auch dazu: ob Gott vvil*; iterum reſpondit: *Ich vveis mein Gott laſſet mich nicht zu einem Schelmen vverden.* Milites quos ſub ſignis gabuit, monuit: *Nicht ehe los zubrennē biſs ſie ihren VViderſachern das Schvvartz vnd vveiſz in Augen vnterſcheiden könten.* Quum illum jam Seminianimem Tillius in rheda interrogaret, quare tā infelici caſui ſe ſubjeciſſet? vicēque ejus doleret; nihil aliud repoſuit; quàm hoc: *Herr General Tills diſs ſein vnglücks blumen, vnd in ſolchē Garten pflückt mankeine andere.* (*In tali prato huiuſmodi roſæ carpuntur.*] *Huic* tam ſtrenuo Duci *ſtatua* monumenti perennis loco eſt *erecta in viâ* publica, *quâ Neoſtadio Hannoueram itur.* Paulò ante hanc pugnam Tillius *Nienburgum* quoque obſidere tentarat, vbi tamen infelicem ſucceſſum habuit, fortiter illam vrbem defendente ſtrenuo gubernatore *Limbachio*, qui vltra quatuor Cæſarianorum millia in illa obſidione attriuerat, cuiuſque virtus etiam apud hoſtes admirationem habuit. Nam recedentes Neinburgo Cæſariani, maledicentes alicui familiari hoc dicterio ſunt vſi: *Das dich der Limbach ſchlage.* Sæuitum hoc anno horribilem in modum in Brunſvic. incolas, qui proinde & armis induti, ad vim iniquam propulsādam ſe pararunt. Horrenda ſanè fuit nitidæ vrbis *Myndæ*, quæ ad Fuldæ & VVerræ cōfluentes poſita *Clauis Brunoniæ* audit; (quod epiterō tamen hodie Hameliæ rectius cōuenit) internecio, vbi ōnes ciues occidione occiſi.

Obertrautii ſtatua.
Nienburgū obſidetur.
Limbachius.
Mynda clauis territorij Brunſuicen.

LXXXII. Dum hæc apud Viſurgim geruntur nouus cum exercitu Dux à Cæſare in ſubſidium miſſus Albertus *Wallenſteinius*, homo paulò poſt in inuſitatum fortunæ exemplum iturus, qui tamen ad extremum eius temeritati, quæ ei pro ſapientia fuit, non ſuff cit. Adeò fortuna nimium quem fouet, ſtultum facit; ipſéq; Alexande M. orientem fortunā moderatè tulit, & prudenter; ſed ad vltimum eius magnitudinem non cepit. (*Curt. l. 5. c. 9.*) & pleruūq; accidit, vt, quò plus autoritatis adipiſcimur, eò inſolētiùs nos geramus [*Machia. l. 2. Hiſt. Fl. p.* 110) Vt enim Orietē Solē faciliùs rectis oculis intueri licet, quā ortū & altius deſcédētē: ita fortunā naſcētē, quam creſcentē hominū ingenia ferre cōmodius poſſunt: *Locc. in not. Pol. ad l. 3. Curt.* & vt quis haud facilè multùm vini fert, non item abundantē fortunā quū etiā fortunæ, quemadmodū vini, quædā ebrietas fit. Hæc prudentes deludit, imprudētes planè demētat: illa

VVallenſteinius dulci fortunæ ebrius.
Secunda fortuna dulcis multos inebriat, & ſtultos reddit.

illa cerebrum hominis commouet. Proinde magnæ eſt felicitatis à felicitate non vinci, ac ſapiens is perhibetur, qui vtramque fortunam æquo fert animo, neque triſti ſuccumbit, neque ſecunda effertur. Adeò in vtraque fortuna ipſius fortunæ memores eſſe debemus. Cæterum ingenium humanum plerumque ita eſt comparatum, vt, quum fortunæ ventus obſecundat, & vela implet, nos in tranſuerſum abripiamur juxta tritum illud adagium: *Quatuor bonæ matres, pariunt quatuor peſſimas filias:* [1] *Veritas odium* [2] *Proſperitas ſuperbiam* [3] *Securitas periculum* [4] *Familiaritas contemptum.* Mæcenas ingenioſus vir fuit, magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, niſi illum eneruaſſet felicitas, imò caſtraſſet. Segetem nimia ſternit vbertas: Rami onere franguntur; ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque euenit, quos immoderata felicitas rumpit. (Senec. Epiſt. 19. & 39.) exemplo nobis poſtea erit Wallenſteinius. Iam rurſus ad rem.

Prouerbium notabile.

Latius dein flamma belli diffunditur, & Mansfeldius d. 13. April. à Wallenſteinio ad Deſſauienſem pontem, Albi impoſitum, notabili clade affligitur (*Vid. Theat. Europ. ad ann. 1625.*) Dux Brunſuicenſis *Fridericus Vlricus* cernens de ſua jam agi prouincia, poſt prælium ad Lutteram, de quo mox audiemus. Saxonicæ renunciat ſocietati, totamque Brunoniam Cæſaris permittit obſequio. Guelpherbytum, Northeimium, Steinbruggam, Nienburgum ſuæ ditionis loca libenter tradidiſſet, ſed illa ſuum non jam Ducem, ſed Regem Daniæ agnoſcebant, (*vt ait Florus Germanicus Coloniæ impreſſus p. 69.*) Non pauci Saxoniæ Principes tum, & præ cæteris Dux Georgius, egregius ille Heros, vehementer mirati, quòd Sereniſſ. ille Princeps munitiones ſuas alienis præſidiis occupari ſiuerit, & ita alium terræ ſuæ dominum reddiderit. Vnde & idem præmemoratus glorioſæ memoriæ Princeps D. Georgius, quòd vereretur Regem Orbitati Friderici Vlrici imminere, Cæſareas partes hiſce temporibus ſecutus fuit. Sed manum de tabula! Tillius porrò Haſſiâ ſatis diuexata an. 1626. redit in ditionem Brunſuicenſem & Gottingam vrbem obſidet. Rex Daniæ obſidionem ſoluturus contrahit omnes copias. Interea Gottinga, vrbs omnium rerum prouiſu inſtructa, deditur, & Northeimium dein quoq; tentatur. Hanc vrbem obſidione quidem Rex exemit, ſed cùm ſe in ditionis Moguntinæ agrum Eisfeldenſem longius diffudiſſet, præbuit Tillio id, quod quærebat, vt receptu intercluſo neceſſariò illi prælio experiendum foret. Primæ velitationes regiis fauſtæ, quumque Tillianis cedentibus Rex inſiſteret apud *Lutteram* (*am Bahrenberg*) Brunſuicenſis ditionis arcem, opportunum defenſioni locum capit. Ibi cum perſeuerandum diſſuaderet Fuchſius, peditum ductor, tribunique alij, quod neque machinis fauere videretur locus, ventuſque inſuper hoſti ſecundus eſſet;

Mansfeldius ad Deſſauienſem pontem caeditur.

Intereſſe Brunſuicenſis Ducis neglectum.

Prælium ad Lutteram.

Fuchſij prudentia.

Cauſa acceptæ cladis. tamen Rex, cedere neſcius, fugibundóque hoſti inſtare certus, prælio decernere ſtatuit. Quibus regium tum placuit conſilium in Fuchſium contraria tum ſuadentem tale dicterium compoſuere: *Das der Fuchs den Fuchs nicht beiſſen Wolte. Nec conſilio audaci defuiſſet fortuna, niſi pleriſque equitibus mens læua fuiſſet. Detrectante enim equitatu regio pugnam, dilati obtentu ſtipendij, cæſus miſerè peditatus eſt.* Equites fruſtra à Rege implorati, fuga ſe turpi ſubduxerunt. Multi pedites fugientes, in arborum cacuminibus ſalutem quærentes, per fiſtulas tonantes ferreas tanquam auiculæ petiti miſere periere. Magnum itaque victoriæ momentum eſt in æquitate loci. Et vbi locus præſidio eſt hoſti, aliquid potius in nocendo omitti debet, quàm vt cum aliquo detrimento militum noceatur, vt prudenter monet *Cæſar* (lib. 6. de bell. Gall.) cum quo conuenit illud *Taciti*, (l.12. Annal. c.33.) *Sumendus ad prælium locus, vt aditus, abſceſſus, cuncta hoſti importuna, & ſuis in melius ſint.* Magiſter bellicæ prudentiæ *Vegetius* (l.3. de re milit. c. 13.) de hac re ita: *Bonum ducem conuenit noſſe magnam partẽ victoriæ, ipſum locum, in quo dimicandum eſt, poſſidere.* Annibal probè loci ingenium explorauit, priuſquam prælio decerneret. (*Flor.* l.2. c.6. add. *Frontin.* l.2. Stratagem. c.2. in tot.)

Optimus locus ad pugnam eligendus.

Quod ſi itaque in hoc prælio Lutterano Fuchſij rationes in conſilio militari attentæ fuiſſent, forſan Lutteranis melius omnia aduerſus Pontificios ſucceſſiſſent. Neque parum Regiis obfuit partibus, quod Georgius Dux Lyneburgenſis cùm Cæſareis ſigna ſua contulerat. Agnoſcimus quoque ex hac infelici pugna Luttero-Barenbergenſi, negotia belli mirum quantum promoueri, longeque felicius cuncta procedere, ſi militibus ſtipendium, quod Politici ſecundum illorum ſanguinem vocant, tempeſtiuè ſoluatur. Arma etenim ſine ſtipendiis haberi nequeunt (*Tacit.* l.4. Hiſt. c.74.) & pecunia eſt belli neruus. (*Tacit.* l.2. Hiſt. c.84.) Iam olim Heraclius Sarracenis militibus non ſoluens ſtipendia debita excidit ferè toto orientis imperio. Philander *von Sittvvaldt* in Satyricis ſuis viſionibus (part.4. Viſ.2.) pulchrè ait: *Kriegs diſciplin iſt eine ſchöne Ordnung; aber Geldt iſt die Handthabe. Die Ordnung iſt vvie eine Glocke, Geldt iſt ihr Schvvengel, ohn den ſie Vveder leütet, noch nützet.* Quis enim vnquã militat ſuis ſtipendiis? (1. Corinth. 9. v.7.) Hinc etiam milites dicuntur *Soldaten* Soldata enim eſt ſtipendium militi conceſſum in pecuniâ ſiue annonâ, ſub conditione fidei atque obſequij, vt patet ex *Abbate Vrſpergenſi* in Philippo Imper. & *Auentino* (l. 3. Annal. Boior.) *Vver mit Soldaten VVil Ehr erjagen, Muſs ſie VVol Zahlen vnd VVol plagen.* (vt canit *Froſchmeuſel.* p.1. c.15.) *Friſch Geld Friſche Held.* Vt igitur in jure ſocidæ [de quo Ioh. Otto *Tabor* egregium tract. emiſit] res ſeſe habet cum vaccis ferreis (*quas eiſerne kuhe* vocamus) ita etiam de pecuniâ belli ſe res habet: *Eine Eiſerne kuh ſtirbt nimmer, alſo*

Stipendia militibus perſoluenda.

Soldaten vnde.

mus auch das Geldt nimmer mehr aufnemen. De erogatione ſtipendij apud Romanos, egregia affert *Gryphiander* (l.1. Oecon. Legal. c.15. n. 34) vbi inter erogationem annonæ etiam refert buccellatum (hodie bis coctum *Zvveyback*) Deſodro *Futter und mahl Vid. Gryphiand.* (de Weich bild. Saxon. c.49. n. 9.) Hodie in expeditionibus eò audaciæ milites proceſſerunt, vt ne comedere quidem gratis velint, niſi ſingulis Thalerus ſub quadra colloqetur, vt grauiter conqueritur idem Gryphiander, conſummati judicij lectus, qui juriſprudentiam noſtram primùm à Scholaſtico puluere expurgauit, eiuſque vſum domeſticum nobis pulcherrimè monſtrauit. Sed ad ſtipendia redeundo, nihil magis Regi Hiſpaniæ in bello Belgico nocuit, aut obfuit quàm quod milites ſalario fuerint defraudati. *Campanell.* c. 15. de Monar. Hiſp. Inde enim Mal contentorum origo. De nouo quodam anno aſtronomico, qui decem menſium ſtipendium pro anno habet vid. *Hubert. Languet.* (Epiſt. Polit. 24.) In bello Bohemico, quod præceſſit hoc Dano-Saxonicum Mansfeldiani milites ſtipendio carentes parum morigeri, ideoque Bohemorum res afflictæ: Contra Cæſariani vel ex hoſtico, vel diuite Maximiliani Bauari manu petebant. (Vid. *Ioan. Cluuer.* in Epit. Hiſtor. p.734 735.736.) Quod autem in hoc prælio Lutterano Regi, tanto Heroi, alea infeliciter ceſſerit, Ob ſtipendium militibus non perſolutum, non ejus ſed ſociorum, Anglorum ſcil. & Gallorum, culpâ accidit, vt jam ſupra n.81 h. Diſc. notatum. Hinc Rex poſt hanc pugnam cum magna ſuorum parte Lutterâ vſque Stadam profugere coactus fuit, indéque vulgatum dicterium ortum: *Von Lutter bis hin nach Stade, vvar das nicht eine braue retirade?* Grandior ſub hæc *Auſtriam* ſupra Amiſſum *tumultus* agreſtium pæne peſſum dedit. *Eum Adamus Comes Herbersdorfius nimia ſeueritate accenderat, dum ruricolas aut Ieſuitam aut carnificem eligere ſibi juberet.* Ea enim ex re tanta inceſſit indignatio turbam, vt correptis lapidibus in fugam ageret hominem & mox pæne ad internecionem cæderet. Linzium dein obſeſſum & Viennæ quoque trepidatum. *Nihil enim ferocius quicquam viliori vulgo, quod fortuna tum ſupra cõditionem ſuam eleuatur neque affectus aqua rationis lance neſcit moderari.* Adeò verum eſt illud *Curtij* (l.10. c.7.) *Nullum profundum mare, nullum vaſtum fretum, & procelloſum tantos ciet fluctus quantos multitudo motus habet*: Et juxta Liuium, hæc natura eſt vulgi aut ſeruit humiliter, aut imperioſè dominatur. In hiſce tumultibus tres ſecuti ſunt duces Stephanum *Vadingerum* qui artem pilcariam exercebat, Achatium *Vvillingerum* ſutorem & ad extremum *Studioſum* quendam. Hoſce tumultuantes ruſticos tandem *Gotofridus Pappenheimius* compeſcuit, & diſpalantes in ſedes ſuas, ceu greges in ſtabula paſtor, deduxit. Eodem anno duo implacabiles Cæſaris hoſtes *Chriſtianus* Dux Brunſvic. d. c.

Zvveyback

Gryphiander.

Mal contenten.

Tumultus in Auſtria. Eius cauſa.

Vulgi ingenium.

Vadinger.

Vvillinger.

Pappenheimius.

Chriſtianus D. Brunſvis

Mãſfeldius, & Vinarienſis obeunt. Ian.& *Erneſtus* Comes Mansfeldius vterque veneno ſublati ſunt,eoſq; mox ſecutus *Ioannes Erneſtus* Dux Vinarienſis,quæ mortes incredibile dictu quantum exhilararint factionem Hiſpanicam. Corpus Chriſtiani ad ſepulturam, more inter Principes recepto,cum aperiretur, lumbrici duo, alter trium, alter vnius cum dimidia vlnarum reperti fuerunt. *Arcanum tyrannidis ſcelus.* Ita ſolenne hoc regibus ſceleris artificium eſt,eos, quorum copiam apertâ vi deſperant, veneno & immiſſis percuſſoribus trucidandi.Bernhardo Duci Vinarienſi,quum Briſacum ann. 1638. Regi Galliæ tradere nollet, etiam venenum an. 1639. propinatum dicunt; certò tamen id non affirmauerim. Sed ſic eſt: Nemo ferè magnus atque excellens extra aciem ſine veneni ſuſpicione moritur, amatque vulgus de inſignium heroum exitu atrocia credere & prædicare. (*V. Brachel.* in Hiſtor. noſt.temp.) *Mansfeldius* verò cùm ex Hungaria Venetias tenderet, apud Racauiam in Boſnia ignobilem vicum, ſtans in manibus Ducum obiit. *Mansfeldij curſus vitæ.* Natus eſt ex illuſtri Mansfeldiorum familia, Patre Petro Erneſto Comite Mansfeldio, qui poſt Alexandrum Ducem Parmenſem Belgij Prorex fuit; ſed matre degenere. Hic bello aſſuetus, dein à Duce Sabaudiæ aſſumptus, demum gliſcentibus Bohemiæ motibus,in partes contra Cæſarem tranſgreſſus, & clade Pragenſi, fractis ſociorum viribus,reparato exercitu ſolus fortunam partium ſuſtẽtauit.Ter propterea proſcriptus à Cæſare,ac pluribus præliis non ſine incommodo victorum fractus, ſemper à clade terribilior ſurrexit. Bis terve peragrata vniuerſa Germania famam egregij ducis meruerat, ſi infamiam rapinarum, populationumque quibus inopem exercitum aluit, neceſſitate & more præſentis ſeculi excuſes. (*Brachel. l. 3. Hiſt.p.119.*)

Vinarienſiũ occultum in Cæſarem odium. Vinarienſem quod attinet fuit is magni animi Princeps, res nouas jure quodam ſuo vſurpari viſus, cum ereptum familiæ Septemuirale faſtigium ægrum animi angeret, nec cum ſpe votoque auita recuperandi tranſigitur, niſi aut repetere amiſſa, aut reſarcire liceat (*Epit. rer. Germ. p.* 49.)

LXXXIII. Hoc rerum ſtatu Luneburgica arſit ditio,dum Cæſariani Regiis,Regij Cæſarianis annonam corrumpere ſtudent.Nullibi tum in Germ.fuit læta rerũ facies Cæſarianis,ſine diſciplina,obuia quæq; erodentibus, vt Elect. etiam Eccl. vrgendam pacem inhibendamq; communis Patriæ perniciem decernerent An.1627.*Northeimium* d.7.Iun. à Cæſarianis expugnatum: & Tillius dein ſocordia Regiorum ſuperato fluuio Albi, ingentem fundi calamitatem in Tranſalbinis regionibus edidit. *Northemiũ, Nienburgiũ & Guelpherbytum à Cæſarianis expugnantur.* Rex ipſe Daniæ, deſertus à ſociis & fœderatis ſuis in majores à Cæſarianis anguſtias redactus,ita vt an.1627.& 1628.vniuerſalem Stormariam,Holſatiam & Sleſvvicum amitteret.*Guelpherbytum* quoque an. 1627.d.9.Decemb.*Papenheimius*, Auſtriacus Achilles obſtructo Onacri *Papikeimius*

fluuij

fluuij alueo, aquarum periculo, ad deditionẽ coëgit: Anholdius quoq; d. 6. Nouemb. *Nienburgum* cepit, adeoque Cæſaris miles nobilem hanc ditionem Brunſvvigo Lyneburgicam, miſerum in modum deuaſtauit. Notum adhuc in vulgus quantùm damni Cæſariani Guelpherbyti in præſidio degentes incolis terræ Brunſuicenſis intulerint, præſertim infauſtis auſpiciis Equitum Magiſtri (*Rittmeiſter*) Leuinizander, quem vulgò *Immernüchtern* vocant, qui, artibus Magicis induratus, arte Paſſauienſi, (*Feſtmachen* vocamus) demum an. 1641. menſ. Octob. ad Lutteram à Lyneburgicis captus, non Sclopetis, ſed bipennibus & vncis ferreis prope Hildeſiam neci datus. (*Vid. Theat. Europæ. Tom. IV. p. 609.*) An. 16.8. Tillius *Stadam* ad fluuium Svvingam munitiſſimum oppidum expugnat, quod *Morganus* Anglus defendebat vetus miles, & animi robore in omne experimentum ſuffecturus; ſed fames abſtulit virtutis vſum. Stadæ exemplum ſecuta *Crempa* in Holſatia, ſola *Tychopolis* (Fanum fortunæ Latinè appelles, Germanicè *Glückſtadt*, ab hoc ipſo Rege Chriſtiano IV. condita vrbs, ſpem in quam ædificata fuerat, conditori ſuo affirmauit, diutiſſima obſidione feliciter fruſtratis defũcta hoſtibus. Interea *VVallenſteinius* dulci fortuna ebrius õnes mediocritatis aureæ frenos effudit, vt, cum omnia haberet, nihil eſſet quin concupiſceret. Iam *Dictatorem ſe Imperij, etſi nomine non ferret, re oſtẽdebat*, nullo Cæſaris mandato, ſed certus non prohibiturum, permiſſione pro imperio vſus eſt. Legionum tantum ſub ſignis erat quæ armatæ toti Germaniæ pares eſſe poſſent; non ſatis id viſum, nouæ conſcribuntur. Et ne deeſſet vnde alerentur, haſtæ addicta & publicata in ſtipendij ſolutionem vniuerſa Germania, eâ lege, vt miles ſuo arbitrio ſumeret, poſt raperet, denique extorqueret. Hinc quotidie noui ſinus & noua prædandi vocabula, inſigne militiæ ſpecimen, cum *Commiſſarij*, qui jure ſuo tam militem, quam Prouinciales depeculabantur, licentiæ autoritatem darent, Cæſaris ſeruitium, patriæ vtilitatem, & commune bonum vocãdo, quod cõmune & permiſſum latrocinium erat. *Hæc vnquam in Germania videri, quis non pro miraculo habuiſſet?* (*Vid. Theat. Europæ. ad an.* 1628. 1629.) VVallenſteinius lubricam felicitatẽ, quò maturius procederet, onerabat inſuper affectando maris imperio, & vt nauiũ copia eſſet appellabat de fœdere Hanſeaticas ciuitates; ſpe obiecta ſolas illas commutandarum ex Hiſpania mercium, & breui omnis maritimæ negotiationis arbitras fore. Sed illæ ſalubri temperamento ancipitis periculi negotium vrbana prudentia declinant. Ea ſpe dejectus ipſemet octo naues ædificauit, ſatiſque id viſum ad occupandum noui imperij titulũ, vt *maris Balthici Architalaſſus* audiret. Hinc ab Anglis, Suecis, Batauis, qui freto eo vtuntur, & VVallenſteinium illi imminere crederent, actum, vt illud tot gentium clauſtrum, occupanti pro compede

Rittmeiſter Immernüchtern.

Ars Paſſauienſis.

Stada à Tillio expugnatur & Crempa.

Glückſtadiũ fortunatum.

VVallenſteinij nimia felicitas ruinam ipſi attraxit.

Columbina prudentia Hanſeaticarum Ciuitatum.

Maris Balthici Imperium.

Commune intereſſe circa mare Balthicum. Stralſund.

futurum, communi ope defenderetur. [*Epit. rer. German. p. 58 & ſeqq.*] Cæterum vnica vrbs *Stralſundia* [quam animo temerario iam deuorarat & de qua ſuperba eius vox excepta: *Er vvolte Stralſund ſich bemeiſtern, vvē es auch mit ketten an den Himmel geſchloſſen vvere,* vt habetur in Theat. Europæo] temeritatem hominis caſtigauit, & ſuſpectæ felicitatis curſum retardauit.

Obſidentium & obſeſſorum temeritas.

Licet enim acerrimis oppugnationibus hác nobilem vrbem premeret, tamen magna cum iactura, amiſſis decem millibus, obſidionem illam ſoluere coactus eſt. Eandem ſuperbiam diuinum Numen in Hiſpanis puniuit, qui Leydam obſidentes dixerunt: *Stellas cælo prius manu poſſe detrahi, quàm Leyda illa obſidione liberari queat.* Similiter obſeſſorum quoque nimiam ac ferocem ſuperbiā Diuinum Numen caſtigare ſolet. Hinc & procacitas Hiſpanorum militum meritò reprehendenda, qui in obſidione Noviomagēſi è muris feles ſuſpendebant, addito hoc dicterio: *Alſs deſe katten ſollen konnen ſpinnen, Sall Graff Mauriz Nimvvegen VVinnen.* Quæ conuiciandi libido illis malè ceſſit, vrbe Mauritio Naſſouio expugnata. Temerariæ quoque voces ſunt Matthæi Serrani ad Marchionem Spinolam: *Si hoſtis ſecum 50. Diabolorum millia huc [Sluſam] ducat, non eiiciet me tamen.* Sed faſtus & vanitas Serrani Sluſam perdidit. Fama eſt Wallenſteinium Conſuli Stralſundenſi quem datâ ſecuritate in caſtra euocauit, pro imperio iniunxiſſe, vt vrbem dederunt, ſe enim non prius receſſurum donec voti compos eſſet redditus. Ad quæ quum Conſul maſcula verba reponeret, iuraſſe Fridlandum: *Er VVolte, ſo bald er Stralſund gevvonnen, ihn [den Burgermeiſter] im Thor vffhencken laſſen:* Conſulémque appoſite regeſſiſſe: *Er ſolte nicht ehe Hering ruffen, bis er ihn beim Schvvanz hette.*

Megapolitani Duces eiiciuntur. Chriſtianus Adm. Magdeb: condemnatur.

Odij porrò Wallēſteiniani cauſæ in immensū procedebant, maximè quod iam ex Fridlādiæ Duce, *Dux Megapolitanus* euaſerat, præcipua ſuper cætera omnia inuidia, quū *priores Duces, quaſi conſiliorum hoſtilium participes, Maieſtatis accuſati vix inter reos & iā inter damnatos fuiſſent. Chriſtiano* Brandenburgico Magdeburgenſi Adminiſtratore eadem lege condemnato, Cæſar ac Saxo ſucceſſionem Epiſcopatus pro filio vterque ſuo contentiſſimis ſtudiis ad ſe traxere. Hic tum fuit rerum animorumque in Germania habitus.

Res Proteſtantium in artu ſalutis exitiique confinio. Cōmune intereſſe neglectum.

LXXXIV. Cæſar deuictis ad mare Balthicum prouinciis, ac vniuerſa Saxonia inferiori potius, res Proteſtantium in miſerrimum ſtatum coniecerat, quibus nec vlterior ſpes in promptu erat. Quippe eodem anno eruperat in Gallia bellum Rupellenſe, ac *commiſſi inter ſe Reges Angliæ ac Galliæ,* cum nullas Regi Daniæ ſuppetias ferrent, *communem cauſam turpiter deſeruerunt.* Neque vllum in *Rege Sueciæ* præſidiū, qui acerrimo contra Polonos bello implicabatur. Actū erat de ipſa Dania niſi repente fortuna florentiſſimas Auſtriacorum res in nouas difficul-

tates

tates conjicere cæpiſſet. Quippe *Rex Galliæ* confecto Rupellenſi bello jam viribus accingebatur ad liberandam Germaniam. Occaſionem bello præbebat *controuerſia Mantuana.* Nam extincto Vincentio Duce Mantuanæ Prouincia illa ad Carolum Ducem Niuerniæ hereditario jure deuoluebatur. Huic, quod natione Gallus eſſet, ſeſe opponere Hiſpani, eumque per ſummam injuriam Italia excludere. Cæſar Ducatum illum tanquam feudum Imperij ad ſe relapſum dicebat. Rex autem Galliæ videns per manifeſtam tyrannidem vaſallum ſuum opprimi, defenſionem ejus palam ſuſcepit, ac ſtatim per Alpes in Italiam Cardinalis Richelius penetrauit. Fuſi Hiſpani & *Ambroſius Spinola* Hector ille Hiſpanicus, obſidione Caſalis depulſus. Ipſe Spinola huic obſidioni, mente captus, immortuus eſt. Sic tandem egregiũ belli ducẽ, qui Oſtẽda reſiſtere non potuit, Caſal dedit in caſum. Sic etiám *Mauritius* Naſſouius, Belgicæ libertatis, quaſi alter Camillus. Imperator ille fortis & cautus & perpetuo felix, concepto ex Bredæ infauſta obſidione [quæ illi extrema expeditio fuit] mœrore extinctus fertur. [*Dn. Forſt. ad l. 1. Ann. Taciti.*] Spinolæ autem, infeliciter ita rem ad Caſal gerenti, exiguam gratiam retulerunt Hiſpani. Promiſſum enim ſalarium malitioſè ei ſolutum; debita quoque nomine Regis contracta Rex in ſe non recepit, ſic vt moriens filio nil præter plorare reliquerit; quare etiam ille hæreditatem dubitauit adire. (*Aut. arcan. Domin. Hiſp. c. 19. in fin.*)

Controuerſ. de Ducatu Mantuano.

Spinola mori ur.

Mauritius Naſſouius moritur.

LXXXV. Hoc rerum ſtatu Cæſar cum jam depellere Regem Daniæ non poſſet, tumultuariam cum eo pacem menſe Maio an. 1629. Lubecæ conficit, ac cuncta, quæ ipſi ademerat reſtituit, eo tantum fine, vt traducere in Italiam exercitum, ac ibi contra Gallos bellum gerere poſſet. Quod conſilium haud dubiè ſalutare fuit Germaniæ Auſtriacæque Domus potentiá paulò poſt deſtruxit. *Ex parte Cæſaris* Lubecæ adfuere Ioannes *Aldringerus* Baro, Maximilianus Comes *Gronsfeldius*, Iohan. Chriſtoph. *Baro de Rupa*, & Rheinardus *Walmerodsius*. *Rex Daniæ* miſerat Chriſtianum *Frieſe*, Iacobum *Vleſeldium*, Conſiliarios, & Albertũ *Scheel* Danici Maris Architalaſſum, Detlevum & Henricũ *Ranzouios*, ambos ex arcano conſilio & *Leuinum* Mareſchallum cum Günthero Secretario. Acerrimæ in hoc tractatu pacis ortæ contentiones, quum Cæſariani plus quàm victores, Regij minus quã pro victis ſe agnoſcerent. *Suecia Rex* ſuos quoque Legatos miſerat, qui paci componẽdæ intereſſent, Gabrielem *Oxenſtirnam* & Ioannem *Sparrium*. Hac fini erant hi miſſi, vt proſpicerent, vt res in priorem ſtatum, ſicut ante bellum fuerant, reponerentur, maximè Stralſunda & Mechlenburgici Duces, quos Rex in ſuam fidem acceperat. Sed Legati Suecorum non admiſſi, quod ipſum Rex Sueciæ admodum indignè tulit, dignamque hanc rem exiſtimauit, quam inter cauſas illati in Germaniã belli poſtea poneret.

Pacificatio Cæſareo. Danica.

Legati Pacificationis huius negocij.

Legati Suecorum non admiſſi.

(*Vide Kemniz. de Bell. Suec. Vol. 1. l. 1. c. 3.*) Et rectè quidem, quum enim legatio ſit pacis ſequeſtra, tempore belli legati hoſtium admitti & audiri debent, vt ex *Liuio,* (l. 2.) docet Dn. *Strauch* (Diſſert. Exot. 7. nu. 8.) Vide *Sleidan.* [l. 15. Comm. p. 438. 439. 441. & lib. 17. p. 533.]

Miſerabilis Germaniæ ſtatus ann. 1629.

LXXXVI. Interea Cæſar paſſim perditiones ſuas Euangelicos proſcribebat, ac Tillius gratioſus ille hactenus Martis cliens, cum Wallenſteinio, Germaniæ illo Ruffino ac Catilina hujus ſeculi, Saxoniam ingenti tyrannide ac intolerabili exactionum militarium onere opprimebant. Quomodo barbarum ac Turcicum in morem vrbem Pomeraniæ *Paſſevvalekum* & *Penkum* deprædati ſint Cæſariani, in Theatro Europæo legere eſt, vbi inſertum peculiare ſcriptum cui titulus: *Paſſevvalckiſche Schlacht.* Omnium indigniſſimum hoc tempore viſum, inaudita cauſa Megapolitanos Duces eſſe ejectos, eorúmque ditiones Alberto Wenceſlao Euſebio Wallenſtein, Duci in *Fridland* & *Sagan* eſſe donatas; qui Pomeraniâ occupatâ jam claſſes ſtruere, ac ſeſe maris Balthici Architalaſſum inaudito titulo ſcribere. Hæc omnia tamen non tam ægrè in Germania tolerabantur, quàm quod Cæſar debellatis jam omnibus in Imperio Principibus, conditóque apud Pragam in Albo Monte templo *S. Mariæ de Victoria*, eo loco, quo ante annos octo Bohemos vicerat inuidioſo *Edicto* [quod integre in Theatro Europæo exhibetur] præter Imperij mores non indictis ante comitiis XIV. Epiſcopatus, & multæ aliæ Prælaturæ in ſacrificiũ Miſſaricũ repeterentur, Romanæq; curiæ miniſtris & monachis fundi opimi, quos Proteſtantes maximam partem in puriorem religionem impendunt, reſtituere juberentur. Magnis motibus excepta fuit hæc Imperatoria ſanctio: *Catholicis* ad diu ſperata præmia immodica lætitia geſtientibus; *Proteſtantibus* contra ſe pro victis æſtimantibus, ſi ea, quæ à majoribus accepta, & pro ſuis quietè poſſeſſa hoc modo à ſe auferri potius quàm repeti paterentur. Excepta eſt tum *Magni* alicujus *Principis* vox: *Er achte der Senckel gar nicht, Wen keine ſtifften mehr daran vveren.*

Trophæum Cæſaris. Ob Edictum Cæſareum an. 1629. ortum eſt bellum ſacrum, quod ob bona Eccleſiaſtica geſtum eſt.

Belli Sueco Germanici origo.

LXXXVII. Ergo quum miſeris Proteſtantibus nullam liceret in Imperio ſperare ſalutem, quum libertatis Germanicæ trepidatio religionis periculo inſuper augeretur, facile apparuit nouorum diſcriminum ingentem molem ad res jam antea turbatas acceſſuram. Occaſio pulchra tum quoque ad hoc patrandum ſe offerebat, quod arma Cæſaria, ſubmiſſis hinc Polono, hinc Hiſp. in Italiam & Belgium ſubſidiis extra Germaniã, peregrinabantur. Atq; hoc modò [*V. Forſt. ad l. 12. An. Tac.*] Ferdinandus feliciſſimus Imperator ad vltimum, ſuam ipſe fortunam euertit, dum nimia confidentia, aut Hiſpanorum importunitate vires ſpargit in Italiam & Belgium, dimiſſis copiis quæ Germanos domitos, vt parerent nondum vt ſeruirent continere debebant. Excuſſo igitur

veterno Principes Germaniæ, cum omnibus paria imminere viderent, quæ Friderico Palatino ac Ducibus Megapolitanis contigerant, externa circumſpectare auxilia, ac Suecos clam evocare cœperunt.) *Vide Petr. Bapt. Burgum de Bello Suec. in princ.*) Rex itaque *Guſtavus Adolphus*, Magnus ille Sueciæ Alexander, Germanicæ libertatis Stator, & Hiſpanicæ ambitionis malleus, cui nimium increſcens potentia Auſtriaca erat inviſa, quum inſidias, ſibi ſuóque regno & religioni per latera Proteſtantium ſenſit parari, pactis cum Polono induciis, ann. 1630. hoſtem declarauit Ferdinandum II. cúmque Rex initium belli Germanici feciſſet, adfuere Gallici, Anglici, Moſchouitici, Venetique Legati, auxilia promittentes Galliæ Rex 400000. Imperialium in ſingulos annos promiſit, reliqui pro ſua facultate, vt conuenit. Sed prudentiſſimus Rex Suecus nudis promiſſionibus, Daniæ Regis exemplo commotus, fidem ſtatim adhibere noluit. Itaque obſides poſtulat: A Franciæ Rege ſeptem, Amſtelodamum mittendos: A Venetis duos Stockholmiæ in Suecia manſuros: A Britanniæ Rege & Moſchouitis, locis à ſe deſignandis moraturos; Batauis fidem habebat. Optandum ſanè fuiſſet, vt Palatino reſtituto atque in gratiam recepto, pax religionis (quæ ſub Ferdinando I. & Maximiliano II. pragmaticæ ſanctionis vim obtinuit) confirmata, neque inuidioſum illud Edictum de ſacris bonis reſtituendis promulgatum fuiſſet; Sic enim exteri in Imperij viſceribus ſibi nidos non exſtruxiſſent vt adeò deploranda ſit noſtra patria, quæ internis diſſidiis eneruata, exteris tandem in prædam ceſſit. *Iulius Wilhelmus Zinckgreffius* ſapienter olim pronunciauit. *Daß Teutſchland ſchon Verderbers gnug hette, vnd bedörffte man dieſelbe nicht von Suden, VVeſten vnd Norden darein zu locken.* Idem de hiſce temporum moribus dixit: *Daß die Vngariſche Kranckheit vnd die Franzoſen beyde nichts vel guts ſein, abſonderlich vven der Evgliſche Schvveis vnd der Schaarbock aus Mitternacht darzu ſchlägt.* Sed ita erat in fatis, Diuinæque juſtitiæ, juſtiſſimam iram in peccata Germanorum exercentis nondum erat ſatis litatum. Hinc *Bertholdus Sturmius* [*im Teutſchen Friedens diſcurs* ann. 1633.] ita: *VVeil die Biſchoffe vnd* Prælaten *gar zu gros vvorden: daß ſie ſich auch ihres Ambts* Meſſe *zu leſen, vnd Pſalmen zu ſingen ſchämen, vnd durch Abgeſandten vverrichten laſſen, vnd mitt Gott nicht reden vvollen: hat Gott der Almechtig ſie gezüchtiget vnd eine Schvvediſche Ruthe võ Mitternacht vber ſie geſchickt.* Nimirum ſummus Deus hiſce temporibus dejecit, quod vanè ſe attollit. Ita ſequitur ſuperbos vltor à tergo Deus (*Senec.* Herc. Fur. ver. 385.) & quicquid ſe altè extulit, opportunum eſt ad caſum, arboreſque magnæ diù creſcunt, vnâ horâ exſtirpantur. Superioribus temporibus Hiſpani monſtroſa ſua claſſe Britannorum opes ſpe deuorauerant. Cæterùm claſſem iſtam Xerxis Hiſpanici *Eliſabetha Angliæ Regina* diſ-

Intereſſe Proteſtantium, ad incitas redactum hoc tempore coniunctis viribus quæſitum.

Prudentia Guſtaui Adolphi.

Intereſſe in ſanandis Imperij vulneribus hiſce temporibus neglectum.

Querela de hiſce temporibus.

Zinggrefii dictum.

Ambitio Hiſpana per Suecos caſtigata.

ſipauit,eamque penitus dilacerandam, Neptuno atque Æolo commiſit. *Claram Eugeniam Belgarum Principem* in obſidione Oſtendana votum feciſſe aiunt, non ſe prius interulam mutaturam, quàm capta foret Oſtenda. Capta quidem eſt Oſtenda, ſed non niſi poſt tertium obſidionis annum; hoc chronoſtico expreſſum, *OſtenDe nobIs PaCEM*: OſtenDaM InItIa PaCIS, in priori lemmate initium; in poſteriore finis illius obſidionis continetur. An verò Clara Eugenia Princeps triennium & vltra eodem induſio continuò ſit vſa, credat qui volet. Sed jam ad propoſitum.

Oſtenda.

Cauſa belli Suecici

LXXXVIII. Cauſæ & occaſiones belli Suecici erant: 1. Quòd Imperator Arnheimium Ducem ſuum cum valido exercitu in Boruſſiam ſub expanſis Imperij aquilis contra Suecos pro Polono militatum miſiſſet. 2. Quod Duces Megapolitanos, Regi Sueciæ ſanguine junctos, ditionibus illis in Fridlandum tranſlatis, in exilium pepuliſſet. 3. Quod mare Balthicum navéſque Suecicas pyraticâ vexaret, 4. Quòd Stralſundam, quæ ſe in fidem Regis Sueciæ commiſerat, obſideret, ac vniuerſam Pomeraniam violenter opprimeret. Stralſundenſes arctiſſimâ obſidione hac tantùm de cauſa preſſi, quod præſidia imperata, id eſt, vrbis ſuæ perniciem, vt putabant, non recepiſſent. Habuere Cæſariani quod ad has cauſas regererent. (*Vid. Florum German. Colon. Latinè impreſſum.*) Adeò difficile eſt de juſtitia armorum, quæ Rex aut Princeps alteri intentat ex vero diſſerere. Principes religione ludunt; omnium ſuarum actionum Deum autorem faciunt, religionis & juſtitiæ titulo ambitionem ſuam valentes. Suum quiſque bellum ſacrum prædicat; hoſtes quiſque ſuos impios dictitat, ſuam quiſque cauſam ſanctam nominat. In ore omnium ſanctum piumque verſatur; conſilio, conatu, animo ſecius agitur; Theologique & Iuriſconſulti venalem ſtylum propenſioni Principum ſuorum accommodant (*Dn. Forſtner. ad l. 1. Ann. Tacit.*) Ferdinandus Arragonius Hiſpaniæ Rex omnes ſuas cupiditates religione texit) *Gucciardin. l. 12. Hiſt. 1.*) quod tamen Chriſtianum Principem minimè decet. Vniuerſum factionis & factioſorum genium, nũquam non laruatum, egregiè detexit *Barclaius* in ſuâ Argenide. Romano Catholici hiſce temporibus aſſeruerunt, quaſi Rex Sueciæ, diu Germaniæ diſcordiis inſidiatus, ſeſe oblata occaſione libentiſſimè bello Germaniæ ciuili immiſcuerit: Vulgaſſe illum totâ Germania epiſtolas, quibus oppreſſæ religionis libertatiſque periclitantis patrocinium profeſſus, conſueto Regibus lenocinio, vt pro primo ſeruitutis inſtrumento libertatem habeant.) *Epiſt. rer. German. p.* 72.) Rerum gnari in eâ opinione ſunt, quod Rex Sueciæ interiorem atque arcanam hujus belli cauſam habuerit, vt potentiam nimiam Auſtriaco-Hiſpanam coërceret atque reprimeret, occaſione ipſi à Principibus Proteſtantibus vltro oblatâ.

De prætextibus atque coloribus hodiernorum bellorum.

Scopus Regis Sueciæ in bello Germanico.

LXXXIX.

Examen ſuper Edictum de an. 1619.

LXXXIX. Vt ad *Edictum Ferdinandi* Cæſaris, inſtinctu Papæ & Epiſcoporum Germaniæ vi quaſi ab Imperatore expreſſum, redeamus, illud magnum apud Proteſtãtes in Germaniâ terrorem excitauit, præſertim cum Commiſſarij in prouincias dimitterentur, qui iuſſa Cæſaris exequerentur, quæque poſt Tranſactionem Paſſauienſem adempta Catholicis eſſent, reſtituerent. Nemo eâ lege excipiebatur, ne illi quidem qui hactenus partium Cæſarearum fuerant. Erãt Principum nonnulli his, quã auito ac hæreditario patrimonio ditiores. Prætendebatur à Proteſtantibus tot iam annorum quieta poſſeſſio, vt non tam repeti, quàm auferri crederent. Diſputabatur pax religioſa; negabantque illum articulum, qui de cedendis Sacerdotiis eſt, ob cauſam mutatæ religionis, vnquam à Proteſtantibus cõceſſum, ſed ſemper vti in actis Imperij appareret, oppugnatum: inſertum tamen Inſtrumento pacis pertinacia Catholicorum & voluntate Ferdinãdi Regis. Neque propterea ita habendum, quaſi communi omnium conſenſu admiſſus ſit; cum Proteſtantes non tantùm in ipſis comitiis anni 1555. ſed aliàs etiam & deinceps ſemper contradixerint. (*Vid. infra ad art. 5. Inſtr. Pac. verſ. Si igitur Catholico.*) Igitur Saxo inprimis & Brandeburg. Elect. referendam tantam rem ad generalia Imperij comitia cenſebant. Et quoniam de pace religionis controuerſia eſſet, negabant eam aliter, quàm ex conſenſu ordinũ definiri aut explicari poſſe: *& eſſe è libertate Imperij Germanici, vt omnes audirentur, vbi omnium interſit.* Hiſce non refragantibus Cęſar hujus cauſæ deciſionem ad ſe ſolum ſpectare teſtatus propoſitũ tenuit, miſitq; per omnes circulos, qui rem ad effectum deducerent, in quo hunc ordinem delegatis ſuis præſcripſerat [*referente Brachel. l. 3. Hiſt. p.* 185. 186.] Primo iubebat citari Ordines religioſos alioſque, qui bona repetebant, tum eos, qui illa detinebãt. Vbi res conuicta eſſet, bona illa poſt pacem religionis adempta, iubebantur reddi Dominis nomine Cæſaris, neque audiebantur, etſi præſcriptionem, aut litem adhuc in Camerâ Spirenſi pendentem allegarent, vel ad Comitia Imperij prouocarent; quum hæc omnia Edicto Cæſareo tollerentur. De Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis mandabat, vt Pontificis declaratio expectaretur. Obedientibus porro ac ſponte cedentibus fructus antehac percepti condonarentur; refractarij his etiam multarẽtur, adhibita, vbi opus eſſet, militari manu, quam obſequentem promptamq; Cæſar per omnem exercitum edixerat. Legati itaque in omnes prouincias repetitionem bonorum auſpicantur; quantis Proteſtantium querimoniis, tãto gaudio Papiſequarum, quibus volupe erat, hac aureâ meſſe oblatâ, in opulentiſſimas illas poſſeſſiones immitti. Pontificij Ordines religioſi, quò plura amiſerant, eò plus recipiebant, ſed neque inter ipſos de partitione conueniri poterat, cum veteres antiqua poſſeſſione, noui

Controuerſia de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis.

Der Geiſtliche Vorbehalt.

Intereſſe Imperij neglectum.

Executio Edicti Cæſarei.

recenteſque indulto Cæſaris ac Pontificis conceſſionibus niterentur. Hoc itaque Edicto Cæſaris paſſim res Eccleſiaſticæ Catholicis reſtituũtur inuitis Proteſtantibus, quamquàm validiores accuſarent magis Edictum, quàm timerent: dolebant in vniuerſum ſe inauditos & indefenſos condemnari. Prouocabant ad Imperatorem, ad Imperium, ad Comitia; vna omnium vox leges inuocantium, ſurdum auxilium dudum & mutum.

Auguſtæ Vindelicorũ Confeſſores Aug. Confeſſionis affliguntur. Confer infra art. 5. Inſtr. Pac. vbi de reſtitutione Auguſtæ Vindelicorum agitur. Defenſio Eccleſiæ Proteſtantium ab El: Sax. ſuſcepta.

XC. Eodem tempore (nempe ann. 1629.) *Auguſtæ* quoque *Vindelicorum* Epiſcopus *Henricus Conringous*, reformationem inſtituere, ac juriſdictionem Eccleſiaſticã in Auguſtanæ Confeſſioni addictos exercere ſategit. Inde, fruſtra deprecãte Saxone, concionatores Lutherani dimiſſi, & in illorum locum Pontificij ſubſtituti; Cæſareque miſſo Ferdinando Curtio mandauit Magiſtratui, ne in ea poteſtate Epiſcopum impediret. Cæterum ea res *Electorem Saxoniæ* maximè pupugit, quod in ipſa natali Auguſtanæ Confeſſionis vrbe exercitium illius ante Pacem religioſam illuc inductum abrogaretur. Editis libellis Dillingæ & alibi Auguſtanæ Confeſſionis ſocij tum quoque oppugnabantur, quaſi longè deflexerint à veteri illa Auguſtana Confeſſione. Atque hac re *Elector. Sax.* exiſtimabat conuelli fundamẽta Pacis Religioſæ; & *ſiquidem Auguſtana Confeſſio tolleretur, cui tunc pax data ſit, neminem hodie Proteſtantium Pacis illius ſecurum fore*. Itaque *conuocatis Lipſiam primariis Theologorum* ſuorum aduerſus hanc Pontificiorũ opinionem *euulgari iuſſit Apologiam*, quâ probabat ſe alioſque Principes atque ordines Proteſtantes in primæuâ confeſſione quæ Carolo V. Cæſari (an. 1530.) oblatã, & dein publico Imperij Decreto (an. 1555.) in comitiis Auguſtanis admiſſa eſſet, adhuc integre atq; intemeratè perſiſtere, ac proinde à Pacis religioſæ commercio non eſſe excludendos. [*Brachel l. 3 Hiſt. p. 187.*]

Grauamina militiæ Cæſarianæ.

XCI. Ita turbatis omnium animis ſpe metuque, & velut diuiſa denuo in factiones Germania, dũ literis ſcriptiſque de religione & ſacris Eccleſiarum facultatibus acerrimè certatur; acceſſerunt vtriuſq; partis & Proteſtantium & Catholicorum grauamina de militia Cæſariana, quum numerus legionũ Cæſaris, quas *VVallenſteinius, Domus Auſtriacæ Ruffinus*, immenſum auxerat, vtramque partem iniquis atque indignis modis premerent. Itaque Saxo & Brandeburgicus & Dux Pomeraniæ Bogiſlaus XIV. & Circuli Sueuici Principes, multæque ciuitates Imperiales rogabant Cæſarem, quoniam deuictis iam hoſtibus nihil amplius timendum foret, vt tandem aliquando grauem ordinibus militiam dimitteret. Exponebant quantum contra leges Imperij & conſuetudines Prouinciarum peccaretur, dũ ſine vllo Principũ ac Procerum cõſenſu, tantum pro arbitrio & voluntate Præfectorũ militarium, hiberna atq; hoſpitia militibus diuiderentur. Deſcribi ad eorum nutum tributa exigique

exigique multò impotentius: nouos contributionum modos, atque inauditos ante hac excogitari. Iam diu eſſe, quod exhauſta plebe ipſi etiam Proceres inopia conflictari incipiant; *nihil niſi extremam perniciem, aut, quæ vltima malorum eſt, deſperationem in pulcherrimo Imperio expectandam.*

Reformatio religionis.

XCII. Dum hi animorum motus in Germania vigent Ferdinandus Cæſar, zelo religionis ſuæ feruens, eique acceptas ferens quas duodecim hiſce annis frequentes habuit victorias, Proteſtantibus paſſim imperat, vt Romanæ Eccleſiæ ſequantur autoritatem. Diuerſum docentes tota Bohemia, Auſtria, Morauia, Glogouia, multis Sileſiæ Principatibus, Stiria, Caritia, Croatia expellit. Maximilianus etiam Bauarus in vtroque Palatinatu exemplum Cæſaris imitatur: nec mitior Hiſpanus, qui Francodalium, eluſa Regis Britanni ſpe, dudum ſibi ſeruarat, eiectis Proteſtantium concionatoribus, Manheimium diruit, Iuliacenſes, Rhæticas, Vveſtphalicas, quas tenebat, ciuitates, ad Romanenſium adegit ritus. Colmaria. Lindauia, Tremonia, Minda, Halberſtadium, Stada, aliaque paſſim oppida Germanorum priuantur à Cæſare exercitio ſacrorum per Lutherum inſtituto. Repetuntur iura Epiſcopalia quæ Principes Auguſtanæ Confeſſioni addicti, integro pæne ſeculo vſurparant, per ordinarios Eccleſiarum Superintendentes.

Comitia Electoralia Ratisbonæ an. 1630.

XCIII. Sub hæc Comitia habebantur Ratisbonæ an. 1630. ſeu conſtituendæ per Germaniam paci, ſeu alendo commodius exercitui, donec imperata facerent, qui Cæſaris aut Fœderatorum Romanenſium placitis aduerſarentur. Poſt XII. annorum ſæuiſſima bella, & inductam patriæ ſolitudinem, ſanè veroſimile erat omnes pacem optare. Ipſi *Catholici* Treuir, Colonienſis, Salisburgenſis, Neoburgenſis &c. Cæſarei militis inſolentiam ſæpe experti, diſpendia belli, ſui quoque Ducis, Bauari, nimias exactiones exhorrebant. In eo tamen Proteſtantium conſilia deſideriaque à Catholicis differebant, quod illi præteritorum obliuionem & ſimpliciter pacem optabant, hi quidem arma poſituri, ſed non niſi reſtitutis ſacris bonis, quæ illi occupauerant, videbantur. Ipſum Imperatorem, mitis ingenij Principem, fortunæ viciſſitudines cogitare, ac poſt tot annorum proſperrima bella quietem & otium deſiderare credibile erat. Metuendum præterea fuit, ne continuata bella, immortalia tributa, concuſſiones, iniuriæ, raptus, quia non prohibebantur, iuſſa crederentur, ideoque poſteaquam non ſubuenitur, remedium ex deſperatione homines peterent. Sed quorum animis, affectati Dominatus opinio inſidebat, vt ſunt multi ad deteriora proni, nulla æquæ pacis cupidine, ſed partim neceſſitate coactum, partim vt Domui ſuæ munimenta pararet, quibus impoſſi-

Catholicorum animi motus, vt & Proteſtantium.

Iudicium nonnullorum, de Ferdinando II. quid etiam ſentit Hippol. à Lapide.

rum inſiſteret, conſilio ad Comitia veniſſe ſuſpicabantur. Hactenus enim bello, tributis & accuſationibus velut lenta morte peremptum, quicquid in Imperio validum: *Poſſe Catholicorum ope Proteſtantes, & his ſubmotis, etiam illos in ditionem Auſtriacorum redigi.* Ognati Comitem Hiſpanicum apud Cæſarem oratorem ſæpius tum inter amicos *iactaſſe*: *Æquo longiores eſſe Germaniæ Epiſcoporum togas, eoque reſecandas.* Porro ſi maximè pax placeat, tamen *comitia*, quibus ea ſancienda ſit, *fugienda eſſe*: *Per ea enim Cæſaris dicta factaque cenſuræ ſubiici, vimque Principatus reſolui*: Potentiam inſuper vi & armis partam, non niſi armis ſeruari; auſuros vindictam Proceres, ſi Cæſarem inermem viderint. Hæc in aula tum fuiſſe agitata vulgo perſuaſum erat; atque hic fuit Reip. ſtatus, & habitus animorum, cum Ratiſbonam Cæſar & Electores conuenerunt. In propoſitione Cæſar longa narratione omnia belli mala Palatino, eiuſque ſociis, Mansfeldio, Brunſuicenſi, Daniæ Regi imputabat: Sæpius ſe auctore de concordia actum; ſed aduerſariorum peruicacia omnes eos tractatus in irritum cecidiſſe. Rogauit Cæſar, velint iubeant Electores excludi ab omni redeundi ſpe extorrem Palatinum, nec vnquam Pacis cum eo gratiam reconciliari. Regem Galliæ, Imperij jura inuadentem, arbitrumque rerum ad ſe minimè pertinentium, non ferendum Imperator aiebat. Quomodo etiam Sueciæ Regi, ſi arma non ponat, obuiam eundum ſit, deliberare iubebat. Varia tum ſunt iudicia in vulgo de hiſce capitibus exorta: Arma in hoſtes initiò ſumpta, nunc contra Rempub. verti; Poſt compoſitas cum Dano res, hoſtem quidem Imperio nullum: nec minus tamen militem, tributa, malæ pacis inſtrumenta, imperari, & vt Fridericus iniuſtè regnum Bohemiæ inuaſerit, pænamque meritus ſit: eam tamen inconſultis ordinibus irrogatam. *Audebant* prætérea *vaticinari*: *Non redituram Imperio pacem, niſi reſtituto vel in integrum, vel in partem amiſſæ dignitatis ditionũque Palatino*: Bello Italico iura Imperij obtendi: Verùm id Hiſpaniarum Regi, ſanguine & opibus Germanorum geri. Quippe Niuernenſem fidelitatem & obſequium iurare ſemper paratum: Sed Hiſpani rebus minimè conducere, vicinum Mediolano habere Principem Gallicis Spiritibus infectum. Contra Sueciæ Regem, affini Polono Cæſarem, potentem exercitum ſubſidio miſiſſe dicebant; neque iniuriam eſſe, ſi Rex cognatos ſuos Megapolitanos Principes, inaudita cauſa condemnatos, iuuet. Hæc ita vulgo iactabantur. Ad Electores graui reſponſo temporum miſerias, militiæ flagitia, tributorum enormitatem, horumque omnium autorem nouum *Megapolis Ducem* arguebant. *Illi ſine ſuffragiis Ordinum* poteſtatem conceſſam, qualem nemo ante habuerit; Scriptum innumerabilem militem, nulli vſui, niſi excidio patriæ: *tributa in quæ ex lege Imperij, com-*

Vulgare Arcanum Domus Auſtriacæ. Ognati Hiſpanici Legati vox.

Præcipua contẽta Propoſitionis Cæſareæ.

Vulgare iudicium de capitibus nõnullis propoſ. Cæſ.

Bellum Mantuanũ ab Hiſpanis conflatum. Hiſpanorum intereſſe.

Iura ordinũ violata eſſe Electores arguunt.

muni Procerum ſcitu conſentiri aquum erat, ad libidinem Ducis indicta & crudeliſſimè exacta. Commemorabant ſolum Brandeb. Elect. paucis his annis tributi tantum nomine X X. florenorum milliones cõtuliſſe: Ex ſolo Stetinenſi Principatu X. milliones exactos: Ex Haſſia VII. milliones: ex Ducatu Vvirtembergico ſingulis menſibus centies vicies mille Ioachimicos exactos, &c. Faſtum quoq; Ducis, tribunorum centurionumq; in veſte aurea argenteáq; ſupellectile luxũ accuſabant. Miſſi tandem ſunt ad Vvallenſteinium Ioh. Bap. Verdẽburgius & Gerardus Quæſtenbergius Barones, qui ſemper in aula conſilia ejus juuiſſe crediti; Hi quum exauctoratione ipſi exponerent, confeſtim Cæſaris juſſui *obſecutus* eſt *Wallenſteinius, Memminga* tanquã in carcere tum *degens*. Quũm primùm ipſi hic proceſſus nũciaretur lapide Cretico menſe inſcripſiſſe dicitur: *Die Kayſerliche* reformation, *bringet den* Kayſer *vmb ſeine Cron, vnd mich, vmb meine* reputation; *Die Churfürſten vverden bekommen ihren Lohn*. Miraculo fuit Vvallſteinium ſe ſponte in ordinem redigi paſſum, ſed ſciebat breui ad ſe imperium vel ex deſperatione rediturum. Alterum eſt quod Electores obtinuerunt, dimitti maximam militum partem: Tum *nullum bellum ſine ordinum aſſenſu cuique impoſterum indictum iri promiſit Cæſar*. Tributa quoq; poſthac in Circulorum conuentibus impetranda. Præter hæc ingratam Hiſpano & inuiſam pacem, Cæſaris, Electorum & Oratoris Gallici ſtudia conflarunt: qua Niuernenſem Imperij beneficio in poſſeſſionem Mantuæ & Montisferrati reſtitui, abduci ex Italia vtrinq; exercitus cauebatur. Quum porro nõdum finito conuentu nunciaretur R. Sueciæ in Pomeraniam irrupiſſe, Stetinum & alia loca occupaſſe, bellum aduerſus eum Cæſar & Catholici decreuerunt. (*Vid. pl. in Theodoſ. Berenici Epiſt. de Comitiis Electoral. an.* 1630.) Reſtabat communis Proteſtantium querimonia de Edicto reſtitutionis, petebatque Elector Sax: omnium nomine, vt quoniam ea res maximam partem Procerum Imperij contingeret, dignaretur Cæſar cauſam illam ad publicum Imperij conſilium referre & ſuper ea ſententias ſingulorum exquirere, ſuſpenſa interim edicti executione: Si id impetrari non poſſit, oſtendit; *ſe religionis ſuæ ſocios more maiorum euocaturum*, vt, qua ratione ſingulorũ querimoniis ſatisfieri, & pax publica promoueri poſſit, inter ſe conſilia communicent. Cæſar Saxoni reſpondit, de Edicto ſuo & reſtitutione bonorum Eccleſiæ rem non amplius controuerſam, ſed deciſam eſſe. (*V. Brachel. l. 4. Hiſt. p.* 201.) Hæc de bonis Eccleſiaſticis conſultatio, more Germaniæ, in alium dilata cœtum, tempuſque componendæ huic cauſæ in annum proximum Francofordiam, definitum, Proteſtantibus ipſis diem de induſtria proferentibus, vt ex Sueci progreſſibus conſilia caperent. Hic Comitiorum Ratiſbonenſium finis, quibus vulnera Imperij magis patefacta, quam curata.

VVallenſteinius exauctoratur.

Acta horum Comitiorum.

Belli Mantuani finis.

Poſtulata Proteſtantium de reſtitutionis Edicto.

Bellum Cæſareo-Suecicum, ejus initium & progreſſus.

X C I V. Iam Sueciæ Rex ann. 1630. *Guſtavus Adolphus* aperto bello Imperium petebat, euulgatis libellis, quibus cauſas ſuæ in Germaniam expeditionis, quas ſupra memorauimus, afferebat. Inter ejus tribunos fuere *Achatius Tod* & *Maximilian Teuffel*, vnde tum cujuſdam voc excepta: *Der König vvere mit Teuffel vnd Todt in Teutſchland kommen.* Rex felici ſucceſſu intra breue tempus vniuerſa Pomerania Cæſarianos ejecit, Bogiſlao Pomeraniæ Duce *Stetinum* ad Oderam, Prouinciæ caput ac Ducum ſedem, vltro tradente. Oſtentatus quidem armorum terror, promptius tamen admiſſus Rex, quàm vt in metu fuiſſe videretur. Oratio Regis ad Stedinenſes erat tempori & auditoribus accommodata: *Venire ſe religionis ſuæ ſociis auxilio, vtque oppreſſam iamdiu libertatem vindicaret, & per iniuriam pulſos in priſtinum ſtatum reponeret*: promittebat inſuper militum ſuorum modeſtiam, quique omnia ſuo ipſi ære coëmere deberent. Ita delinitis omnium animis nemo erat qui non admittendum Regem judicaret. Tres notabiles hujus belli periodi ſunt 1. ab aduentu Regis Sueciæ vſque ad ejus mortem 2. ab ejus morte vſque ad Pacem Pragenſem 3. à Pace Pragenſi vſque ad Weſtphalicam pacificationem 1648.

Conuentus Proteſtantium Lipſiæ ann. 1631. quo tandem veterno excuſſo, intereſſe Proteſtantium, hiſce temporibus inter mortuum, rurſus in lucem reductum.

X C V. Suecorum victricibus armis ita progredientibus, quum Cæſar aduerſus Proteſtantes obſtinatè vrgeret Decretum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, illi ann. 1631. Lipſiæ conuentione, ibique ad ſe ſuáque defendenda firmiſſimum fœdus percutiunt. Rex Sueciæ ad Proteſtantes Lipſiæ congregatos literas dat, expoſitáque victoria hortatur, vt ſe libertatis & religionis Germaniæ vindicem ſequantur, viréſque & arma intrepidè conjungant. Magna interim ſolicitudo Cæſarem & Pontificios ſubit, quorſum conuentus Principum Proteſtantium erumperet. Fuere ibi frequentes Ioannes Georgius Saxoniæ, & Georg. VVilhelmus Brandeb. Electores, Chriſtianus Brandeburgicus Marchio Bareütinus, Ioannes Philippus Dux Altenburgicus, VVilhelmus & Bernhardus Duces Vinarienſes, Ioannes Caſimirus Dux Coburgicus: Auguſtinus Palatinus Sulzbacenſis, VVilhelmus Landgrauius Haſſiæ, Fridericus Marchio Badenſis, Auguſtus Princeps Anhaltinus: Legatos miſerant Rex Galliæ, Archi-Epiſcopus Bremenſis, Duces Brunſuicenſes, Luneburgici, Megapolitani, Marchiones Onolbacenſes, & Abbatiſſa Quedlinburgica. Circulorum item Sueuici & Franconici Proceres, adhæc Comites Mansfeldici, Solmenſes, & Stolbergici, de Barby, Vvaldeccenſes, Lippiaci, & Schvvarzenburgi, cum Reüſſeniis & Schoenbergiis Dynaſtis. Denique Ciuitates Argentina, Noriberga, Francofurtum, Auguſta Vindelicorum, Lubeca, Brema, Brunſvviga, Hildeſia, Northuſa, Mülhuſa. Tandem communi omnium conſenſu decretum: obeundum eſſe conuentum, quemcunque Catholici amicæ

partium

partium tranſactioni præfigerent: ſed prius rogato Cæſare, vt ſuſpenſa intolerabilis Edicti executione Auguſtam quoque vrbem in religionis libertatem reſtitueret: exercitum ex prouinciis eorum deduceret, nulla deinceps hoſpitia, hiberna, itinera pro ſuo arbitratu in ipſorum ditionibus diſponeret. Quæ res cum ſine armis obtineri non poſſit, juxta leges Imperij pro cujuſque Circuli conſuetudine militem conſcribendum pro naturali tantùm & omni jure licitâ defenſione; quo toleratas hactenus militum injurias velut freno compeſcant, & prædones patriæ ſuæ finibus procul arceant: id requirere curam populi, cui protegendo à Deo Opt. Max. impoſiti ſint. Ictum deinde fœdus de mutuo inter ſe auxilio, & deſignati ex omni numero pauci, qui reliquorum nomine rem totam dirigerent. Simul ſtatutum quantum quiſque in medium conferret: Ita initio Aprilis diſſoluto conuentu Saxo Cæſarem & Electores Romano-Catholicos de omnibus, quæ acta erant, prolixè admonuit, conteſtatus ad nullius perniciem, ſed ſuam tantùm ſociorúmque ſalutem ac pacem prouinciarum pertinere. Mox per omnes Proteſtantium prouincias inſtituti delectus ac miles ſcribi cœptus, maximè à Saxone & Brandeburgico, qui cæteris potentiores erant.

Receſſus conuentus Lipſienſis.

Intereſſe Proteſtantium in conuentu Lipſienſi bene attentum.

XCVI. Non omiſit interim rebus ſuis prouidere Rex Guſtavus, dimiſſis priuatim legatis Lipſiam, qui conceptæ Ordinum indignationi aduerſus Cæſarem ſtimulos adderent, ſingulóſque & imprimis Saxonem animarent, cujus in hanc vel illam partem propenſio maximum rebus momentum adjicere poterat: videbaturque is ſuo exemplo & autoritate reliquos, facilè attracturus. Rex Legatis ſuis tres tractandi modos præſcripſerat 1. vt Proteſtantes ſecum palam arma conjungerent viréſque & conſilia ſociarent pro communi religionis & Imperij libertate, *conſueto Regibus lenocinio, vt pro primo ſeruitutis inſtrumento religionem & libertatem habeant.* Si eo induci non poſſent, propterea quod contra leges Imperij eſſe exiſtimarent, vt tamen exercitum finium tutandorum cauſa conſcriberent, & ſe, pro eorum cauſa pugnantem, certa pecuniæ ſumma in ſingulos menſes juuarent, permiſſo etiam libero tranſitu, annona, Pabulo, ac vbi neceſſitas vrgeret receptu in vrbes ac munimenta. Quod ſi tamen ne id allubeſceret, vt ſeorſim priuata cum ſingulis fœdera concinnarent, (*Vide Chemniz. de bello Suetico*) Hæc tamen valuere, vt amicitia Suecica fuerit à pluriimis quæſita; ſed quò minus in belli ſocietatem tranſiretur, nihil niſi Dux ac tempus belli defuit. Terrebat enim potentia Cæſaris, & parati per Imperium vigentéſque exercitus. Itaque à Saxone, in quem reliquorum oculi conjecti erant, nihil tunc quidem impetrari potuit; qui ita cum Legatis Suecicis egit, vt ſe & amicum Regis, nec ta-

Rex Sueciæ intereſſe ſuum in conuentu Lipſienſi quærit, ac tandem inuenit.

Inſtructio Legatorum Suecicorum. Arcanum Politicum. Prudentia politica Regis Guſtaui.

men hoſtem Cæſaris promittitur. (*B. [illegible] 4. Hiſt. p.* 126.) Hoc tempore Germania miſere fluctuabat, cum pars Suecum Regem, pars alia Cæſarem, vtraque metu adacta potius, quàm propria ſponte ſequeretur. Rex ſcientia militari nulli Ducum concedebat, cohortes ejus frigoris & laborum erant patientiſſimæ, quas nouæ ſatagebant æquare vtili æmulatione. Contra Cæſarianis inſtructi erant exercitus Duces veterani, quæſita multis victoriis audacia, jam fere in ſuperbiam ſurgens erga viliſſimas cateruas nationis Septentrionalis, ſpes vaſtas interpellantis. Imò contempſerant adeò Succos Cæſariani, vt cum in hibernis

Sued-Deus. in Ducatu Brunſuicenſi niui alicubi inſcripſerint: *Der arme Sued.* Quod Euangelici retrolegentes Deíque nomen deprehendentes, in lætiſſimi

Tillius. ominis ſignum interpretati ſunt. Alberto Fridlando exautorato (vt antea expoſuimus) ſubſtitutus erat Comes *Tillius*, Gallo-Belga. Is calliditate & ſolertia nobiliſſimus, vt adoleſcenti de ſe famæ alimenta largiretur, ſtatim luſtrare cœpit exercitus, diſciplinam labantem fulcire, commercari annonam, laborantibus Cæſarianis ſupplementa ſubmittere, omnia denique belli momenta captare. Hoc tamen non obſtante Rex Sueciæ (quum Proteſtantium animos vbique haberet ob-

Molikij ſtratagema. noxios) victricibus ſuis ſignis vbique hoſtibus terrorem incuſſit. Non ſilenda hic eſt *Molikij* ſolertia, qui Malchinum aſtu intercepit, ex ſcintillantibus atque ignitis funibus (*Lunten* vocamus) vndique di-

Regis Sueciæ tutiſſima ſecuritatis via. ſperſis, Regem cum exercitu adeſſe fingens. Calendis May mittuntur ad Electorem Brandeburgicum, qui *Cuſtrinum* & *Spandauiam*, præcipua Electoris munimenta Regi tradi poſtulant, reſtituenda Septemuiro, ſimul ac Magdeburgum obſidione exemerit. Id ægrè perſuaſus Elector adſenſit tandem de Spandauia, poſtquam Berlinum ſignis circumdatum vidit. Petitus deinde tranſitus Regi per Saxoniam, atque vt junctis viribus Ioannes Georgius Septemuir Magdeburgum ob-

Saxonis prudentia. ſidione leuaret: neutrum tamen impetratum. Abhorrebat enim Elector, terras ſuas, adhuc pacatas, ſedem belli formidoloſiſſimi efficere: neque ſui officij duxit Magdeburgenſium acta aduerſus Cæſarem aſſerere.

Magdeburgi excidium. XCVII. Hoc tempore *Magdeburgum* à Cæſarianis acerrimè oppugnari cæptum. Turri Excelsâ machinis proſtratâ, oppidani in maxi-

Eius cauſa. mas anguſtias redacti. Eos jam nitratus deficiebat puluis, machiniſque grandioribus vti non poterant: Cæſarianis verò contra omnia neceſſaria Hamburgo ſuppetebāt. Præcipua Magdeburgenſis excidij cauſa eſt *nimia ſecuritas, imminentis calamitatis firmiſſimum fundamentum.* Cæſariani tandem decreuerunt, coronâ capiendam vrbem. Quâ nouum oppidum ſpectabat ager vrbicum decliuior erat, & adſcenſu facilis, eoque die (qui fatalis vrbis, decimus vigeſimuſuè May) malè firmatus

excubiis

excubiis : nam perſuaſum oppidanis erat, cum præteriiſſet hora diei ſeptima nullum reſtare ab oppugnatione tantæ vrbis metum, quæ ſummo mane exordienda foret : itaque potiſſima excubiarum pars ſomno conceſſerat. *Pappenheimius* dato ſuis Symbolo *Ieſus Maria*, & pro ſigno tæniâ circa brachium albâ, decliuia valli, ſibi deſignati, inuadit, ictoque Falckenbergio ſuam vrbis partem occupat : Fama tenet, ſi eæ vires Pappenheimianis, quæ cæteris inuaſoribus, eſſent oppoſitæ, eo die irritos conſilij Cæſarianos abituros fuiſſe. Aſt quum neque vigil ibi ſtationarius ritè ſeruaret excubias, neque milites in promptu eſſent idonei, vnus locus pigrè curatus, reliquis omnibus fraudi fuit. Præueriti autem Vrbicorum obſtinationem Cæſariani, incendio (cuius autorem Pappenheimium plerique faciunt (*Vid. Bra. chel. l. 4. Hiſt. p. 232.*) eos terrendos exiſtimarunt : quæ res tam ipſis quàm ciuibus noxæ fuit. Ignis enim tectis inditus adeò inualuit, vt tota magnifica vrbs, *Germaniæ Troia*, viginti quatuor horarum ſpatio funditus deflagraret, adeò ad extrema crudelitatis ciuiles diſcordiæ deſcendunt. Pueri, virgines, mulieres, nullâ ætatis aut innocentiæ miſeratione rabie militis furioſi trucidati. Mixta cædibus ſtupra, & rurſum expleta libidine, ferro ſæuitum. Proditam hoſtibus ab inquilinorum nonnullis vrbis conditionem, in ore adeò eſt omnium, vt Victor Adminiſtratori capto in faciem quaſi exprobrare videretur, quòd ſe ſuamque fortunam tam infido credidiſſet populo. Nec inficias ibit quiſquam, ciuilibus hanc vrbem turbis & inteſtinis diſſidiis ab aliquot annis laboraſſe, quæ res vt fœcundam ſimultatibus, omnibuſque vitiis materiam præbet, ita exitio dare prouincias vrbeſque conſueuit; vt veriſſimè *Baldus* ICtus olim dixerit : *Partialitatem in vrbe & Repub. eſſe tanquam vermem in caſeo.* Nitida hac vrbe flammis abſumpta præda vndique ſub cineribus corraſa, genióque triduum indultum, quod conuiuium Martiale ipſi vocarunt : *Die Magdeburgiſche Hochzeit*; in re adeò tragica ac luctuoſa adhuc comico vocabulo vtentes. (De Magdeburgo exciſo cōſule pluribus *Theat. Europæ.* ad ann. 1631. *Saurium* in Theat. Vrbium voce *Magdeburg*, *Zeillerum* in Itiner. German. & de decem Imperij circulis in deſcript. Circuli infer. Saxon.) Hac victoria Tillij gloria ita eluxit, vt illam inter poſtremas numeraret, cum interea Rex Suecus, (quem anxium diſtinebant tractatus cum duobus Septemuiris, quos in ſocietatem formidoloſiſſimi belli trahere allaborabat) Germanis non obſcure exprobrabat, quod Magdeburgum capi permiſerint, ſeque publico ſcripto, quare Magdeburgenſibus ſuppetias ferre non potuiſſet, excuſauit.

Magdeburgenſes ſecuritate ſua effecerunt, vt, quod accidit, meritò accidiſſe videatur.

Diſcordiâ res magnæ dilabuntur.

XCIII. Quum dein Marchia & Saxonia belli theatrum fieri inciperent, Tilliuſque Saxoni eſſet inſenſus (quod acto Lipſiæ con-

Error Cæſarianorum aduerſus

Saxonia & Brandeburgi Electores commiſſus.

uentu conſultandum propoſuerat, quomodo libertas Germaniæ, iam in extremum adducta periculum, coniunctis viribus ſarta tectaque conſeruaretur) adeoque Thuringiam & alia Saxonis loca prædæ haberet: Saxonem & Brandeburgicum, Cæſari hactenus amicos, maiori licèt cunctatione, eò perculit, vt palam iunctis viribus ſocietatem Suecorum inducerent; inde omne mox Proteſtantium nomen in eodem ſacramento fuit, cunctique iuſſa Regis Germanicæ libertatis aduerſus Hiſpanienſes Camilli, ſpectarunt. At Cæſar imminentium vndique bellorum nouos motus conſpicatus, ad omnes fœderis Lipſienſis ſocios preſcripſit, vt à Ligâ iſtâ diſcedant, arma & delectus omittant: Regi Sueciæ communi conſilio & conſenſu reſiſtant. Simul *mandata auocatoria* emittit, ne militibus, ad Lipſienſis decreti placitum ſcriptis, tranſitus concedatur, ſimul vt conſcripti extemplo diſcedant; ſed iſta præcepta multis tanquam fulgur ex pelvi videbantur, Statibus Euangelicis ita iam exacerbatis, vt extrema omnia tentare, bellúmque periculoſæ aleæ plenum, ſubire, haut veriti fuerint. Iam enim & Lipſiæ erat decretum Cæſareanis exercitibus, qui totam Germaniam prædæ haberent & ludibrio, non vltra aperire portas vrbium, caſtellorum, arcium, neque cedere territoriis Eccleſiaſticis (vnctis illis patrimoniis) quæ ſemel in Euangelicorum poteſtatem conceſſiſſent, cum ea vi atque armis potiùs quàm iure ac iuſtitiâ repetere Pontificij viderentur, iiſque illa non à ſolo Cæſare, ſed ab omnibus Imperij ordinibus plenis comitiis decidenda foret. Plurimum ſanè tum in iſto feruido ac agonizante Imperij ſtatu communis patriæ ſalus neglecta, *fluctuanſque Imperij nauis in portum deduci potuiſſet, ſi poſt pacificationem Lubecenſem cum Rege Daniæ initam violentâ Reformatione religionis omiſſâ, fulcrum Pacis religioſæ incorruptè fuiſſet cuſtoditum; edictum de reſtituendis ſacris bonis aut nunquam promulgatum, aut poſt publicationem iterum reuocatum, mileſque Cæſareus, Germaniæ grauis, dimiſſus.* Sic Germania nunquam fuiſſet in partes ſciſſa, ſed in priſtinam vnitatem proſperamque valetudinem reſtituta. Suecuſque nunquam in Germaniæ viſcera penetraſſet. *Concordi enim Germaniæ bellum inferre velle nec huius nec alterius ſeculi res eſt.* Scripſerant iam tum Proteſtantes Lipſiâ ad Cæſarem: quod agonizans Imperium ſuis viribus debilitarit, fulcra religionis paciſque euerterit, vt, niſi commodo aliquo medio prouideatur, ſurſum omnia atque deorſum ruitura videantur; de reliquo ſuadentes, vt intolerabile Proteſtantibus Imperioque Romano Edictum reuocet, ne eueniant, quæ Cæſari euenire non bene ſit. (*Vid. Florum Germanicum Colon. Latinè excuſum.*)

Læſa ſæpius patientia Imperij ſtatuum tandem fit furor.

Intereſſe Imperij neglectum inſtinctu Papæ & Hiſpanienſium.

Salutare Imperij conſilium.

Proteſtantes Imperij intereſſe apud Cæſarem vrgent.

Cæſar ad ea reſcripſit, ſe vno eodemque iuſto Edicto Germaniæ libertatem in priſtinam vnitatem proſperamque valetudinem, vt Im-

peratorem

peratorem & Germaniæ caput decet, reſtituendam ſuſcepiſſe. Cæterum Proteſtantes adduci non potuerunt, vt hoc ipſum tanquam Evangelium Chriſti crederent.

XCIX. Perſequemur nunc vlterius funeſtiſſimi belli Germanici flammam. Dum hoc tempore Mars acriter tympanum pulſat, viris equiſque ingens ſudor adeſt, copiæ Cæſareæ ex Italia, finito *bello Mantuano* (in quo Cæſar eò adductus vt eueſſam conjugis ſuæ patriam inter triumphos numerare cogeretur) reduces primùm *VVürtembergiæ Ducem* coëgerunt, vt fœderi Lipſiaco nuncium mitteret: Sed terror is fuit, non diuturni cuſtos obſequij. VVürtembergici Ducis exemplum muniтiſſima Sueuiæ Imperialis ciuitas *Vlma* eſt ſecuta, famoſæque illius Vrbis diuitiæ non obſtabant, quo minus vel inuita Lipſiæ fœdus deteſtaretur, & ita, ſi non animum, hoſtilia tamen arma poneret. *Norinberga* ingenioſa eundem ſecuta eſt fortunæ ſequioris impetum. Et quaſi ſecundo Rheno aut Nicro victoriæ nauigarent, ita in *Franconiam* Vlmâ deſcenderunt, quum nec ille Circulus Lipſiaci fœderis vinculum defendere quiuerit. Primus qui fortunatum Cæſarianorum impetum cohibuit fuit *VVillhelmus* Haſſiæ Landgrauius, in quem Tillius toto mouebat exercitu, & ſub ipſa Caſſellarum mœnia milites Lãdgrauij propellebat. Munitiſſima illa vrbs non caruiſſet forſan periculo, niſi Tillius, fremens ſibi è manibus eripi victoriam, minaſque adhuc ſpirans, ad Albim euocatus fuiſſet. Agnouit fortunam Landgrauius, lætabatur quaſi viciſſet, qui euaſerat. Francofurti dein ad Mœnum componendis hiſce turbis conuentus partium actus, qui vt multùm ſerus, fortè & parùm ſerius, ita ad rei ſummam planè inefficax. Interea Tillius, langueſcentes legiones ſuas noua præda accendere cupiens Electorem Saxoniæ aggreditur, ac Lipſienſe antiquari decretum poſtulat; renitenti vim infert, Merſburgum inuadit, Freibergam incendit, Miſniam latè populatur, ac dirè affligit incolas. Elector iniuriarũ poſtulat Tillium, leges obtendit Imperij, ſua in Cæſarem beneficia memorat, quæcunq; ei, vt Imperatori, debeantur, fideliter à ſe hactenus præſtita; decere viciſſim Cæſarem, nihil præter ius faſque iureiurando firmatum agitare; ſin ſecus fiat, prout initia appareant, Deum vltorem fore. Quum hæc incaſſum dicerentur, iunctis viribus dein aduerſus Cæſarianos cum Sueco hoſtilem in modum ſe geſſit. Nulla inter hæc mora Tillio, Lipſiam aggreditur, quæ incenſis licèt ſuburbiis cum vim opponeret, tamen recenti Magdeburgenſium exemplo mora vix bidui oppugnationem ſuſtinuit. Vrbs enim & non multò poſt arx (*die Pleiſſenburg*) dedita Tillianis. Hinc Saxo firmiorem cum Sueco ſocietatem iniit, & Rex occaſionem, quam tot literis legationibuſq; flagitauerat, cupidiſſimè eſt amplexus. Commiſſum dein acre prælium ad Lipſiam,

Multi è Proteſtantibus coguntur Lipſienſi fœderi renunciare.

Tillius in Saxiam mouet.

Lipſia capitur à Tillio.

Prælium ad Lipſiam.

& quum non diu fortuna fidem ſeruare ſoleat, ad diem 7. Sept. tandem Tillium deſtituit. Ita quorundam eximias virtutes & prudentiam comitatur fortuna, fido & aſſiduo ſucceſſu: Quoſdam vbi diu comitata eſt, ad extremum deſerit: Quoſdam per vices & miſcens aduerſa ſecundis beat: quoſdam in omni virtutis conatu deſtituit, fugitque: quorundam læta initia in progreſſu aut ante progreſſum, ſtatim abrumpit; plurimi majore fortuna, quàm ſapientiâ vtuntur. Verùm quicquid diuerſitatis habent illæ Felicium notæ, commune omnibus (ſed maximè præfidenter de ſucceſſu ſentientibus) ancipitium imminet. (Dn. *Bœcler.* ad l. 2. Vell. Paterc. c. 69.) Adeò breues & mutabiles vices rerum ſunt, & fortuna nunquam ſimpliciter indulget, quum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non ſinit.

Fortuna belli non eſt ſtabilis.

Nimirùm

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo
Et ſubito caſu quæ valuererunnt.

Sane Tillius noſter an. 1632. ex fortunatiſſimo bellatore ad extremum fortunæ ludibrium factus, bellacemque Ingolſtadij exſpirauit animam, vt deinceps audiemus. Elector Saxoniæ vberiore ditionum parte à Tillio priuatus neceſſariam ſibi ſuiſque pugnam arbitrabatur, & ita Rex *S*uecus, quamuis acriter prælium diſſuaderet; tamen quum Proteſtantium fauor ipſi ſummè eſſet neceſſarius, in eandem cum Saxone, qui manum cum hoſte conferendam ducebat, ſententiam tandem attractus. Rationes Sueci ſatis prægnantes erãt, quod manifeſtum eſſet diſcrimen vniuerſam ſuam ac Proteſtantium vim, in vnius prælij caſum conjicere: quod Saxonicus miles recenti conſcriptus eſſet delectu, quem cum veterano committere foret intutum. Saxoni ergo cum Rex adſtipulatus eſſet, Deum ſuppliciter & ſolenniter veneratus Symbolum dat: *Deus Nobiſcum*, inſigne, ramum viridem, galeæ infixum: Dextrum cornu ſibi, læuum Electori permiſit. Commoda locorum præoccupauerat Tillius, ac ſolem ventumque Suecis fecerat aduerſum. Rex itaque, circum torquendo leniter aciem, auram paulo ſecundiorẽ ſuis reddidit, ſuóque ab latere (quod *intermixtus equiti pedes ſclopetarius nouâ arte roborabat*) valide ſubmouit irruentes Cæſarianos: imbecillior Saxonum tyronum fuit vigor, iamque in læuo cornu fuga, apud Tillianos victoriæ initium erat: Verùm Rex per Hornianos pedites è ſylvulâ tam opportunè ſuccurrit Saxonicis, vt redintegrato certamine verteretur in fugam equitatus Cæſareanus totaque laxaretur acies. Pappenheimius multus fuit in eo prælio medius inter Imperatorem & militem. Sed virtuti Suecorum conjuncta fortuna omnia tandem ſuperauit. Itaque ad extremum factum eſt, vt Cæſareanos, hucuſque victores, veteranas legiones, ſpoliis diuerſarum gentium diuites,

Artificium militare nouum.

Pappenheimij virtus.

cum

cum ducibus ſuis fugientes quiſque videret; quibus ante nec Reges nec Principes, imò nullorum Germaniæ populorum exercitus pares fuerant. Ipſe *Tillius à Friderico Langio vulneratus*, cum Pappenheimio Hallam primum, inde Halberſtadium & Hameliam rhedâ delatus eſt. *Creditus carmine necem euitaſſe Tillius, plumbo retuſo & in tubera enata deſinente.* Contrarium tamen docere nititur Brachelius, (*lib. 4. Hiſt. p.* 242.) plures tamen Comitem Tillium, Walonem genere, Dæmoniacâ arte cutem obduraſſe perhiben, quemadmodum id etiam Chirurgus cenſuit. Tali crimine etiam infamis extitit Levinzander Magiſter Equitum Cæſareus, quê in agro Brunſuicenſi vulgus *Nimmernüchtern*, vocat. Is enim quum ann. 1641. ad Lutteram à Lyneburgicis eſſet captus, prope Hildeſiam vicies in ejus corpus exploſi ſunt Sclopeti. Verum quum ne ſic quidem occidi poſſet, caput ejus tandem ſecuti fiſſum, corpuſque patibulo ſuppoſitum diu inhumatum jacuit. Sunt non pauci hodie inter Illuſtres, qui non poſſunt adduci, vt hoc ipſum credant. Cæterùm quum Expertus Rupertus non ſemel præterito bello contrarium ſenſibus humanis oſtenderit, quid eſſet cauſæ, vt niuem atram velimus fingere, ac notoriæ experientiæ manifeſto contradicere. Eat quis in Auſtriam Superiorem, & inquirat, quâ viâ ruſtici tumultuantes corpora indurarint, & mira audiet. Nunquam majore clade proſtrata Liga fuit; ac vna illa longè maxima victoria Germaniæ libertatem peperit, & ita Magdeburg. parentatum fuit. Hæc memorabilis clades omnem Catholicorum fortunam, ſuperiorum temporum proventu jam pænè oblitam ſui, vno momento euertit, ſeróque admonuit, *quantò conſultius ſit ciuiles victorias maturata pace finire.* Oſtenta futuræ cladis obſeruata ſunt: Tillius eo die, quo prælium commiſſum eſt, juxta cæmiterium Lipſienſe, in domunculâ veſpillonis, atque adeò inter ipſas oſſium ac cadauerum imagines, ſenatum militarem habuit, quod multis infauſti ominis indicium fuit. In ipſa autem acie, paulò ante, quàm concurreretur candida columba in vexillo Saxonicorum conſedit, atque inde auolans totam aciem circumuecta eſt. [*Brachel. l. 4. Hiſtor. p.* 242. *Theat. Europa. ad ann.* 1631.] Rex noctem illam ſub dio egit, nec in molli ſtrato, ſed terrâ, ad excitatum à miniſtris familiaribus ignem, pugnando pariter & imperando laſſus, decubuit, exercitus circa Regem ſuum armatus. Planè in eo ſimilis Rex Magno Græcorum Alexandro, qui ipſe erat patiens laborum bellicorum, frigus, famem & ſitim perferebat [Vid. *Curt.* l.7.c.2.] Ita in rebus agendis (vt eſt apud *Xenophontem* l. 1. de Cyri Inſt.) ſi per æſtatem gerendæ ſint, Solem imperator in omnium oculis perpeti ſupra cæteros debet: per hyemem frigus: quum laborandum eſt, labores. Durante Bello

Tillij crimen magicum.
Paſſauver Kunſt.

Victoria Lipſienſis Germania libertatem rurſus peperit.

Mala omina ante prælium Lipſienſe.

Victoria Lipſienſis Germania libertatem rurſus peperit.

Virtus Ducis exercitus patientia laborum.

Alexander Farneſius. Belgico Hiſpanico *Alexander Farneſius* in obſidione Sichemij, arrepto ipſe ligone moliri terram primus occepit: Statim reliqui æmulatione ſecuti. (Vid.plur.*Strad.*lib.9.de Bell.Belg.) Simul ac illuxit, Cæſariana caſtra, omnis opulentiæ plena, diripiuntur. *Præda non ſtatim agenda ſi hoſtis in fugam actus.* Prudenter ſanè; Nunquam enim dux belli fugato hoſte ſuis ſtatim permittere debet, vt prædam ſectentur (Vid.*Veget.*l.3.de re milit.c.25.26.)

Etenim,

Sæpius incauta nocuit victoria turba.

(Vide *Tacit.*l.1.ann.c.65.l.4.Hiſt.c.78.l.5.Hiſt.c.17. *Piccart.* Dec.10. Obſ. Hiſt. Pol. c. 8.) Statim recepta cum reliquis vrbibus Lipſia, ac Euangelici paſſim totâ Germaniâ plus quàm humana felicitate Ligiſtas contundere, vt Cæſar de rebus ſuis deſperaret. Tota Halberſtadenſis Diœceſis dein jugum accipit: Gotha Thuringiæ ceruicem flectit; Erfurtum, quod Tillio denegauerat, præſidium ſinu excipit. Iam omnia, præter Magdeburgum, amica erant, quod Bannero claudendum obſidione datur, dum ipſe Suecus fortunatiſſimæ velocitatis ad Rhenum & Moſellam, relictâ Saxoniâ, triumphos cecinit, & ante in mediâ Germaniâ fuit, quàm timeretur. *Regis Guſtavi felicitas.* Rex loco, quo Rhenum trajecerat *columnam* prope Oppenheimium erigi juſſit; memoriæ ad poſteros monumentum. *Columna Regis Guſtavi.* Dein *Königshoviam, clauem Franconiæ* capit, & Herbipolenſis Epiſcopus Hazfeldius *Coloniam Agrippinam*, *Germaniæ Romam*, veluti in exilium abit. *Königshovë. Cöln am Rhein.* Haſſus rebus iſtis lætior *Mündam* (vbi ex Wertæ & Fuldæ confluentibus mutato nomine *Viſurgis* nobiliſſimus fluuius *vi* quadam *ſurgit.*) *Viſurgis.* Höxteram & Fuldam armatâ manu capit. Mirabilis ac planè diuina fuit Suecici Regis felicitas. Quis enim non miretur, totam Germaniam à mari Balthico vſque ad Moguntiam Victricibus armis peragrare? Viadro, Hauelâ, Albi, Viſurgi, Mæno, Rheno aliiſque fluminibus habenas injectare? Ita ante finem anni 1631. Vniuerſa, quàm latè patet, Germania vſque ad Danubium Suecis, virtute militum Germanorum conceſſit, vt verum ſit *Germaniam*, chariſſimam noſtram patriam *non niſi à Germanis vinci poſſe.* *Germania non niſi à Germanis vinci poteſt.* Formidabilis ſanè fuit hoc tempore potentia Suecica, confluentibus vndique quos vel Cæſaris odium; vel religionis defendendæ ardor, vel ipſa prædæ cupido ad communem cauſam excitabant. Francofurti etiam Fridericus Bohemiæ Ex-Rex & Ex-Elector, *vt illum continuator Pezelij vocat*, Regem Sueciæ conuenit recepturus ab eo amiſſas ditiones. Non vno in loco Imperium noſtrum laborabat. Sileſiam alia Suecorum inuaſit manus & prædas Glogoviam uſque egit. *Bohemiam Elector Saxoniæ* aggreſſus, *Praga* poſt Fridericum Palatinum potitus eſt, vbi ſacra Euangelica inſtaurauit, *capita decollatorum è ponte Pragenſi detraxit, ſepulturæque mandauit.* *Saxo Bohemiã ſubigit.* Inter tot Ferdinandi clades, qui

Lotharingi error.

qui ſuccurreret. *Lotharingus* erat;35.copias ſuas cum Aldringheri exercitu junxit, ignarus quam grauem à tergo alieni periculi appetiti vindicem Gallum relinqueret.

Tillij infelicitas.

Tillium tum primum res aduerſæ admonuere, *belli aleam eſſe incertam, fortunámque eſſe plane vitream, quæ quum ſplendet frangi poteſt.* Is vaſtiſſimas terras fugâ emenſus, à vulnere & contuſionibus nondum validus ad *Ligæ ſuæ caput Bauarum* confugit, & è veteranorum reliquiis & nouellis quibuſdam tyronum legionibus non contemnendum adunat exercitum, Bauariæ potius, quàm Imperij præſidium: Norimbergam obſidione claudit, & Solmenſem Comitem propugnatorem in vrbem rejicit, majora auſurus niſi de Regis aduentu nuncius exterruiſſet. Hoc felici tempore, poſtquam major fere Germaniæ pars Suecicis armis, portis vbique apertis, quatuor vix menſium ſpatio domita, Proteſtantium nimium hians & præpropera noua fortuna Romam & Madritianum Eſcuriale in terrorem Panicum conjecit.

Mutatur alea belli Germanici.

Quod antea erant Hiſpanienſes ac Catholici id hac ætate erant Proteſtantes, & Contra-Hiſpani Norlingenſi clade poſtea rurſus è ſummo felicitatis gradu dejecti. Interea temporis dum Proteſtantium felicitas luxuriari incipit, Hiſpanienſibus certatim in ſubſidium belli vltro ingens pecuniæ ſumma collata eſt: Hiſpanorum Rex trecenta Ducatorum millia, Ferdinandus Rex cum conjuge Imperialium trecenta; Eggenbergius centum: Epiſcopus Viennenſis octoginta millia: Cardinalis Dietrichſteinius florenorum centum, Comes de Michna totidem millia, Stralendorfius octodecim Ducatorum millia contulere. His belli neruis breui tempore quodammodo combinatur exercitus, cui cum ſupremo Imperij, pacis ferè bellique arbitrio, totius Domus Auſtriacæ abſolutè Generaliſſimus præponitur Albertus *VVallenſteinius, Germaniæ mox Catilina*, Non aliter is aboliti Imperij habenas rurſus capeſſere voluit, quàm permiſſa rerum omnium ſumma, &, quam vix ipſe Cæſar haberet, poteſtate, vt pares cum Repub. quæ eadem in ejus arbitrio, rationes haberet.

VVallenſteinius in perniciem Domus Auſtriacæ erigitur. Politicus Solœciſmus.

Epitomator rerum Germanicarum non obſcurè hic Politicum ſolœciſmum notat. Sanè qui arma & ærarium in ſua poteſtate habent, ſummum imperium ſi non nomine re ſaltem obtinent. Fridlandus quantum à ſumma ſpe aberat? (*Dn. Forſtner. ad l. 13. Ann. Taciti.*)

Cromvvellius.

Cromvvellius, Angliæ ille, Tiberius, armorum arbitria in manu habens, tandem nomine Protectoris vim regiam aſſecutus. (*Vid. ſcript. cui tit. Cromvvellius cum Tiberio comparatus.*)

Germaniæ nouo & inaudito exemplo Dictatorē Imperij hoc tēpore accipit.

Petrus Baptiſta Burgus Genuenſis; *lib. 3. Martis Sueco Cæſarei*) aſſerit Cæſarem cum Fridlando ita pepigiſſe, vt belli curam ſolus & ſine arbitrio haberet, tributa, commeatus, quæque alia bello neceſſaria exigeret, tribunos, centuriones ipſe crearet. Quod ſi quando Cæſari Fridlandio imperium abrogare placuiſſet, vti tunc Cæſar ea de re Fridlandium ſex mēſes ante

certiorem faceret, neque deinceps ipſe ad reddendam adminiſtratę prouinciæ rationem teneretur. Hæc ille. *Adlzreitterus* (*part.3.annal.Boicæ gentis,lib.*17.*num.*4.5.) notat in Fridlando *Accıſmi* exemplum, de receptione, & in priſtinam dignitatem reſtitutione, eóque nomine Cæſari commendato, officium primum recuſante, verba faciens. Effecit fauor conſilij, grauis neceſſitas, iniquitas tẽporum, vt Fridlandi animus explorãdus eſſe videretur, per Principem Eggenbergiũ. Ille, qua erat aſtutia, initiò perfrigidè Cæſaris mentem accipere, morosè expendere poſtulata, reuocare in memoriam infelicem priorum obſequiorum ſucceſſum, ignominioſum exitum, leuidenſe præmium: orare Cæſarem ne feſſis & repugnantibus parũmque idoneis humeris tantum oneris atque periculi vellet imponere. Verùm Eggenbergius, qui hominis ingenium intimóſque animi receſſus habebat exploratos, excuſare Cæſarem, quòd alieno ſuaſu ſuóque damno faſces ademiſſet: Dandum eſſe aliquid, ſi non omnia, petenti Cæſari, periclitanti patriæ, communi ſaluti. His lenociniis non tam victus, quàm delinitus Fridlandus, quod vltro optauerat, aſſecutus, non ad prſtinam modò, ſed longè etiam ampliorem poteſtatem mira arte erepſit. Quin & hanc legem adjecit: Ne ſibi Archiſtrategi nomen honórque deferretur: Egregie videlicet ſpecies modeſtiæ & abſtinentiæ. Placuit iſta conditio Cæſari, ſatis gnaro, quid ſibi vellet illa fuga dignitatis. Quid Fridlandi norant genium, non ambigebant quin fugeret ad ſalices, & ſe cuperet ante videri. Tandem conuentus Wallenſteinius de admittendis Legati generalis titulis, cum ſuprema in Cæſareas copias vicaria poteſtate. Ad Fridlandus renitentis ſimulacrum induere, cauſari varias recuſandi rationes, deprecari, ita agere, vt reluctando prenſari, imò rogari velle videretur. Re autem vera quærebat anſas dictandi conditiones, quibus tantò ſuam autoritatem altiùs tolleret, quantò eam deprimere demiſſius volebat videri. (*Adlzreitter. l. c.*) Tam dextrè denique egit perſonam detrectantis vt neceſſitate, quæ durum eſt ſummis Principibus telum, in inſolentia & imperioſa pacta Cæſar conſentiret. (De hiſce pactis plenius conſule præter Adlzreitter. *Theat.Europæ.* Tom.2.p.597. *Piaſecium* in Chronic.geſt.in Europa p.434.add. *Dn. Peller.* in Politico ſcelerato denuo impugnato pag.199.200.201. *Clapmar.*l.2. de arcan.Rerumpub. c.16.) Hic *VVallenſteinius* (dictus *der Schieffer*, quam vocem crebro in ore haqebat) *Martiale ſuum imperium adeptus vt vulpes; exercuit illud dein vt leo, ac tandem trucidatus, vt canis.* Præter infinita, quæ fama vulgauit ad ſtuporem compoſita, *Galeatius Gualdus*, qui in exercitu ſuo & familia vixit, (*lib*3.3.*Hiſtor.*) notat hominẽ à cubiculis (*Kammerdiener*) qui contra quàm juſſerat, illum ſomno excitarat, ab ipſo ſuſpendio necatum; atque equitem ſine ocreis deambulantem, cum ignominia exautoratum

Accıſmus VVallenſteinij.

VVallenſteinij tyrannica crudelitas.

autoratū fuiſſe: ingentibus præmiis & atrocibus ſuppliciis rexiſſe maximos exercitus; & vti dona nunquam infra mille ſcutatos, ita pœnas nūquam aut rarò intra mortē fuiſſe. (*Dn. Forſtner. ad l. 11. An. Tac.*) Interrogatus aliquádo qualis proceſſus aduerſus Germanos eſſet exercēdus? ℞. *Wilen nicht, ſo muſtu*. Aſſeruit ſola ſeueritate pænarum à maleficio contineri militares animos, & à committendis maiorib. abſterreri, qui minorib. parata ſupplicia ſcirent, [*Galeat. Gual. l. 3. Hiſt.*] Rectè tamen Prudentiſſimus *Dn. Forſt.* monet, *paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem eſſe commodandam : nec pænâ ſemper, ſed ſæpius pænitentiâ contentos nos eſſe debere.* Eius familiaris in iſta tyrannide ſanguinolenta vox ſæpe audita, etiam quando allium aut cepe fuit ablatum: *Laſſet mir die beſtie hencken.* Ipſe Tillius, hunc proceſſum improbans, quum aliquando Vvallenſteinius ab ipſo auxilium imploraret, dixit: *Er ſolte fechten mit denen Soldaten, die er hette vmb ein zvvibel, Sporen klingen oder reden, hencken laſſen.* Quum eius vxor tridui ſpatio partus dolores ſuſtinuiſſet, ac tandem filiam enixa eſſet, referente Zinck*greffio* dixit: *Ein iunge Tochter? Laſſet mir die beſtien ertrâncken, das ſie vnſer Gemahl ſo lang* tormentiret *vnd gequelet hat.* Quum ann. 1628. Stralſundam fruſtra tentaſſet (vt ſupra dictum) quidam Hiſpanicæ factionis de Vvallenſteiniano hoc negotio talem cenſurā emiſit: *Der Shieffer* (ita vocabant illum) *has vns bald vnſern* ſinceration *Zaun, vber ein hauffen gevvorffen.* De exitu huius *Germaniæ Seiani* videbimus inferius. Redimus iam è diuerticulo in viam.

Diſciplina militaris quomodo exercenda.

C. Dum ita poſt Lipſienſem cladem Catholicos panicus terror proſternit, primaque hæc victoria ſequentis inſtrumentum fit; Suecus in Vbios an in Bauariam tenderet, deliberat: Sed *Tillius*, nonnulla Suecorum clade, *Bauariam verſus eum trahit, non paruo errore, quod in Vbiis copiæ hoſtiles quaſi de terra propullularent.* Contracta ſunt dein arctiora cum Gallis fœdera: Nam cùm vicini eſſent, prouidendum erat, ne amicitiam, hactenus potius accenſam, quàm confirmatam, corrumperet inſociabile communis affectus vinculum, propior ſua cuique vtilitas. Valde id Cæſar conqueſtus eſt à Gallis fieri contra pacificationis Italicæ ſanctiones. Cæterum iſtæ querelæ inſuper habitæ; quum *ſtudium priuati commodi propagandi à magnis Principibus aureum vellus noſtrorum ſeculorum reputetur.* Hinc commodum proprium ſcitè flumini Letheo comparari poteſt; quam primùm enim ciues guſtum quendam ex eo cæperunt, non aliter ac de flumine ipſo fabulantur Poëtæ, omnium aliarum rerum memoriam deponunt, idque ſolum perſequuntur [Vid. Dux *Rohanius* in princ. Trutin. Stat. Eur.]

Error Regis Sueciæ.

Vis & potentia priuati intereſſe.

Ratio ſtatus & intereſſe hodie imperantibus imperant.

Die VVeltkunſt iſt ein Herr, das Chriſtenthumb ihr knecht
Der Nuz ſizt auff dem Thron, im Kercker ſteckt das Recht.

Lyneburgenſes ad Suecos deficiunt. Religio regioni acquirendæ prætexitur. Sueci de Germanorum corio ſibi ligulas fecere. Treuirenſis Elector ad Gallos accedit. Ehrenbreitenſtein. Intereſſe Imperij negligit Treuirenſis. Colonienſes ſibi à R. Suecia metuunt.

Hoc tempore etiam *Lyneburgicus Dux* D. Georgius, qui olim Regis Daniæ vicinitatem ferre non poterat, conſcripto exercitu Suecorum partes tuebatur, inferioriſque Saxoniæ Circulum, tanquam cælifer Atlas, egregiè ſtatuminabat. *Omnium rerũ hac ætate color erat Religio, tanquam credendi libertas Suecico iugo tutius, quam legibus de ea reſcriptis obtineatur. Vtinam Cæſar & Catholici feruorem, religionis Euangelicæ reformandæ, remiſiſſent! Germania nunquam Suecis in prædam ceſſiſſet. Sed ſerò ſapiunt Phryges. Treuirenſis* quoque *Elector* hiſce temporibus Suecorum timore (Hiſpanicæ tutelæ faſtidium plus vltra non patiens) Gallicæ cliẽtelæ ſe dedidit, *Ernbertique petram ſiue Hermanſteinium*, munitiſſimam illam arcem, quæ Rheno ac Moſellæ compedes iniicit, de manu ſua in Gallorum manus tradidit, quod idem erat ac ſe ipſum Gallicæ ſeruituti conſtringendum tradere. Ita *diſcordiis ciuilibus, dum Germania in partes ſcinditur, commune patriæ intereſſe negligitur.* Dum hæc fiunt, ad Wallenſteinij nomen tantum breui militum Imperatori ſub ſignis fuit, vt *Suecus ferè diſceret, vincere ſe ſciuiſſe, victoria vti neſciſſe. Colonienſes* tum miſſis ad Regem Legatis poſtularũt, vt ſibi, bellorum iniuria exemptis, neutrarum partium eſſe liceret; A quibus rurſus poſtulauit Rex, vt Proteſtantibus liberum in vrbe religionis & inſtituendæ iuuentutis exercitium permitterent; Legato Regio perpetuum in vrbe locum concederent; hoſtes Regis nec pecunia, nec commeatu iuuarent. Exiſtimabant plerique Regi tum conſilium fuiſſe, importatis jam in nauigia tormentis, prono Rheno Coloniam deſcendere, vrbemque aggredi nec præſidio nec tum munitionibus firmatam, illiciente maximè præda, quam in vrbem, ex ſe prædiuitem, exules magni nominis depoſuerant. (*Brachel. l. 4. Hiſt. p. 256.*) Aſt Rex, repentina Hornij clade ad Bambergam perculſus, repente in Bauariam expeditionem ſuſcepit menſ. Mart. 1632. in quo *Donavverdam* & alia loca occupat, Lyco (*Lech* dein pontem imponit, ac amnis tranſitu potitus, Bauarum intra Ingolſtadij vrbis mænia redigit, vbi *Tillius* ex vulnere, dum Lyci traiectu hoſtem prohibere conatur, ad Rainam tormẽto crus tranſuerberatus, ac Ingolſtadium delatus, ſummis cruciatus doloribus poſtremam miſerè claudit diem. Ita *feliciſſimus tredecim annorum bellator*, vir ille ſumma armorum peritia, fortuna quoque pari, niſi ad extremum offendiſſet longa & rarò perpetua felicitas, ex tragico Germaniæ theatro diſceſſit. Triumphatas ſæpius à ſe terras iterum fuga emenſus, bis cæſus, bis caſtris exutus. Summam in eo caſtitatem fuiſſe referunt, quod

Suecus mouet in Bauariam. Donavverda capitur. Tilly mors.

Epiphonema Tillianum.

quod inſtar Africani Scipionis puellas captiuas hoſtibus reſtituit, ne in conſpectum quidem paſſus adduci: A militibus pater vulgo dictus, neque aliter illos, quam filios, appellabat. Ad extremum factus nouercantis fortunæ ludibrium volubilitatis eius exemplum poſteritati caſu ſuo confirmauit. Memorabile eſt eius *iudicium de bello ciuili Germanico: Das nemlich derſelbe einem Spiel gleich zu ſchetzen ſey, da man viel vnnd wenig nach einander aufſſetze, bald gewinne bald verliere, vnd wan es einmahl dahin komme, das man viel geldes vor ſich habe, ſo ſey es gemeinlich mit dem Gewinner alſo beſchaffen das er durch den allzuſt arcken gewin entweder zu mehrer begierde getrieben, oder von der verlierenden Partey dahin gehalten werde, das Spiel zu* continuiren *vnd auſszuhalten: Da es alsdann in des Gewinners Macht nicht ſtehe auffzuhören biſz endlich das vnbeſtendige wandelbare Glück, ſeiner art vnd eigẽſchafft nach, dem Gewinner den Rucken kehre, vnd beides den Gewin vnd das eigene hinweg nehme.* (*V. Theat. Europæ. Tom.* 2. *p.* 226.) Veriſſimum eſt hoc Tillianum iudicium. *In hoc* enim *bello fortuna traxit fortunam, quæ ſi bona eſt, felicitates cumulat; ſi mala, aduerſitates.* (*Vid. Chemniz. lib.* 3. *de Bell. Suec.*)

Tillij iudicium de bello Germanico.

CI. Tum nihil quicquam amplius in Bauaria intactum armis: Neoburgum & Raina ſequitur victoriam. Exercitus dein per vtramque Lyci ripam *Auguſtam* mouit, quæ ſita eſt *ad Vindam* (hodie *VVertach* vocatur) *& Lycum* amnem, vnde & *Auguſta Vindelicorum* dicitur. Valida quidem vrbs; illa tamen ſine vllo certamine, prona ciuium voluntate, breui Rex potitur, ibique Auguſtanæ Confeſſionis cultores in priſtinam dignitatem & religionis libertatem repoſuit. Hanc tanquam Sueuiæ caput ſecutæ ſunt aliæ ad Lycum & Danubium vrbes. Rex Ratisbonam tendens *Ingolſtadium*, totius Bauariæ munitiſſimum propugnaculũ (de quo Maximilian. Bauariæ Dux dicere ſolitus: *München ſol mich ernehren, zu Ingolſtat wil ich mich wehren*) cum ingenti vitæ periculo fruſtra tentat, cum fortè globus *tormento* (quod *in excelſa turri ad D. Mariæ* repoſitum, *ficum, die Feige*, appellant) emiſſus ipſum, cui inſidebat, equum proſtrauiſſent. Vnde prouerbium, adhuc in Bauaria frequens, ipſemet aliquoties Ingolſtadij audiui: *zu Ingolſtat weiſet man einem die Feige.* Diſcrimine ſuo territus Rex, omiſſo Ingolſtadio in reliquam Bauariam contendit. Mosburgum, Landishutum, Friſingam ac ipſum *Monachium*, nitidiſſimam Bauari ſedem, cui ſimilem præter Eſcuriale Madritianum vix Europa habet, deditione capit. Hæc Sueco agenti, nunciatur cum formidabili exercitu aduenire Wallenſteinium; Itaque cum copiis ſub Noribergæ mœnibus caſtra communit, idem

Neoburgum & Raina à Suecis capiuntur.

Auguſta Vindelicorũ à Suecis capitur.

Ingolſtadiũ fruſtra tentatur.

Ingolſtadienſis ficus non eſt ad palatum Guſtaui Regis.

München.

Suecus ad Norbergã.

haud procul inde faciente Vvallenſteinio. Hinc ad *Noribergam, Germaniæ ocellum*, tentata vtrinque prælia, ſed minoris momenti, neutris Ducibus totam aciem in diſcrimen deducentibus: Fridlando in id intento, vt annona Suecos premeret, viciſſim Suecis ſubſidiariis pabula præoccupantibus. Sic major æſtatis pars extracta, latis illatiſque cladibus anceps, donec Rex aduentu nouorum exercituum, quos è diuerſis locis Bannerius, Haſſus, & Vinarienſis adduxerant; jam ipſe tantum ſumpſit animum, vt, diſſentientibus reliquis omnibus ducibus ipſa Fridlandica caſtra, in montium jugis probe munita, non dubitaret aggredi. *Rex* itaque quod temeritatem ſapere ait *Epitomator* [*rer. Germ. p.* 113.] *in ſuperiorib. iugis & munitionib. ſuis tectum vndique hoſtem ad Altenbergam inuadit, per proditorem transfugam deceptus in collocandis tormentis.* Tum Cæſariani ingentibus machinis in ſubeuntes ſuo more detonuere. Rex cōfuſionem metuens, nudo brachio, nudo enſe aciem reſtituit, & Cæſareanos in caſtra rejicit. Tandem cum nec clades, nec occiſio inuicem ferocientes ſepararet, nox, tenebræ, rerumque natura diremit, nec ante occidere deſierunt, quam quos occiderent videre non poſſent. *Temeritas clade minori expiata, ſed tamen rerum ſumma ſuo momento ſtetit.* Regi tamen Guſtauo bis in hunc modum non erat confligendum, aut ſummam rerum in ſummum adduxiſſet diſcrimen. Etenim verum eſt, quod Palla Strozzius apud *Machiauellum* (l. 4. Hiſt. Floren. p. 245.) ait: *Conatus aſtutos audaceſque ab initio quidem faciles apparere, verum inter tractandum difficultatis plenos, exitum tandem damnoſum habere.* Et ſolum vbi neceſſitas adigit, ibi audacia pro prudentia habetur: [*Machiav.* l. 2. Hiſt. Flor. p. 162.] quum inconſulta temeritas alias arundini plerumque incumbere ſoleat. Prudenter *Curtius* (l. 4. c. 14.) monet: *Nihil poteſt eſſe diuturnum, cui non ſubeſt ratio, licet felicitas adſpirare videatur, tamen ad vltimum temeritati non ſufficit.* Credunt nonnulli, Regem Guſtauum tam audax & periculoſum facinus propterea aggreſſum quòd crediderit, imò certior factus fuerit, Vvallenſteinium animo jam inclinato, & valde propenſo in Regem Regioſque fuiſſe, nihilque niſi hanc occaſionem conjungendi vtriuſque exercitus expectaſſe, adeoque Regem arduum hoc negotium tam intrepide ſuſcepiſſe: de quo tamen nihil certi affirmare auſim. Hoc tamen irriti conatus facinore viſus eſt Rex animos Germanorum alienaſſe [Haſſi maximè & Vinarienſis] quorum ſanguinem, contra militiæ gnarorum ſcita, luſiſſet, ad extrema ſeruatis copiis Suecicis. Mutuus ac par metus tandem disiunxit vtrumque exercitum: Succo in Franconiam, Vvalſteinio in Saxoniam diſcedentibus. Bauari poſt recuperant

Error Regis Sueciæ.

Temeritas in bellis nocet.

recuperant *Rainam*, quæ commiſſa à Rege fuerat centurioni *Mutſchefallo*, qui, cum temere Bauaris dediſſet oppidum, pœnas ceruice exſoluit, nihil quidquam ſenio grandi, meritis ac deprecationibus magnatum vincentibus. Exemplo ſanè eſt hic Mutſchefallus omnibus Præfectis vrbium militaribus, vt non niſi vltimo neceſſitatis articulo vrbes munitas, ſibi concreditas, hoſti dedant. Ita etiam hoc tricennali bello an. 1637. Bannirius Suecici exercitus Generalis, Chiliarcham *Stammer*, quod Lyneburgum; & Majorem *Ruth*, quod Werbenianum munimentum citra neceſſitatem hoſti tradiſſent, illum *archibugiare*, hunc capite plecti curauit. Raina dein ineunte Octobri acri obſidione à Suecis recuperata. Dum Georgius Dux Br. & Lyn. Guelpherbytum tentat, Pappenheimius varia damna in inferiori Saxonia dedit, ac cum Lynæburgicos, Guelpherbytum obſidentes, nonnihil afflixiſſet, *Hildeſianis* panicum terrorem incutiens, intra triduum vrbem in ſuam poteſtatem redegit. Stipulati duabus auri tonnis ſaluas opes, & liberam religionem; & tamen contra pacta, omni auro argentoque excuſſi, in triſte rediguntur ſeruitium. *Veriſſimum tum euaſit, remotâ iuſtitiâ fraudeque pactorum ſanctitatem abſorbente, bella nihil eſſe aliud quam fœda & turpia latrocinia.*

Mutſchefallus.

Commendantes in obſidionibus vrbium vltima experiri debent.

Hildeſia capitur ac diripitur à Pappenheimio.

CII. His rebus peractis, Septemviratui Saxonico à Vvallenſteinianis ac Pappenheimianis certa pernicies imminebat. Tantis itaque fœderati Principis periculis excitatus Rex Sueciæ, accelerandas ſuppetias decernit. Motis itaque celeriter caſtris Lipſiam cum exercitu contendit, vbi d. 6. Nouembr. ann. 1632. in eadem ferè arena, quæ Tillio fatalis fuit, ſcilicet ad *Lützam* paruulum oppidulum, commiſſum memorabile illum prælium, in quo victores Succi, ſed amiſſo *Rege* ſuo fortiſſimo; qui iter ad nouam victoriam ſanguinis ſui ſemitâ fundauit. Nonnulli caſu tanti Herois culpam propriam præceſſiſſe putant, quod ſcilicet Rex, paucis ſtipatus, ac cælo minimè ſereno hoſtium caſtra obequitarit, quum tamen militaris prudentiæ magiſtri vno ore profiteantur, nihil minus prudenti imperatori conuenire, quàm audacter hoſti inſtare; avidéque manifeſtis periculis offerre corpus. (Vid. *Onoſandr.* Strategic. cap. 33.) Prudenter Scanderbegus aliàs Georgius Caſtriotus dictus, Epirotarum ille Alexander, monuit: *Caput ſemper primum incidendum, cæterum corpus per ſe ruere perireque* Et hoſtis in piſcandis ranis & minutis piſciculis operá non ponit, ſed ingentes Salmones ineſcandos & capiendos eſſe ſtatuit. Quippe *vel vnius Salmonis caput pluris eſt, quam* 10000. *ranarum.* Hinc rectè Cæſar apud *Barclaium* (p. 1. Euphorm. p. 100.) negat eſſe fas in primis Ordinibus con-

Prælium Lützanum.

Regis Sueciæ mors.

Dux exercitus nimis audacter hoſti inſultans ſe exercitumque in caſum dat.

ſiſtere ducem: Non ferendum, vt fortunæ liceat vnius caſu affligere vniuerſos. Proinde vti vitio olim verſum Alexandro M. quod ſolus & primus in vrbem quandam hoſtilem è mænibus ſe dimiſerit, multáque vulnera acceperit, ita etiam in Rege Guſtauo notant, quod parvis periculis ſe immiſcere, & majoribus non deeſſe ſemper volupe habuerit. Iam olim in Boruſſia quum contra Polonos bellaret in vitæ diſcrimine fuit, vt pileum amiſerit. Quicquid de eo ſit, bene tamen eſt, quod mors Magni illius Guſtaui militum animos ad generoſam potius tanti Herois amiſſi vltionem, quàm turpem fugam exacuerit. Sunt qui diuinitus tanti Regis caſum accidiſſe memorant, vt impoſterum milites inter Numen [ad cuius inſtar noſter Guſtavus cultus] & Hominem diſtinguere admonerentur.

Pappenheimius occumbit.

Occubuit quoque in illo prælio Lüzano *Auſtriacæ Domus Achilles* Comes *Pappenheimius*, Vir planè Martialis animi, cuius virtus in hoſte quoque admirationem habuit. [*Vid. pl. in Theatro Europæo, Petr. Bapt. Burgo. lib. 3. & Chemnit. lib. 4.*]

Fridericus Elector Palatinus obit.

Obiit eodem pæne tempore [nempe 19. Decemb.] *Fridericus*, Rex Bohemiæ & *Elector Palatinus*, Moguntiæ, qui primum actum Germanicæ tragædiæ egit; mitiſſimi ſanè ingenij Princeps, in iuuenili ætate à miniſtris ſuis turbis Bohemicis intruſus. *Brachelius* [*lib.* 4. *Hiſtor. p.* 270.] ita de illo iudicat: *Princeps Moderatæ indolis; ſed praui Senatores & promiſſa Aſtrologorum in ancipitia conſilia iuuenem impulerant.*

Fœdus Heilbrunnenſe. Quomodo Sueci poſt mortem Regis interfuſe, ſtatum quaſiuerint Noua Imperialis forma Metamorphoſis Sueco-Germanica. Oxenſtirna. Dictator Imperij.

CIII. Mors Regis magnam Domui Auſtriacæ ſpem præbuit diſſidiorum inter Euangelicos, ac recuperandi amiſſa. Vtrumque fefellit. Nam & Euangelici *Heilbronnæ* arctiori fœdere ſe obſtrinxerunt, & fortuna belli haud quaquam mutata fuit. Succeſſit in imperio exercituum *Bernhardus Vinarienſis*, *Ioannes Bannerius* & Guſtauus *Hornius*: Belli vero Director erat Axellius *Oxenſtirna*, quaſi alter Guſtauus Rex, Regni Sueciæ Archicancellarius. Hic Proteſtantes, qui regem pro libertate ſua occidiſſe credebant, Heilbrunnæ arctius colligauerat, compoſitaque, eius præſcripto, noua Imperij ordinum forma Senatus, ipſo Præſide, ſedeſque Francofordiæ delecta. Catholici plerique opinantur, quaſi Rex Guſtauus, ſpecioſis ſuis prætextibus, Germaniam ſub jugum mittere intenderit, quùm omnium ciuilium certaminum hic ſoleat eſſe exitus, vt in vnius tandem poteſtatem recidant belligerantes partes. Quicquid de eo ſit, hoc tamen, quod clericorum ſerui non ſimus, Regi huic videtur eſſe adſcribendum [*add. Epit. rer. Germ. p.* 116.] Multi tum admirati, quod proteſtantes, qui vivum Regem metu reuerentiali

li

li erant proſecuti, adeò promptè mortui Regis ſatelliti obediuerint. [*Epit.rer.Germ.p.*117.118.119.] Saxo tamen & alij Proteſtâtes Suecos tum amicos quam Dominos habere maluerunt. Videbat El. Sax. hac Principum indulgentia potentiam Suecorum eò progredi, vt non minus timendi jam ipſi eſſent, quàm antea Cæſar fuiſſet, pari vtrinque libertatis periculo. Heilbrunnæ tum erat cautum, vt illud fœdus tamdiu duraret, donec libertas Germaniæ redderetur, regnóque Sueciæ ſatisfieret. [*Vid. Brachel.lib.*4.*Hiſt.*] *Qui Suecis iniquiores ſunt, vulgo judicant, hoc poſtremum*, ſatisfactionem ſcilicet *præcipuè poſt Regis mortem, per ſe: illud verò*, nempè libertatem Germaniæ, *per accidens tantum eſſe curatum, Suecoſque nunc minus accurata Philoſophia accidentia cœpiſſe præferre ſubſtantiis.* Adeò doli non ſunt doli, niſi aſtu colantur. Verum alij, qui rerum iſtarum ſunt gnari, de hac re accuratius judicium ferant. Hiſce temporibus etiam arctius fœdus *inter Galliæ & Sueciæ regna* Heilbronnæ procuratoribus Oxenſtirna & Fequerio *pangebatur*, ac ſubinde nouis conditionibus renouabatur, ita vt poſt Galli eundem cum Suecis hoſtem habuerint, *Cardinale Richelio & Oxenſtirna* intereſſe Regum ſuorum mirum in modum hoc tempore promouentibus, maximo tamen Imperij vniuerſi damno, in quo dum ſinguli pugnare non deſinunt, vniuerſi tandem victi. *Maximè interfuiſſet Imperij, ſi poſt mortem Regis Guſtaui partes belligerantes, poſitis odiis æquam pacem ſacram & profanam rurſus ſtabiliſſent, Suecoſque, qui tum tolerabili pecuniæ ſumma placari potuiſſent, Imperij finibus migrare iuſſiſſent. Cæterum dum partes acrius odia reſumunt, & exteri frigidam ſuffundere non deſinunt, quid mirum ſi Reſpubl. Imperij tam miſere conquaſſata, tantum non animam egerit?* Satyricus quidam infelix Germaniæ fatum hiſce verſibus, quos *Lucas de Linda* refert, depinxit:

Libertas Germaniæ ſub Suecorũ Dictatura in periculo.

Suecorum arcana.

In Machiavelli Politica accidentia ante eunt ſubſtantias.

Occaſione bellorum ciuilium exteri in Imperium attracti.

Intereſſe Imperij neglectum.

Fulmine quæ nunquam fertur percuſſa volucris,
Eheu quàm toto corpore trunca iacet!
Perdidit hæc alas dudum, caudamque pedeſque,
Conceſſit Latio Pontificique caput:
Viſcera nunc eius Gallus Suecuſque penetrant:
Altiuolæ ſupereſt quid niſi nomen aui.

Notabiles verſus de Imperij fato iniquo.

CIV. Quum itaque cæſo apud Lüzam Rege, ac mutuo fortunæ vtriuſque partis experimento ſatis probato, Imperio pax non rediret; ſummis viribus bellum in Germania noſtra promotum, recuperatus

Philippiburgum ad Suecos. dein totus Palatinatus inferior ejectis inde præſidiis Hiſpanicis & Bauaricis: *Philippiburgum* quoque in poteſtatem Suecorum redactum, ac Ratiſbona, à Vinarienſi capta. Dum hæc geruntur res quoque *Hamelia à Cæſareanis recipitur.* Suecorum apud Viſurgim ſtabilitæ. Obſidebat *Hameliam* munitiſſimam ad Viſurgim vrbem *D. Georgius Dux Br. & Lyneb.* ann. 1633. cum *Prælium Luneburgici Ducis ad Oldendorff in Comitatu Schauvenburgenſi.* Suedicis ac Haſſiacis auxiliis. Hác dum *Merodius*, *Gronsfeldius* ac *Bôninghuſius* liberare tentant, funeſtiſſima ad *Oldendorpium* in Comitatu Schavvenburgico, clade delentur, Merodio in acie cæſo. Secuta dein breui *Hameliæ*, ad extremum à *Schelhamero* defenſæ, vt & mox, Cæſareis iterum ad Sarſterum à Georgio Lyneburgico cæſis, *Hildeſiæ deditio.*

VVallenſteinij machinationes. CV. Inter hæc *Walſteinius*, ſummæ poteſtatis jam ſupra Cæſarem elatus, reique ipſius, niſi etiam nomen haberet pertæſus, omnes primorum ordinum duces in noui ſacramenti formam adigit, non permiſſuros ei è Cæſare Imperium abrogari. Apparebat pleriſque quantum à Repub. peteretur, ſed, ſæuitiam hominis & Manliana Imperia veriti, ſubſcripſere. Iam plura animo conceperat (è Bohemiæ Nobili Comes, diuerſarum regionum Dux; & Imperator ſummus cum pacis bellique ferè arbitrio) vt regnum Bohemiæ ſpe de*Socij coniurationis VVallenſteinianæ.* uorarit, autoribus vel ſociis *Terzkio*, *Kinskio*, *Illoo* & *Nievvemanno*. Audita hæc in aula Cæſaris; ac tandem certiſſima fama attulit, conjuraſſe eum haud dubiè, ídque cum illo facinus audere paucos, nutare plures, paſſuros omnes, ſi ceſſaretur. Ipſa *Eleonora Imperatrix*, quum hoc negotium indies extraheretur, Imperatorem, vt malum naſcens in herba extingueret, hortatus eſt, hiſce verbis: *Es iſt nicht mehr zeit zu rathen, ſondern zu den thaten und vvercken zu greiffen.* *Conſpirationes in herba ſunt extinguendæ.* Prudenter ſanè: Etenim conſpirationes viperarum naturam habent, quæ ab ortu facillimè ſuffocantur, cum temporis curſu difficulter vincendæ. (*Miniſter. Richel.* l. 6. cap. 17.) Quod autem conſpirationes ac ſeditiones in herba (quod dicitur) ſint ſupprimendæ docetur apologo cucurbitæ & pinus. Sata enim olim fertur cucurbita juxta arborem pinum, quæ ramis magnis & patulis jam conſtabat. Cucurbita verò cum multis pluuiis atque cæli temperamento creuiſſet, laſciuire cæpit, & ramos latius porrigere, jamque ſerpebat in pinum, ramoſque ejus inuoluebat, ampliora folia, candentes flores, prægrandia poma & vireſcentia oſtentans; tantoque faſtu intumuit, vt pinum auſa ſit aggredi: Vides inquit, vt te ſupero, & jamjam ad cacumen conſurgo. Sed pinus, quæ ſenili prudentiâ, & robore pollebat, nihil morata inſolentiam, reſpondit tantum: Ego hic mul-

tas hyemes, æſtus variaſque calamitates peruici, & adhuc integra perſiſto; tu verò ad primos rigores minus audaciæ habebis, cum & folia concident & vigor omnis aberit. Sic contingit plures, inſtar cucurbitarum eſſe ambitioſos, qui regna & Reſpublicas cum Wallenſteinio aggredi conantur. Sed breui decidunt & areſcunt, ſi ejuſmodi factioſis reſiſtatur. Sed cunctandum non eſt, & extinguenda, vt apparet, ſcintilla. Edictum itaque conſpiratione Wallenſteinij detecta in legiones, ne quis Wallenſteinio, perduelli, dicto ſit audiens. *Eggenbergius* (Cæſaris ad id tempus ſummarum rerum rector, & præcipuus ſemper Vvallenſteinij ſuffragator) à concilio excluſus, intellexit verſum eſſe aulæ ingenium adeóque ab illa in Stiriam receſſit, & fato potentiæ rarò ſempiternæ, ejus loco Trautmandorfius interiori Cæſaris amicitia potitus. In hoc rerum diſcrimine *Leſlæus*, *Butlerus* & *Gordonius* arcana conſilia ineunt de interimendo Vvallenſteinio & ſociis, illaque jurejurando firmant. Placuit vt Gordonius ſub veſperam Tertzkium, Kinskium, Illoum & Nyemannum in arcem ad cænam inuitaret. Adſumpti interim in conſcientiam ac ſocietatem facinoris ex legione Bütleriana *Robertus Geraldinus* Præfectus vigiliarum, & *Gualterus Deuerox*, Centurio, cum triginta militum promptiſſimis, qui omnes in vicinum conclaue diſpoſiti, & ſignum inuadendi expectare juſſi ſunt. Peracto igitur conuiuio, cum menſa ſecunda inſtrueretur, Geraldinus cum ſex delectis cænaculum irrumpit, inclamatóque: *Viuat Ferdinandus*, omnes ſtrictis mucronibus conjuratos inuadunt ac interficiunt. Miſſus dein ad Vvallenſteinium interficiendum *Deuerox* cum fida ſuorum manu, qui effracto cubiculi oſtio Vvallenſteinium ante lectum conſiſtentem (nam ad ſubitum tumultum conſurrexerat) haſta ſecundum pectus tranſuerberat: *Vid. Theat. Europa. ad ann.* 1634.) Hunc exitum habuit Vvallenſteinius Germaniæ Sertorius indulgentia fortunæ ad ſupremum pæne votorum ſuorum apicem prouectus, & inter tragicæ variantis fortunæ exempla noſtro ſeculo memorandus. Talem autem vitæ violentum exitum plerumque ſortiri ſolent omnes illi, quorum animos ſublimes & immoderatos ſtimulat ambitio, quæ vbi ſe putat contigiſſe faſtigium, præcipitatur in infima. Sanè Fridlandus ille proſtratæ ſuperbiæ fuit exemplum ingens, ne mortales ſui obliuio capiat, nec quod tota nititur, fixum eſſe credant. Carolus VIII. Galliæ Rex ſperauit, vt Cominæus teſtatur, ſe poſt victum regnum Neapolitanum Galliæ & Italiæ liberè imperaturum, imò etiam gloriatus eſt, ſe reliquos Chriſtianos in

Eggenbergius.

Trucidatores Vvallenſteinij.

Vvallenſteinius trucidatus.

Ambitioſis & ſuperbis Deus reſiſtit.

Carolus VIII. Rex Galliæ.

in Græciâ degentes à tyrannide Turcicâ liberaturum. Eius tamen conſilia ex ambitione magis, quàm pietatis zelo orta, euentum planè contrarium ſortita ſunt. Similiter Philippus II. Rex Hiſpaniæ ab Eſcuriali quaſi è machina agens vniuerſum propemodum orbem, ambiit plura, quàm cepit. Superbos & ambitioſos VVallenſteinij ſpiritus, cæleſte Numen quoque iuſta pæna caſtigauit. Quæ ſuperba temeritas erat, dicere: Si Stralſunda vel catenis ferreis Olympo eſſet annexa, detraham illam & exitio dabo? Quæ inaudita crudelitas, vel ob ligulam militem ad furcam damnari? Quot ſine omni proceſſu habito, imò ebrios ad ſuſpendium egit? at quis ei exitus fuit? Similis proceſſus, dum ſine omni citatione, confeſſione ſicarium habuit, pectus transfigentem, eius.

Philippus II. Rex Hiſp.

Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras.

Iudicium de executione VVallenſteinij.

Mors eius pro ſtudio partium nationumque variè accepta eſt, neque defuere qui innocentiam inauditi atque indefenſi adſtruerent; adeò nullus eſt magni momenti caſus, qui non in vtramque partem patronos inueniat. (*Brachel. lib. 5. Hiſtor. pag.* 8. qui etiam pag. 2. & 3. l. c. eius ortum ac fortunæ progreſſum exponit.) Si rem rectâ via perpendimus, omninò, quum machinationes Vvallenſteinij in aperta luce fuerint poſitæ, ſtatuendum quod rectè ita interemptus ſit. Quum enim, conſpirationum audacia, res in eum ſtatum deuenit, vt aut Principi pereundum ſit, aut coniuratis, eáque illorum potentia ſit, vt nec capi ſine periculo, nec teneri tutò, nec legibus cum iis agi poſſit, ſiue in Principatu id accidat, ſiue in libero ciuitatis ſtatu, ſanè occupare ſcelus, & perdere, ne pereas, licet, quum executio hic ſententiæ vim habeat. Eadem ratione *Henricus III. Gall. Rex* Guiſiorum fratrum cædem Cardinali Mauroceno, & per eum Pontifici excuſauit. (*Vid. Henr. Dauil. lib. 9. Hiſtor. & Theat. Europ. Tom. 3. pag.* 183. 184.) Semper autem diuinitatis opera hæc ſunt, vt furias in ipſo ſucceſſu iam ſecuras ſubita vltio excipiat, impiaque facinora, tam mirabiliter aperiantur, quam flagitiosè concipiuntur, vt egregiè ſcribit *Barclaius* de conſpiratione Anglicanâ. VVallenſteinio tum temporis tale Epitaphium compoſitum.

Conſpirationes diuinâ gratiâ plerumque deteguntur.

His

Hic ligt vnd ſault mit haut vnd bein
Der groſſe Kriegsfürſt *Vvallenſtein.*
Der groſſe Kriegsmacht *zſammen bracht*,
Doch nie gelieffert recht ein Schlacht.
Gros gutt thät er gar vielen ſchencken,
Dargegen auch viel vnſchuldig hencken,
Durch Sterngucken vnd lang tractirn
Thät er viel Land vnd Leuth verliern:
Gar zart vvar ihm ſein Bömiſch Hirn,
Kont nicht leiden der Sporen Kirn;
Hahnen, *Hennen Hund er* bandiſirt,
Aller orten vvo er logirt:
Doch muſt er gehn des Todes ſtraſſen,
D'Han krähen vnd d'Hund bellen laſſen.

Epitaphium VVallenſteinij.

CVI. Mactato hoc modo Vvallenſteinio (1634. die 15. Febr.) *Ferdinandus III.* Rex Hungariæ, Generaliſſimus declaratus, *Ratisbonam* recepit die 6. Iul. 1634. quamuis ſtrenuè illam eruptionibus 465. defendiſſet *Lars* Kagge, Suecorum Generalis Maior. Quum dein captâ Donavverdâ Cæſareani *Norlingam* vrbem Imperialem in Sueuiâ obſiderent, & Euangelici vrbi auxilio venirent, die 6. Sept. 1634. *prælium* fuit commiſſum *ingenti Euangelicorum ſtrage*, cæſis ad quindecim millibus, captoque Guſtauo Hornio Suecorum Campi Mareſchallo. Poſt hanc cladem omnes res in Germaniâ aliam induebant faciem, & par ſine dubio Lipſienſi cladi reddita clades, indeque tota Germania (vt ſolent victi ſuſpicere fortunam, victoremque ſequi) ad obſequium Imperatoris retracta. *Culpa, quæ hunc caſum præceſſit, adſcribitur temeraria ferocia Bernhardi Saxo-Vinarienſis Ducis.* Hic Suecicarum partium fortunam, cuius famam ſeneſcere videbat, in caſum dare voluit, & reuera dedit, celebri, ſed infelici commiſſa hac pugnâ. Bernhardus ſecum reputabat famam ducis ac partium imminui, ſi vrbis obſeſſæ ſalus negligeretur. Hæc ratio tanti ſæpe fuit, vt cuncta in aleam & præcipitium dare magni duces maluerint, quàm ſuo in conſpectu magnam aliquam vrbem obſideri capique (*Dn. Forſtner. ad l. 13. Ann. Tac. c. 40.*) *Guſtauus Hornius* & cæteri Duces omnes Vinarienſi tum reclamantes à ſummo certamine abſtinere, præſertim iam idoneâ obſeſſis, ad vim longius ſuſtentandam, manu ſubmiſſa, & commeatibus potius interclusis, quod factu facillimum erat, Cæſareanos ad abeundum adigere, ſuadebant. Cæterùm calor Vinarienſis præualuit: Cenſent hunc Ducem ſemel hoc modo erraſſe; eundem tamen nunquam bis in hoc bello peccaſſe, ſatiſque errori huic an. 1638. capto Briſaco, litaſſe.

Ferdinandi III. felicitas

Clades Norlingana res Proteſtantiū ſummopere affligit.

Error Bernhardi Vinarienſis.

Famâ Bella ſtant & interdum etiā cadunt.

CVII. Poſt Norlingenſem victoriam res Catholicorum & Hiſpanienſium vbique reſpirare, nec ſolùm æquare fortunam Proteſtantium & Contra-Hiſpanorum, ſed ſuperare videbantur. Oxenſtirna tamen conuentu cum Fœderatis Francofurti ad Mœnum celebrato, & itinere in Gallias ſuſcepto, nouis conſiliis acceptum vulnus ſolidare conabatur. Interea Herbipolis, Königshoua, Auguſta & alia loca à Cæſareanis recuperantur. Fama eſt, actum planè fuiſſe cum Suecis, niſi Gallorum viribus deinde ſuffulti rurſus reſurgere ac increſcere cæpiſſent. Galli hiſce temporibus pleráque munitiora Alſatiæ loca à Suecis anno redemerunt. *Epitomator* rerum Germanicarum (p. 144.) tale fert iudicium; eò ſcil. *euaſiſſe illam deprædicatam libertatis Germanicæ tutelam, vt non ſolum ſeruiret, ſed etiam venundaretur.* Euangelici dein, animo perculſi, paulatim deficere, fœdus Heilbrunnenſe ſpongia quaſi confodere, reſpectare Cæſarem, denique *pacis conſilia* admittere, *quæ* primum Pirnæ tentata, tandem magno cum Proteſtantium detrimento *Pragæ an.* 1635. menſ. Aug *concluſa*, in qua *Bonorum Eccleſiaſticorum* (quæ hactenus *pomum Eridos* in Germania fuerant) reſtitutio in 40. annos ſuſpenditur: Magdeburgum Auguſto Saxonis filio creditur: Halberſtadium verò Leopoldo Cæſaris filio. Sueci verò cum ſtirpe Palatinâ, quod iniquiſſimum erat, penitus excluſi. *Iudicabant tum multi hanc pacem priuatim Saxoni, quàm vniuerſo partium nomini eſſe vtiliorem; internas diſcordias illâ pace minimè tolli; nec exteris, qui iam non accipere ſed dare leges maluerunt, eam ſatisfacere.* Prodiit quoque tum temporis diſtichon.

Anti-Hiſpanienſium infelix fatum poſt Norlingenſem pugnam

Pax Pragenſis, quâ viribus Proteſtantium diſtractis, intereſſe illorum commune neglectum.

Intereſſe Saxonis.

Iudicium de Pace Pragenſi. Pax iniqua minimè diuturna.

> *Praga, atrox orbi, quæ protulit impia bellum,*
> *Quo pacto pacem redderet illa bonam?*

Ergo dulce pacis nomen, ſed caſſo effectu in atrocius bellum euaſit. Sueci enim contra hanc pacem proteſtati cum Gallis, minimè arces & oppida munitiora reliquere: Carolus inſuper R. Angliæ, propter ſtirpem Friderici ſororij non reſtitutam, teſtabatur diſſenſum. Hinc bellî grauioris procellæ: *Oxenſtirna cauſſabatur, nullam Suecorum habitam rationem: merita pij Regis poſt-habita;* bellum pæne ſuę genti indictum, quę iuberetur occupata reſtituere, & Germaniâ excedere: plures Euangelicorum Statuum in Germania, aut prægrauatos, aut præteritos. Sueci cum ab omnibus ſociis desererentur, neminem in Germania habuerunt, qui conſtantius ipſis adhæſit, quàm *Wilhelmum* Haſſiæ Landgrauium (Nam *Bernardus Vinarienſis* Gallica ſubodoratus Lilia Suecico Marti ſe ſubduxit) qui quamlibet fortunam ſubire malebat, quàm Pragenſem Pacem, inſidiis, ob quadraginta annorum inducias, patentem, amplecti. Conſtantiam ſuam Landgrauius illuſtrem reddidit cuſo peculiari nummo hac inſcriptione.

Oxenſtirna querela de pace Pragenſi, quod intereſſe Suecorum illâ ſit neglectum.

VVilhelmus Haſſiæ Landgrauius.

Eius conſtantia in fœdere Heilbrunnenſi.

Lieber

Lieber Land vnd Leüte verlohren
Als einen falſchen Eyd geſchvvoren.

Hujus inſignis conſtantiæ Haſſi fructum ſat vberem retulere bello Germanico Pace Vveſtphalicâ tandem mutato. (*Vid. infra art. 16. Inſtr. Pac.*)

C VIII. Copiis Suecorum ita in anguſtum redactis, Rex Galliæ, qui hactenus bello aperto abſtinuerat, Suecorum res totis viribus regni ſui confirmare cæpit, Hiſpaniſque bellum indixit. Hoc modo res Suecorum, animam pæne agentes, rurſus conualuere. Quod ad fœdus Sueco Gallicum attinet, Oxenſtirnius & Sueci, quamquam paulò ante pugnam Nordlingenſem declinante armorum ſuorum famâ, tamen inuitos valde ac prope reluctantes in ſocietatem ac fœdus admiſere Ludouicum Galliæ Regem. Etenim ſecum reputabant à ſe quæſita ſocio communia fore, & tot annorum labores ſolis Gallis deſudatum iri; Eluſuros vim Suecorum Romano-Catholicos, Gallicâ protectione tutos. Neque ſanè vanus iſte metus fuit. Statim in nouæ amicitiæ auctoramentum *Philippiburgum* (olim *Vdenheim* dictum, vbi hodie per Tranſactionem Monaſterienſem Galli jus perpetui præſidij habent) & paulò poſt Colmaria, Seleſtadium, Hagenoa, cæteræque Alſatiæ Vrbes, quæ à Suecis teneri non poterant, in Gallorum jus ac ditionem conceſſerant. (*Vid. Galeat. Guald. lib. 9. Hiſtor. Dn. Forſtner. ad l. 12. Ann. Tac. p. 145.*) Cæterùm Sueci tandem temporum neceſſitate coacti eas vias & rationes iniuere, quibus ſcopus eorum commodè promoueri tum potuit. Rebus itaque deſperatis cæperunt ſubſidia quærere, Francûmque antea ferè deſpectui habitum & Alſatiâ prohibitum, ſollicitare, tradito Philippiburgo, quod olim vel ſibi concedi, vel ſolo æquari, obnixè & fruſtra petierat. Mutua tamen potentiæ æmulatio inter duos iſtos Fœderatos poſtea non ceſſauit, vt *Diſcurſ. ſequ.* videbimus. De Fædere hoc Gallo-Suecico Freyſtadij in Germania tale judicium excepi: *Fuiſſe illud valde inofficioſum, ac aureos Ciceronis ac Ambroſij de Officiis honeſtatis libellos in eo valde perdidiſſe officium. Vel vnicum enim fæderis articulum de religione ſatis illuſtre facere in intentione hic non fuiſſe religionem ſed regionem, quæ regula ſtatus hodie in fæderibus inſtar poli eſt, circa quem omnia reliqua circumvolvuntur.* Hæc ille. Nimirum verum eſt illud quod non ita pridem in Miniſterio Cardin. Richelij (l. 7. c. 46.) legi: *Nihil potentius vnit, & facilius ſeparat Principes, vti commodum: ſoluitur vnio, quamprimum ſpes de emolumento decollat.* Adeò τὸ vtile hodie omne punctum in Ligis & fæderibus fert, vulgatumque eſt illud: Bonum eſt facere fædera, ſed væ illi, qui ſeruat. Poëta canit:

Sueci interesse ſuum fædere & auxiliis Gallorum promouent

Politica prudentia in fædere à Suecis adhibita.

Philipsburg à Philippo Chriſtophoro Epiſcopo Spirenſi ita dictum v. Theat. Europæ.

Potentiæ æmulatio.

Iudicium de fædere Gallo-Suecico.

Querela inofficioſi fæderis.

Fædera vt plurimum vtilitate æſtimantur.

Vulgus amicitias vtilitate probat.

Intereſſe & Arcanum Regum Hiſpania. Quod ego (cum *Zenecotio* c.21.ad Sueton.Iul.Cæſ.) à Poëta vulgo tribui miror, cum à multo jam tempore Regum multorum & Principum fuerit. Papam Romanum obſeruat Hiſpanus, non quod religioni ſuæ id deberi exiſtimat, quamvis ex Ariſtotelis præcepto pietatem ſerio ſimulet, ſed vt Eccleſiaſticos habeat in partibus, vt à Pontifice imaginarium jus in aliena regna & prouincias obtineat, & vt ſpecioſo religionis & pietatis velo perfidiam ſuam & crudelitatem abſcondat.

Bellum Saxonico Suecicum. CIX. Sueci, quùm ab Electore Sax.Germaniæ finibus migrare juberentur, prorogatis cùm Polono induciis, crudeliſſimum bellum ob priuatim quæſtuoſam Pacem Pragenſem amplexam Saxoniæ El. intulerunt vt ſolet prioris amicitiæ recordatio odia infeſtiſſima reddere. *Bannerius, natione Suecus, Generalis.* Ergo *Bannerius* Suedici Iouis fulmen, quem Rex Guſtavus alteram ſuam manum vocare ſolitus, cum ſuis aliquoties vniuersâ Germania pulſus, in Inſula Vſedomia nouis auctus viribus, demum ad *Wiſtochium* *Prælium ad VViſtochium.* ann. 1636. d. 4. Octobr. pro ſalute extrema acerrimè pugnauit, ibique fortuna variante Cæſareanos Saxoneſque duce *Hazfeldio* juſto prælio vicit, ac dein fortalitium Werbenum expugnauit; Rota fortunæ verſa Bannerius iterum ab Hazfeldio ſub ipſa Stetini mænia fugatur, & paſſim fœdè excipitur. Clareſcit ex hiſce Banneri infelicibus armis, Suecíſne an Germanicis militibus victoriæ Guſtaui Adolphi ſint adſcribendæ. *Sueci viribus Germanorum in Imperio adeo formidabiles facti.* Poſt pacem enim Pragenſem cum Germani paſſim Suecos deſeruiſſent formidabilis eorum potentia oppidò in anguſtum redacta eſt, vt Sueci in extremum Pomeraniæ angulum redacti, tantùm, de retinendâ Stralſundâ, & de nauibus, quibus Sueciam repeterent, cogitarint. Itaque ſub Bannerio Sueco Sueciæ vires valde decreuerunt ſine dubio Nemeſi Diuinâ rabiem militum, (quâ in miſeros ſubditos dirè *Schvvediſcher Trünck.* graſſabantur, armorumque & potionum quæ *Schvvediſche Truncke* appellabant, terrore ingentes vndique pecunias extorquebant) ira coërcente. *Norlingenſis cladis cauſa Theologica.* Mortuo enim Rege, quum, ceſſante diſciplinâ militari, non tam religio, quàm regio & regina pecunia per iniquam ſtatus rationem quærerentur, quid mirum ſi ad Norlingam & alibi clades Proteſtantibus diuinitus ſint immiſſæ.

Ehrenbreitſtein. CX. Tenebant Galli Erenbertilapidem (*Ehrenbreitſtein*) quod munimentum ſtrenuus belli Dux Ioannes Verdanus (*Ioan de VVerth*) *Imperium murum ad Occidentem recipit.* obſedit, ac tandem d.16.Iun.1637. deditione cepit. *Hoc modo murus aheneus verſus Galliam Imperio noſtro rurſus accreuit.* Præceſſit hanc expugnationem d. 5. Febr. mors *Ferdin. II.* Imp. ſub quo motâ ſacrâ reli- *Ferdinandi II. Imp mors* gionis anchorâ, Imperium noſtrum magnis fluctibus perpetuò agitatum, nec ante obitum ejus in portum conſtitui potuit. (*De hoc*

Imp.

Imp. vid. infra ad Prooem. Inſtr. Pac. Diſc. de Ferdinando II. & III. Impp.)

CXI. Ann. 1638. menſe Decembr. poſt diuturnam obſidionem, Vinarienſis *Briſacum*, (nobile illud Briſgoiæ caput, iſtam *clauem Imperij* ripæ Gallicanæ oppoſitam) deditione cepit. Circumſtantia temporis, quo Briſgoiæ caput amputatum, exhibetur hoc verſiculo.

Briſacum expugnatur Germania murum ad occidentem amittit & Briſgoia caput amputatum.

InVICTro fortIs CeCIDIt BrIſeIs AChILLI;
IVngItVr & tanto DIgna pVeLLa VIro.

Vtinam hoc connubium ſemper fidum ac ſtabile manſiſſet? Gallos & Francos in tam nobili Germaniæ tractu hodie non videremus? Nuper vir raræ prudentiæ ac fide dignus referebat olim in Alſatiâ, ſi alter alteri omnia mala imprecaretur, hoc infauſto carmine multos incolas fuiſſe inuicem vſos: *Das dich die Franzoſen müſſen ankommen.* Hanc ſiniſtram deuotionem dein, poſtquam Briſacum cum Alſatiâ Gallis ceſſit, vires & plenum effectum acquiſiuiſſe idem adjungebat, cujus fidei innixus, id, tanquam ſingulare, Briſacenſi expugnationi obiter adjungere libuit. *Reinacherus*, celeberrimi munimenti propugnator, quum excederet dixit: *Decus Auſtriaca Domus nunc eſſe perditum.* Mirantur omnes quomodo munitiſſimum illud oppidum amitti potuerit, cum ejus arcis conſeruandæ ſalus tot capitibus, Verdano, Sauellio, Sperreutero, Enchefordio, Fürſtenbergio, Ghezio, Lamboio, Golzio, tam anxiè curaretur: Sed hæc ipſa curatorum multitudo quum alter alterum turbaret, exitio fuit. Quin & ſalutis caput omiſſum, quod nemo curam egit, vt conuectis in anteceſſum copiis, longiori neceſſitati prouideretur. Hoc *Briſaci munimentum adeò amauit Vinarienſis* Germaniæ Alexander *vt ſponſam ſuam appellarit*, vnde etiam vulgaris cantilena: *Von der ſchönen Dame am Rheinſtrohm*, militum ore tum paſſim ebuccinari cæpit. *Poſſeſſio Briſaci* dein Gallos & Vinarienſem, dum eam vterque ad ſe trahit, non obſcurâ ſimultate diſtraxit; illis plus in auro, quod â ſe ſuppeditatum; iſto plus in virtute, qua rem confeciſſet, pretij juriſque ineſſe exiſtimantibus. Euocatus Vinarienſis ſæpe in Gallias magnâ præmiorum ſpe, ſed quum ſuæ poteſtatis eſſet, alienæ fieri noluit. Inuidiæ itaque non expers Vinarienſis, venenum ipſi lentum à multis creditur propinatum. Mortuus Neoburgi ad Rhenum 1639. die 17. Iul. Capite caſtrorum amiſſo Primores Vinarienſis *Naſſanius*, *Erlachius* & *Reinboldus Roſa* diſcordes, dum alter alteri parere recuſat, tandem in eo concordes fuere, vt Briſacum & ſe ipſos cum militibus Gallico auro venderent. Tantum Gallis in eo ſitum fuit, ne copiæ illæ caput haberent, vt Sereniſſ.

Res quæ à pluribus geruntur, vt plurimum negliguntur.

Certatur de Briſaci poſſeſſione.

Vinarienſe mortuo Briſacum ad Gallos peruenit.

Princ. Carolum Ludouicum, Elect. Palat. ex Anglia ad eas properantem veriti, contra fidem gentium in itinere exceptum longâ cuſtodia detinuerint. Ægrè iſtam injuriam Plerique Principes tulere, inprimis Rex Angliæ, ſed res intra querelas ſubſtitit. Ita dum

Amiſſo Briſaco magnâ Germania accepit cladem.

Iupiter Franciſcus aureum rorat Imbrem, Imperiique ſalus auro potior habetur, nobiliſſimum Briſacum, Rheni potentiſſimum Imperij illud verſus Galliam antemurale Liligeræ coronæ cedit, ac tandem ann. 1648. Tranſactione Monaſterienſi eidem incorporatur, magno ſanè & irreparabili Germaniæ damno. Hi ſunt ciuilis belli fructus. Anno

Hanouia.

Ramſæus Hanouiæ dominium affectaſſe viſus.

eodem, quo Briſacum captum, Hanouia ad Mænum quoque intercepta. Gubernator Generalis Major *Ramſæus*, Scotus, vicinis grauis, hoſtes capiebat omnes. Hic poſtquam cum vicinis de præſidio deducendo tranſegiſſet, Comitem Hanouienſem, loci Dominum, conſpirationis ſuſpicione per arreſtum detinet. Comes itaque Dillenburgenſis & alij laboranti ciuitati, Comitibuſque detentis ſubuenire ſatagunt. Ac primum quidem vt res bene ſuccederet, Comes Rumpfium Ædilem primum in ſuas partes traxit, qui dein vigiliarum præfectos corrumpens, imaginem clauium portarum ceræ impreſſit, illaſque Francofurti effictas, quum in vaſculo butyraceo immiſtas recepiſſet, ac Comes in propinquo eſſet, noctu portas vrbis reſerauit, atque hoc modo Vrbem legitimis Dominis reddidit. Ramſæus Ciues præſertim Neapolitanos adeò ſibi habuit obnoxios, vt etiam, poſtquam à Naſſouio vrbs aſtu eſſet intercepta extrema cum ipſo, aduerſus legitimum Dominum, tentare promiſerint. Sed ipſe, quum omnia præoccupata vidiſſet, hoc diſſuaſit, ſeque in voluntariam captiuitatem reſtitit, in qua etiam ann. 1639. Dillenburgi, quum 13. diebus obſtinato animo cibis abſtinuiſſet, mortuus. (*Vid. Theat. Europæ. Tom. 4. p. 110.*) Dillenburgi ob proteruiam linguæ in vincula quoque eſt conjectus, ſed breui exſolutus, turbato cerebro tandem deceſſit.

Bannerius Ratiſbonam tentat.

CXII. Ann. 1641. *Bannerius* poſtquam auctus eſſet Lynæburgicis ac Haſſicis ſubſidiis, ex agro Brunſuicenſi, per Miſniam, Voitlandiam & Palatinatum ſuperiorem tranſiens, mox ſub ipſis Ratiſbonæ mœnibus ſeſe oſtentat, comitia illic conſcripta, quod ſolùm labentis Imperij ſuſtentaculum ſubruendum ſupererat, diſijcere cupiens. Sed magno Imperator animo & reſtitit ipſe trepidus, & ſuo exemplo reliquos continuit, ne morientis noſtræ Reip. cura vltimò exitioſâ fugâ deſereretur. Quod ſi enim Bannerius, Turbo ille Imperij, omiſſis in Franconiam & Sueuiam populationibus, occaſionem bene obſeruaſſet, certè quum vrbs primo hoſtium aduentu præſidio careret, Imperatorem aulamquè omnem & Imperij ordines aut profugos illinc

line cum dedecore exigere, aut immorari auſuros, nullis audito ſeculis exemplo, captiuos detinere potuiſſet. Sed adueniente Ghelenio Bannerius per Bohęmiam ac Miſniam ſe recipiens, ac Halberſtadium pergens, ibidem moritur an. 1641. poſt cuius obitum non minimùm fracta eſt potentia Suecica. *Bannerius obit.*

CXIII. Quod Imperij comitia, hoc tempore celebrata attinet, pacis reducendæ deſiderio in iis illaboratum magno ſtudio, cuius tamen arbitrium hiſce corruptis temporibus exteri ſibi depoſcebant, qui huiuſmodi ſupercilia certè non geſſiſſent, ſi in noſtro Imperio libertas cum modo pacem internam ſtabiliſſet, Religioque iuxta leges comitiorum Auguſtanorum pridem libera manere iuſſa fuiſſet. Durantibus tamen Ratiſbonæ Comitiis à Cæſ. Maj. Edictum promulgatum de Amneſtia: In Receſſu etiam conſtitutum, vt cum Regnis Galliæ ac Sueciæ ſeparatis cōuentibus Monaſterij & Oſnabrugæ in Vveſtphalia tractaretur: vt pax religionis an. 1555. ſanctè ſeruetur. &c. Poſtremo tamen quia ſpes pacis nondum appareret deliberatum fuit de bello porrò continuando, & ſic conventu finis impoſitus. In Sueuia interim magnam animo ſpem conceperat Sparrius de ſubigendo munitiſſimo caſtro *Hohenvvielâ* ſiue Duellio. Verum res ex voto non ſucceſſit: quùm à ſtrenuiſſimo Duce & Defenſore *Vviderholdio*, Alpino quaſi Aquila, creberrimis eruptionibus factis, Cæſareani peſſimè exciperentur. Didicit vtique Sparrius, non eſſe idem metalla ex montibus effodere, atque caſtrum ſaxis ſolidiſſimis innixum ſubruere. (*Epit. rer. Germ. p.* 218.) *Comitia Imperij Ratisbonæ.* *Hohenvviel.*

CXIV. An. 1642. Lamboius Generalis Cæſareanorum in agro Kempenſi, Colonienſis ditionis, inſigni clade à Vinarienſibus & Haſſicis afficitur. Eodem anno Leonhardus *Torſtenſohnius*, Suecici exercitus Generalis, in locum Bannerij ſuffectus ad pagum *Breitenfeld* prope Lipſiam menſ. Octob. Cæſareanos, Ducibus Leopoldo Vvilhelmo, Cæſaris fratre, & Octauio Piccolomineo, inſigni clade affecit. Præter omnium opinionem erupit hoc tempore an. 1644. *Bellum Dano-Suecicum* inde ortum, quòd Daniæ Rex ad Suecorum potentiam imminuendam iiſque Germaniâ pellendis varia conſilia ſuſcipere crederetur. Cuſi erant in Dania nummi cum hac Epigraphe: *Qui liber fueram deuoluor rurſus ad arma, Ich Vvar davon, Kom vvieder darein* (*Flor. German. Latinè Colon. impreſſus*) Interpoſitione tamen Elect. Brandeb. & Belgarum Fæderatorum breui hoc bellum pace mutatum, & Torſtenſohnius dein an. 1645. ad vrbem *Iankau* iterum Cæſareanos profligauit, vbi captus Hazfeldius & Gözius occiſus. Hic *Torſtenſohnius* felix ac fortunatus Imperator: Sed cum ad Fridbergam Miſniæ, & Brinnam Morauiæ, rem fruſtra tentaſſet, malignam hominum cenſuram *Lamboius.* *Clades ad Lipſiam.* *Bellum Dano-Suecicū.* *Prælium ad Iankauiam in Bohemia.* *Torſtenſohni error.*

effugere non potuit, dum illum nimia ſpe prædæ, quæ immenſa in illa oppida congeſta fuerant, cupidine abreptum crediderũt, vel quod odio pacis bellum ſupereſſe voluit. *Tanti eſt vti victoria, illiuſque fructus non corrumpere, & ab Annibale ſapere.* Et quid prodeſt ducem belli inſtar aleatoris multa & præclara facere; iacta autem prudenter locare non poſſe? Quum Torſtenſohnius an. 1646. in Sueciam abiret, ei in Imperio exercitus ſucceſſit *Carolus Guſtavus Wrangelius*; qui cum feliciter in Auſtriam & Bauariam irrupiſſet, ac ſede belli in Bauaria & Sueuia fixa, Cæſareanos paſſim debilitaret, an. 1648. menſ. Majo in prælio ad *Sigmershuſam* eos vinceret, occumbente ibidem *Melandro*, quem *Holzapfel* vocant; rem primum ad inducias, dein ad pacem ſalutarem (poſtquam quinquennio huic negotio eſſet inſudatum) deduxit, quæ tandem Monaſterij in Vveſtphalia (vbi tamen, quod mirum, bellax Præſul, hodie magis, galeam, quàm tiaram amare vulgo creditur) concluſa d. 14. 24. Octob. 1648. poſtquam Comes *Hans Chriſtoph de Königsmarck*, *Vlyſſes ille Suecicus*, paulò ante concluſam pacem (nempe d. 16. Iul. ſt. n. an. 1648.) ope & conſilio Petri *Ottovvalsky*, dicti *Streitberg* (hic *ruſticus ex Odonis ſylua*, fortitudine armorum tribunus factus adſumpſit nomen *Odovvalsky. Pezel. Contin. p.* 1318.) *paruam Pragam* (*die Kleine ſeite*) cum arce Pragenſi, *Retſchin* vocant, cepit, *vt adeò Praga, quæ initium dederat bello, finem quoque* ipſi *imponeret.* Sic tandem pax pangitur cum belli pertæſum eſt. Pax hæc Monaſterienſis delicium eſt Germaniæ, nutrix Imperij legum, ordinis & adminiſtrationis: Pax hæc deſerta Teutonica rurſus cultu aggreſſa terráſque reddidit fertiles, ſtatibuſque Imperij eò gratior fuit quod Maieſtatem & libertatem Germaniæ rurſus vniuerit: Det Præpotens atque Glorioſiſſimus Deus, vt in pulcherrimo noſtro Imperio inpoſterum Toga pacifica, feroci & ſanguinolento Marti ſemper præferatur, & pro tonitribus tormentorum, concentus Muſici in Eccleſiâ Scholíſque audiantur;

Scientia victoria ſine vſu nulla eſt. VVrangelius.

Melander.

Königſmarck Praga in fine belli Germ. affligitur. Ottevvalſki.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Expendant dehinc ſerio Imperator & Imperij Status Diui Ioannis Friderici Sax. Elect. votum, quod an. 1532. in agone mortis emiſit: *Gott laſs Vns vnſer Lebenlang zu Frieden Luſt haben, ſo Werden die Fürſtenhäuſer vnd Chriſten Kirchen ihren Gibel behalten.* Pium ſanè & Imperij Principe dignum votum. Nam ſine pacis & tranquillitatis bono, nemo Imperij Procerum bona ſua nouit, nemo poſſidet & is demum hodie eſt Princeps, qui requiem non tantum orbis medio, ſed etiam metis indulſit. Præpoſtera itaque eſt illa Machiauelliſtarum prudentia, ac hæreſin Politicam ſapit, quod nutriendæ ſint in ciuitatibus

Pax perpetua votis Germaniæ.

tibus factiones, ciuilis belli ſemina. Quæ enim ſecuritas eſſe poteſt, cùm ardeat in tecto ignis? At quid aliud eſt factio, quàm facula ardens in tectis ciuitatis? Satis iam ſatis noſtri Germani didicerunt quales fructus bellorum ciuilium, potius inciuilium, ſemina producant. Adeò enim tricennali bello patria noſtra afflicta fuit, vt potius de ſepultura, quàm de medico cogitare ſæpe coacta fuerit.

Heu quantum potuit terra pelagique parari
Hoc quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextra.

Et tamen, quando cruento Marti ſatis litauimus, Germaniamque in Germania vicimus, tandem ſerò, tanquam icti piſcatores, ſapuimus, & in ſanctæ pacis fœdera rurſus coiuimus. Scilicet iuxta *Cruſium* [pag. 3. Annal. Suev. lib. 7. c. 9.]

Hic eſt perpetuus ſeclorum luſus & vſus
Ludendi vt faciat conſumpta pecunia finem;
Sic vbi vaſtata gentes lachrimantur & vrbes
Aurea tum demum feriuntur fœdera pacis,
Heu quanto ſatius foret, hac prauertere damna,
Atque animos hominum ſaluis coaleſcere rebus.

Nunc expoſito Imperij ſtatu Religionis & Reipublicæ à tempore Caroli V. vſque ad an. 1648. ipſum *Inſtrumentum Pacis* Oſnabrugo-Monaſterienſe, *quo factio Hiſpanorum & Contra-Hiſpanorum in Imperio noſtro repreſſa*, ea, qua fieri poteſt breuitate porro percurremus, non omiſſuri præcipua, quæ ius Imperij, belli ac pacis tempore concernunt ex nouiſſimis Imperij actis excerpta huiuſmodi diſcurſibus tanquam flores inſerere.

DISCVRSVS II.

DE

TRACTATV ET INSTRVMENTO PACIS Germaniæ in genere.

MEMBRVM I.

De negotio Pacis Oſnabr. Mon.

Tractatus Pacis Germanica moroſus extitit.

I. QVAM moroſi fuerint tractatus Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſes, & quàm teſtudineo gradu languenti ac ægerrimæ noſtræ Reip. medela ſit allata, id cuiuis, qui acta iſtius temporis publica probè nouerit, non poteſt non eſſe manifeſtum. Mira ſanè res; & quæ Patriæ noſtræ multùm extitit luctuoſa ac lamentabilis, *Flent Muſa & leges; Diuis ſi flere liceret, Sidera iam lachrymis permaduiſſe putem.* Vt veriſſimè Dominus *Comes Seruienſius*, Regis Chriſtianiſſimi ad hocce pacis negotium Legatus Plenipotentiarius, an. 1648. Monaſterij dixerit: *Dum deliberant Germani perit Saguntus.* (*Theat. Europæ Tom. 6. p. 577.*) Antiquus ſcilicet & infamis Germaniæ mos eſt, dum ſinguli ſibi conſulunt, vniuerſos potentioribus in prædam cedere. [*Forſtner.* in Epiſt. pag. 114.] Id autem quibus de cauſis acciderit, qualis in hoc conuentu animorum habitus, fines, conſilia, commoda, vota, ſpes, metuſque ſecreti magis, quàm profeſſi extiterint, ex Theatro Europæo & præcipuè ex Dn. Forſtneri Epiſtolis, de hoc negotio Pacis elegantiſſimè conſcriptis, breuiter adducam.

Lenta conſultationes nocent Germaniæ.

Locus tractatuum Pacis.

II. Quum in Comitiis Imperij Ratisbonæ an. 1641. placuiſſet Monaſterij & Oſnabrugæ cum duabus potentiſſimis Coronis Galliæ & Sueciæ de pace eſſe tractandum, & interpoſitione Regis Daniæ Chriſtiani IV. laudatiſſimæ memoriæ, Hamburgi de Pacis præliminaribus tandem conueniſſet, magno numero Regum, Principum, Rerumpub. Comitum,

Comitum, Baronum ac Ciuitatum Legati, Viri prudentia ciuili ac rerum Imperij excellentiſſimi Monaſterium & Oſnabrugam confluxere, quorum nomina cum effigie in Theatro Europæo & Adolpho Brachelio extant, vt non immeritò hanc celeberrimam Panegyrin totius Europæ Compendium vocare poſſis.

III. Principio ibi Legati Proteſtantium variè conqueſti de imminutis Imperij libertatiſve jurib. de conſtuprata libertate, de calcatis legibus, & violata præſertim pace, quæ Religioni Superiorum Cæſarum Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano II. cum Ordinibus conuentione pacta fuerat. Auguſtæ Vindelicorum ann. 1555. (*Vid. Theat. Europa Tom.* 5. *p.* 1046. *& ſeqq.*) Optimum ſanè fuiſſet, ſi in hac panegyri primum omnium hiſce grauaminibus, tanquam omnium morborum ſcaturigini, fuiſſet ſatisfactum. Cæterum quod in intentione & executione meritò primum eſſe debebat, id in hoc conuentu vltimum punctum conſtituit ac quaſi appendix pacis fuit, vt adeò ſi tractatuum ordinem & gradus reſpiciamus articulus 10. hujus Inſtrumenti pacis, in primum locum reponi debeat, Vt verum ſit illud *Taciti* (l. 12. Ann. c. 48. §. 1.) *Paucis decus publicum curæ*, & (l. 1. Hiſt. c. 90. §. 4.) *priuata cuique ſtimulatio, & vide decus publicum.* *Quid primum in hoc conuentu ad tractandum propoſitum. Intereſſe Imperij poſt principia collocatur.* *Priuatum intereſſe hodie praualet publico.*

—Reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile, ſollicitis computat articulis.

Cum quo concordat Germanorum noſtrorum prouerbium: *Ein ieder iſt ein Dieb in ſeiner Nahrung: Quiſque ſuæ caſæ: Ieder kramer preiſet ſeine Meſſen.* Etenim quomodo Coronis ſatisfieri debeat, id prora & puppis in hoc Pacis conuentu fuit, exiſtimantes ſine dubio hunc punctum eſſe omnium difficillimum. Vnde quoque celebris euaſit Comitis *Seruientij* vox: *In ſcientiis à facilioribus: In tractatibus pacis verò à difficilioribus eſſe incheandum* (*Theat. Europa Tom.* 6. *p.* 568.) Adeò ſemper juxta juris regulam plus valet quod agitur quàm quod in re ſimulatè concipitur. Dum itaque in principio ſatis diu de hoc puncto deliberatio inſtituitur, non eſt mirum, quod citius pax, belli finis, obtineri non potuerit; quum tamen tricennale in Patria funeſtiſſimum bellum ſatis documentum in omne tempus dederit: *Ciuilibus victoriis cita ac maturata pace ſpongiam eſſe inducendam.* *Punctum ſatisfactionis Coronarum. Priuatum intereſſe vtplurimum publico praualet.*

IV. In Principio autem hujus conuentus per ſeſquianni ſpatium, propter Auſtriacorum cum exteris, Catolicorum cum Proteſtantibus, & horum inter ſe multiplicem diſſenſionem nihil promotum eſt. Comes Trautmansdorfius Cæſaris Plenipotentiarius principio Suecis Pomeraniam, Gallis Alſatiam ſatisfactionis loco obtulit, ratus Ordines Imperij auxilio nudatos Cæſaris arbitrio relinqui. Quæ quum Coronis non ſatisfacerent, Comitem oblationis pænituit. An Cæſarei legati *Pacta cum Gallis.* *Cæſareanorum arcana molitio.*

ad hoc fuerint ab optimo atque Auguſto Principali ſuo inſtructi, an verò proprio Marte hoc artificium inuenerint, non eſt meum rimari, atque adeò nodum in ſcirpo quærere. Duo autem in hoc facto occurrunt, quæ in conuentu Pacis à Statuum legatis digeri non potuerunt, quod Cæſarei ſibi ſoli relicti pro arbitrio ſuo Coronis bona Imperij tam liberaliter obtulerint, quum tamen leges Imperij exigant, in ejuſmodi negotio etiam ſtatuum conſenſum non pro forma ſcenica, ſeè de neceſſitate eſſe adhibendum. Non enim Imperium in Ordines eſt in marſurpio Imperatoris, ita vt partes ejus integrantes, quæ dudum in ſtatuum patrimonium tranſierunt, pecuniæ inſtar per feneſtram ejaculari ei liceat, vt infra ad art.10. Inſtr. Pac. pluribus dicetur. (2.) quod Cæſarei hac ratione non obſcurè ſignificarint, Imperator addictius imperium contra jura & libertatem eorum, affectare intenderit. Prodiit tandem Catholicorum declaratio, ad quam ann. 1646. menſ. Octobr. reſponderunt Proteſtantes, quorum reſponſum Catholicis valde iniquum viſum fuit. Trautmansdorfius dein nouis propoſitis conditionibus aggreſſus eſt Gallos, vt, iis placatis, æmulos Suecis excitaret. Cum Gallis itaque in hoc conuentu primum res eſt compoſita: [*Vid. Inſtrum. Pac. Cæſareo-Gallicum.* Pactum conditionatum.] qui tamen pactis adjecerunt: Omnia pro non dictis atque infectis haberi niſi cum Suecis quoque, & de Ordinum Imperij cauſa [hæc in vltimum locum reponitur] pariter conueniatur. Galli dein Oxenſtirnio Oſnabrugæ rem geſtam expoſuere, magnificè extollentes ſuam in tractatibus moderationem, ac ſperantes eandem & Suecos eſſe adhibituros, Reſponſum à Suecis, gratulari ſe Regi Galliæ de felici hujus rei exitu: Cæterùm Sibi Imperij cauſam propria ſatisfactione potiorẽ, neque de hac vnquam ſe pacturos, niſi de illa prius tranſigatur. *En linguam iam mente diſcordem.* Regeſſerunt Galli, eandem ſibi quoque mentem eſſe, ſed de re conſentientibus, nihil referre, quo ordine rem aggrediare. Perſtitere tamen Succi, *vnde belli cauſa, inde fœderum & concordiæ initia facienda eſſe aſſerentes. Rectè quidem: vtinam in praxi hoc apparuiſſet.* Poſtquam Monaſterium redierunt Galli, Sueci diffamati fuerunt, quaſi concordiæ odio pæne ſoli bellum malint: Contrà qui Suecis faucbant: affirmabant: *Gallos priuatam vtilitatem Imperij ac ſtatuum cauſæ potiorem ducere, vtilitatibus tantum fœderum religionem æſtimare.* An vtrumque falſum fuerit, ego, tanquam *cibum magnorum ſtomachorum*, non concoxerim. Comes Oxenſtirna tamen Deo teſte aduocato ſanctè aſſeruit: Suecos præter ſuam (*nam quiſque ſibi proximus, & ordinata charitas à ſe incipit, interulàque magis quàm tunica ſtringit.*) Proteſtantiumque ſalutem & ſecuritatem nihil cupere affirmauit. Bonum quidem dictum, cui tamen praxis non conuenit, vt deinceps

Alienatiò Imperij bonorum non eſt ſolius Cæſarij.

Alterum artificium Cæſareorum.

Æmulatio Suecorum contra Gallos ob prius indeptum vsde.

Galli.

Sueci.

Intereſſe priuatum.

deinceps audiemus. Scilicet exteris propugnatio Germaniæ libertatis ſemper in lingua & calamo fuit prompta; eſt altâ mente volutarunt, quomodo vnâ vel alterâ pennâ Aquilam denudare, eamque ſibi aptare poſſint. *Man hat die propugnation der Teutſchen Freyheit allezeit uff der zunge gefurt, aber das proprium commodum im Herzen gekocht getragen.* Notabiles ſunt *literæ Axelij Oxenſtirnæ* de dato 1. Decembr. ann. 1645. ad filium Ioannem Oxenſtirnam Oſnabrugam ſcriptæ, quas exhibet *Paſterius* in Floro Germanico (p. 52. 53.) in quibus inter cætera: *So lang als* rerum Germanicarum reſtitutio in priſtinum & veterem ſtatum *unſer* prætext propter regni intereſſe & proprium noſtrum: *ſo iſt daſſelbige, vvelches vnſere vvege* juſtificiret, *kan auch nicht von iemand* [*er ſey von vvas religion er vvolle*] *getadelt vverden. Darüb müſte dieſes auch ſein als ein* principium *der* tractaten. Et poſt: *Von der Cron Schvveden* ſatisfaction *darüber muß erſt in genere* tractirt *vnd ein* conſenſus expracticirt *vverden, ehe man kommet* ad particularia, &c. *Hie müſſet ihr deſvvegen vorſichtig gehen, vnd eüch im anfang an den erſten articul gegen Teutſchland* reſtitution *halten, vnd lieber den Frantzoſen eine* mutual cooperation *zu beyder Cronen beſtes vorſchlagen, vnd dan erſt von Pommeren gedencken, daſſelbe müſte vvol bedacht, vvie auch die* cooperation *acceptirt, mit der* limitation *daß die Haubtſach dadurch nicht verderbet vverde, vnd vnſer* ſcopus *außbreche*, &c. Ita belligerantes loco juſtæ cauſæ tantum nudos & inanes prætextus allegare ſolent, & fauorabiliores cauſas in vulgus edere, ſecretiores, quæ interdum ſolæ cauſarum nomen merentur retinere. Dantur itaque heri & hodie peculiares veſtes & pallia, quæ bellis induuntur, ceu fatetur Laurentius Medices [apud *Machiavell.* l. 8. Hiſt. Flor.] *Potentiores quas inferunt injurias, ſemper honeſto aliquo titulo operire ſolent.* Leo Magnus jam olim ad Theodoſium Imp. ſcripſit: *Mortalibus pronum ſacra prætexere deſideriis.*

Literæ Axelij Oxenſtirnæ.

Suecorum intereſſe in bello Germanico.

Bellis in hodiernis prætextus loco veræ cauſæ allegantur. Kriegs Kappen.

V. Proteſtantes probè animaduertentes, quem ſcopum Coronæ ſibi præfigerent, ne januam tractatuum clauderent, tempeſtiuè tranſigendum judicarunt, Hortante itaque Dn. *Comite von Trautmanſdorff*, Cæſaris Plenipotentiario, ann. 1646. menſ. Nou. cum diu vtriuſque religionis ordines commercio abſtinuiſſent ad intermiſſa negotia redierunt; & quoniam mutuis libellorum concertationibus nihil profici apparebat, per delectos ab vtraque parte colloquiis rem tentare placuit. Sed ſtatim omnia turbata; & Oxenſtirnius æmulatione accenſus, quod Ordinum controuerſias, quarum arbitrium Suecis delatum dicebat, ab aliis tractari, eamque cauſam Oſnabruga Monaſterium tranſferri videret; paulò poſt aperta porta nocte media Oſnabrugam rurſus contendit; quod ipſum non hoſtes modò ſed etiam amicos & Fœ-

Nota Oxenſtirnium rerum arbitria captantem.

deratos offendit: *Eò recidiſſe Imperij Ordinum res, vt facere pacem per Suecos non audeant, Ordinum ſaltem diſſenſiones foueri, prætextus futuras bello continuando.* Res eò tandem rediit, vt prius de Suecorum ſatisfactione (provt illa *art.* 10. *Inſtr. Pac.* habetur) tranſactum ſit.

Satisfactio Suecorum obtenta ante Ordinum cauſam. Priuatis commodis obtentu publica commoda frigidè vrgeri ſolent. *NB.*

VI. Cæptum eſt dein de Statuum quoque Controuerſiis inter Trautmansdorfium & Saluium agi, præſentibus aliquot Statuum delectis. Catholicis nihil concedentibus, Trautmanſdorfius imperioſis verbis vſus tanquam victis leges diceret, tacente plerumque Saluio aut frigidè contradicente. Metúlne, an propriarum ratio vtilitatum, an vtrumque ſubitum iſtud gelu Suecorum pectoribus injecerint, vt quiſque volet, credat. Poſtquam hoc colloquio nihil profectum; Catholici d. 21. Nouemb. 1646. nouas conditiones ſcripto propoſuerunt, quæ viſæ ſunt multum prioribus mitiores, eæque effecerunt, vt infelici quorumdam diligentia tricarum nodorúmque nectendorum, neque modus neque finis apparuerit: Multi retulerunt, quod Sueci apertè teſtati fuerint: Ægre laturos, ſi concordia Ordinum ipſorum Satisfactionem præuertiſſet. *Miſera conditio, non niſi alieno arbitrio bellum aut pacem habere non licere.* Satisfactio tandem Suecorum pleniſſimè peracta, provt in Inſtr. Pac. habetur. Inde ad Ordinum Imperij litem reditum, non ſine acerba quorundam cenſura, vltimum fieri à quo incipi debuerit, ſcilicet *Gallis Suecisque potiſſimum præcipuumque finem fuiſſe ſua commoda, aliena, quamquàm in belli prætextum adſumpta, poſtremo loco & veluti cæterorum appendicem tractari.*

Vide quomodo charta luſoria in Statiſtico Pacis tractatu miſceantur. Ea firma demum pax cuius conditiones honeſta & libera.

VII. Sequenti colloquio in ædibus Trautmanſdorfij, quum Catholici admodum contumaces eſſent, rumor fuit in vulgus, Gallorum inſtinctu illos animari: Conjectura etiam erat, Suecos quoque tantis præmiis delinitos de vehementia multum remiſſuros. Cæſareorum ſanè firma hæc ſpes erat. Poteſtantes tamen poſtea inuitante fortuna ac Suecorum beneuolentia tuti pertinaciam pertinacia vlti ſunt. Fuerunt tamen *multi ex Proteſtantibus*, qui *cogitarunt volubilem eſſe fortunæ rotam, eamque dum ſplendet, frangi poſſe, neque firmam pacem, quæ alteram partem ad deſperationem adigat: Conſenſum quidem eſſe, ſed coactum; grauaminum nodos, Alexandrino quaſi gladio violenter diſſectos, perpetuum odiorum virus cruorémque ſtillaturos.* Et licèt Proteſtantes magnitudinem Suecorum adſciſcant aduerſus Catholicos: hos tamen ſimili fauore Gallos appellare poſſe. Dum calent hujuſmodi animorum motus Palatina quoque cauſa, hactenus ſepulta, poſtea agitari quoque cœpit. Infecta re tandem à colloquio diſceſſum.

Quum hactenus illâ viâ non ſuccederet pacis negotium, Sueci dein obſtinatè

obſtinatè rurſus agere cœperunt, quæ res vehementer anxit Cæſareos, qui ſatisfactione tam ſplendida, illorum animos expugnari mitigaríque poſſe ſperabant. Exortæ dein ſunt Catholicorum aduerſus Proteſtantes minæ, ſed, ſine viribus, vanæ. Viribus tum erat defectus Cæſaris exercitus, ac proprio bello Hiſpanus cum Portugallis & Catalauniis diſtinebatur.

IX. Deferbuerunt tandem minæ, crebriſque colloquiis, conuiuiiſque gradatim multi grauaminum puncti abſoluti. Quum igitur pacis negotium maximè vrgerent Proteſtãtes, illi, ann. 1647. menſ. Nouemb. Plenipotentiarios Cæſaris Dn. *Comitem de Lamberg*, Dn. *Volmarum & Dn. Crane* adeuntes, palam Catholicorum moras in puncto grauaminum Eccleſiaſticorum incuſarunt; Per ſe non ſtare, quò minus pax mutuò coaleſcat: Catholicos eſſe in mora. Reſponſum tamen tulerant à Legatis Imperatoris: *Es hieſſe, ſat citò, ſi ſat bene. Solte der Friede beſtand haben, ſo müſſe man ſich auch darnach ſchicken.* (*Theat. Europ. Tom. 6. p.* 280.) *Per colloquia & conuiuia partium pax promouetur.*

X. Non minimùm Pacis negotium impediuerunt mutuæ ſuſpiciones, ac metus ſecreti magis, quàm profeſſi, vt ſolent, qui ſuſpicionibus premuntur, viciſſim ſuſpicari, &, qui timent, timeri. Gallis magnitudo Suecorum maximè fuit inuiſa & ſuſpecta (adeóque auxilia promiſſa aliquanto tardius ſubmittere cæperunt) præſertim quum illa quotidie in maius ſurgeret poſtquam Torſtenſohnius ad Lipſiam & Iancauiam rem feliciter geſſiſſet, ac poſt eum Campi-Mareſchallus Wrangelius in Sueuia ac Bauaria Auſtriacis & Bauaricis perpetuum metum incutiens ad Sigmershuſam bene in hoſtem pugnaſſet. Sunt qui credunt Suecos, ſecundæ fortunæ bellicæ aurâ afflatos, Germanis adhuc pacem inuidiſſe. Sanè quum ann. 1645. menſ. Iun. Gallo-Vinarienſes & Haſſi-Cæſareanos prope *Allerheim im Rieſz* [qui pagus inter Nordlingam & Donavverdam ſitus] grauiter afflixiſſent, *Axelius Oxenſtirna* tum ad filium Oſnabrugum ſcripſit: *Das er* cautè *auff den Frieden, vnd general* ſatisfaction *treiben ſolte*, prout refert Paſtorius (*in Flor. German. p.* 42.) Adeò verũ eſt illud *Vellei Paterculi* [l. 2. c. 25. vbi Dn. *Bœcler:*] *Quibus peſſima & immodica cupiditas eſt, non poteſt pax placere.* add. *Tacit.* l. 2. Hiſt. c. 37. Hoc ergo eſt tempus de pace agendi, dũ ſibi vterque confidit, & pares ambo videntur: Si verò alteri paulum modò tribuit fortuna; non eſt vſurus conditionibus pacis is, qui ſuperior videtur, neque erit æqua parte contentus, qui ſe omnia habiturum confidit, vt vere ſcribit Imperator Iulius *Cæſar* (lib. 3. de Bell. Ciu. p. m. 555.) *Cauſa interiores lentitudinis tractatuum pacis.* *Axelius Oxenſtirna. Sueci victores Martis feroces pulſos Mercurij innocenti prœli præferunt.* *Pacis concludẽda aptiſſimum tempus.*

XI. Proteſtantium quoque in hoc conuentu magna animorum fuit diſſenſio, quæ negotium pacis non parum retardauit. Quidam, Catholicorum religionem Suecorum auxilio tollendam ſuaſerunt. Æquum *Proteſtantiũ diſſenſio animorum in-*

conuentu Oſnabrugenſi.

eſſe ea redhoſtiri Catholicis, quæ ipſi proteſtantibus intentabant. His alij contradixere: *Impia eſſe arma, quæ Imperio alteram manum amputent: ex Proteſtantibus & Catholicis conſtare illud magnum corpus: Pacem vtrique religioni, Imperatoris atque Ordinum ſanctione, datam, nec infringendum nec attemperandam eſſe Humanius eſſe credere, veróque propius, nec Cæſarem nec Catholicos Principes, abrogatâ de Pace religionis conſtitutione, Lutheranorum exitium quæſiuiſſe, & quæ in contrarium ſuperioribus annis diſputata ſunt morbum haud ſe retinentium ingeniorum, & Sholaſticorum πολυπραγμοσύνην fuiſſe.* Et hi, mediam viam ſecuti, concordiam cum Catholicis ſuaſere quidem, ita tamen vt mora & trahendi artibus opimiores adhuc conditiones elicerentur. Tertij in præcipitio ſtantes, omnes abrumpendas eſſe moras clamitarunt, valedicendum ſpei & fortunæ: Facile eſſe magnum animum induere procul à Cæſaris & Catholicorum armis, ad Albim & Viſurgim ſedentibus, &, vbi quid hoſtile ingruat, Suecorum ex proximo auxiliis tutis. Vim Cæſaris ac potentiam Catholicam proximis ingruere, ab his tributa & annonas exigi, hos hibernis premi, ne hiſcere quidem auſos. Præuertendum igitur in iſta commodorum damnorumque dubia æſtimatione, in iſto ſperandi timendique confinio, & dum licet, æquis conditionibus cum Catholicis tranſigendum, id quoque ad pacis durationem præcipuè politurum, *quam ſimus habituram bonam firmamque, ſi leges vtrinq; honeſtæ; incōſtantem ac infirmam ſi ſecus.* Hi animorum motus Proteſtantium fuerunt quum in pago *Lengern*, inter Monaſterium & Oſnabrugam medio, an. 1646. d. 7. Aug. conueniſſent.

N B. Media hæc ſententia res Imperij conſeruat, prout nunc quidē Reſp. ratioſe habet.

Negotium pacis promouetur.

XII. An. 1648. negotium pacis incaleſcere ac maximè feruere cœpit, ita vt conuentus & colloquia ſingulis diebus, ne Dominico quidem excepto, horis ante & promeridianis vſque ad 8. aut 9. horam veſpertinam, celebrata ſunt (*Th. Europ. T. 6. p. 560.*) Tandem itaque die 27. Iul. ſt. Iul. horâ 9. antemeridianâ Electorum, Principum ac Statuum legati in Curiâ Oſnabrugenſi comparentes, omnes inde in Domum Cæſareorum Legatorum ſe contulerunt, ibique in ſpatioſo cænaculo Cæſarei, ac Suecici ad ſeparatam menſam; Electorum, Principum ac Statuū legati (quibus iuxta diuerſas curias ac collegia ſingulis ſingulæ menſæ erant adornatæ) omnes ordine quiſque ſuo conſedere. Dum itaque ſummo ſilentio arrectiſque auribus attenti ſunt Dn. Volmarus, Plenipotentiarius Cæſareus, Inſtrumenti Pacis Cæſareo-Suecici articulos conceptos clara voce omnibus prælegit, Vbi, dum legati auſcultando ſua exemplaria diligenter conferunt nonnullæ correcturæ ſunt inſtitutæ, quibus peractis, *Legati* mutuò *præuia gratulatione, dextras* fidei ſinceræ ſignum, *iungentes ſtipulati ſunt, tranſactionem,* vti prælecta erat, ratam ac *immutabilem manſuram.* (*V. Th. Europ. T. 6. p. 561. 562.*)

Notetur Stipulatio omnibus Græcia fortunis potior.

Tanta

Tanta molis erat Germanam condere pacem.

XIII. Die 26. Septemb. Bauarici legati Monaſterij Dno. Volmaro retulerunt: *Das S. Ch. Durchl. über der friedfertigen Ständen zu Oſnabruck mit Herrn Graff Seruient abgehandeltem Schlus von hertzen erfrevvet. Sie hetten denſelben alſo befunden, das ſolcher Frieden als vom Himmel herabgeſchickt billich zu* amplectiren. (*Th. Europ. T. 6. p. 581.*) Forſan metus Suecorum Campi-Mareſchalli, qui tum in Bauariâ ad Oenum conſtitit. (*Th. Eur. T. 6. p. 582.*) hoc teſtimonium expreſſit. Hoc tempore etiam Dn. Volmarus ex magni alicujus Principis Legato quæſiuit: *VVas er vom Frieden hielte? R. Alles guts.* Quum porrò quæreret: *ob er Legat vermeine das den Kronen Ernſt zum Frieden?* reſpondit: *Man müſſe ihnen ſo lang Glauben zuſtellen, bis das* contrarium *erſchiene.* (*Th. Europ. T. 6. p. 581.*) Vt adeò etiam ex hoc pateat Pacem Germanicam inter ſuſpiciones, ac metus ſecretos ſub clypeo eſſe ſancitã. Quod ſi verum eſt illud Politicorum: *ſub clypeo cum bona* (vt loquuntur) *reputatione omnium optimè ſecuram pacem concludi poſſe*; id vel maximè ad hanc Tranſactionem Weſtphalicam applicari poterit. Prout enim Cæſareanorum ac Suecorum fortuna ſuperior vel inferior fuit, ita vel intenſius vel remiſſius quoque hoc *negotium pacis* incaluit vel refrixit: *in quo* conficiendo *multum olei & operæ eſt inſumptum*: *bene tamen eſt, quod opera non ſit perdita.* Plurimi quidem fuerunt etiam inter Catholicos Status, præſertim Epiſcopus Oſnabrugenſis cum 17. votis ſuis, qui pacem, ita pactam, pro ratâ ac gratâ accipere noluere: verùm eo non obſtante Pacifici quorum majora vota pacem poſcebant, præualuere. Præclara eſt in iſtos Male-contentos Comitis *Seruientij*, Regis Galliæ Plenipotentiarij vox, qui Oſnabrugæ an. 1648. die 3. Sept. quum omnia eſſent facta atque tranſacta, tractatus cum hoc voto finiuit: *Faueat Deus conatibus noſtris, & diſperdatur, qui cupit bellum* (*Th. Eur. Tom. 6. p. 580.*) Quamquàm idem ille *Seruientius* religioſo cuidam tum temporis de conciliatâ pace Germaniæ congratulanti reſponderit Monaſterij: *Imò, Pater, habetis Pacem, ſed nimirum non niſi ſecundum potentiam interpretantium validam ac firmam*, vt refert Aut. Prodromi Cromvvellij detecti. p. 4. Dominus Volmarus porro die 11. Septemb. Monaſterij ad Statuum Deputatos dixit, *Das I. Kay. May. bey dem vvas mit Schvveden tractiert vvorden nicht allein*, non attentis quorundam contradictionibus, *bleiben laſſen, ſondern auch Ihnen Befelch ertheilet habe die* contradicenten *zu diſponiren, das ſie* amore Pacis *zu dem Oſnabruckiſchen* concluſis *gutvvillig verſtehen, vnd von ihren* prætenſionibus *abſtehen vvolten.* (*Th. Europ. T. 6. p. 581.*) Sapienter ita Auguſtiſſimus ille Pater Patriæ Germaniæ pacem ſibi ſupremam legem habuit. Quavis tutâ enim conditione pacem malle debemus quàm viribus cum va-

Bauari iudicium de Pace.

Pax Oſnabrugēſis ſub clypeo confecta.

Pacis VVeſtphalicæ oſores.

Seruientii vox plena affectionis pacifica.

Iudicium Seruietii de Pace Monaſt.

Volmari reſolutio.

Amor pacis publ. ca ſuprema lex eſto.

lentiore certare, (Vid. *Lipſ.*l.5.Pol. c.19.) ac à fortuitis bellorum in

Pax iuſta & ſub Clypeo confecta non ſpernenda.

tutum res ſuas ſubducere vtilius, præſertim eo rerum momento cum ab vtraque parte armata dextra loquitur. Sub clypeo enim melius ſuccedit Pacis negotium, vt ſcribit *Guil.Neubrigenſis* [l.2.Rer. Angl. c.12.] *Es iſt gut vnter der* conduite *Des Degens Friede zu tractiren.* (V. *Piccart.*in Obſ. Hiſt. Pol. dec.13. c. 8.) Quomodo Dn. Volmarus Reſolutionem Cæſaream, Steganographicè ſcriptam eruere laborarit Vid. in Theat.Europæo l.c.p.584.585.587. Non eſt dubium Hiſpanum

Hiſpanorũ conatus Paci aduerſãtes.

hoc tempore obnixè eſſe conatum, vt quouis modo negotio huic pacifico manum injiceret, creditumque multis, Contradicentes iſtos Hiſpanicis ſpiritibus fuiſſe afflatos. Cæterùm quum Hiſpanus hoc tempore in Flandria cladem accepiſſet, præſens belli ſtatus multos è contradicentibus Pacificationi Vveſtphalicæ fauentiores reddidit. [*Theat. Eur. l. c.*] Non tantùm plurimæ illuſtres perſonæ [inter quas præcipuè Hiſpaniæ Rex & Lotharingiæ Dux] ſed etiam maxima pars priuatorum qui Pontificem Romanum adorant, eiuſque inquieto & crudeli ſpiritu agitantur, huic paci vehementer reluctati. Fama tenet [vt mihi à Reuerendo Viro M.Buſchero, Diæceſis Oſnabr. ſacrorum Antiſtite,

Pontificii oſores pacis Germanicæ.

Notabile Symbolũ aduerſus Pacem.

Curia Romana Imperii intereſſe impedire nititur.

an. 1662. in itinere Groning. relatum) Chor, Epiſcopum Hildeſienſem, qui tum ibi vna adfuit peculiare ſignaculum ſibi tum confici curaſſe, cuius apoſphragiſma fuit *ſerpens*, *oleæ folium ore gerens*, cum hac epigraphe: *Angeli pacis amarè flebunt.* Ipſa Curia Romana clam palamvè per Nuncium ſuum Fabium Chiſium nihil non egit, ne Pax (cuius nomen dulce, res verò ipſa ſalutaris) in Imperio noſtro coaleſceret: ex quo cernere eſt, cuius ſpiritus filij ſint iſti pacis Dardanarij. Curia illa pacem iam fauente ſummo Numine coalitam ſæuiſſima Bulla, facinore planè inſolente, damnauit, ac, quantum in ſe fuit proſcripſit, nulla miſeriarum, nullâ periculi, filiorum etiam ſuorum, quos vocat, ratione habita. Iiſdem furiis incitati alij, partim proteſtationibus, partim libellis editis, ſtatim naſcenti paci vim auctoritatemque detrahere annisi ſunt, quum tamen hi ex bello grauiſſimum damnum ſenſerint, & periculo, omnia ſua perdendi, propriores fuerint; Incendebat illos homines nihil perinde atque dolor ſubductorum ventri pinguium aliquot patrimoniorum. Obtentui tamen pertinaciæ religio fuit, ſiue potius improba ſuperſtitio, quæ craſſos animos ita occuparat. Hi de die in diem paci multiplicem remoram injiciebant, pereunte interim Germania. Primum omnium his temporibus inter li-

Libelli pacẽ oppugnantes

bellos, paci aduerſos, prodiit *Iudicium Theologicum* perſonati cuiuſdam *Ernesti de Euſebiis*, ſucceſſit mox *iudicij* illius *Theologici Vehiculum & Inſtrumenti Pacis Ponderatio.* (*Vid. Dn. Conring. in Præfat. libelli de Pace perpetuâ inter Ordines Imperij religione diſſidentes ineundâ.*)

dâ.) Superuenit poſt ex ipſâ Tarpeiâ arce in Pacem fulmen horrendum, velut in vltimum complementum furoris, tranquillitati noſtræ aduerſantis. Ne quidquam videlicet turbandæ Germaniæ idoneum omitteret, ille ab initio vſque mendax & latro ſpiritus oppoſitus Sancto & miti Pacis Spiritui. Fuit tamen ille conatus irritus; ac in tantum prævalebat Spiritus Sanctus, vt vnanimi omnium ſententia, non attentis Romanis ſiue fulguritionibus, ſiue tonitribus, ſiue fulminibus, in publicas & perpetuas Imperij leges vtrumque Pacis pactum receptum ſit; quo nomine immortales Deo gratias debemus. (*Dn. Conring.l.cit.*)

Bullans Papa Paci aduerſus.

Pacifici prævalent.

XIV. Salutaris itaque Germaniæ Pax, Palladium illud, atque arx Imperij inexpugnabilis, ann.1648. die 14.24. Octobr. à S.Rom. Imperij Deputatorum Extraordinariorum & aliorum Electorum, Principum & Statuum Legatis Plenipotentiariis ſubſcripta, eorundemque ſigillis munita. Dein 13. 23. Decembr. Ratificationes item Cæſarea & Suecica Monaſterij à horâ nonâ matutinâ vſque ad quartam pomeridianam inuicem collatæ ſunt, (*Th.Eur.T.6.p.626.*) & Permutatio Ratificationum poſtea ſubſecuta die 8. Febr. Ann.1649. cujus actus egregia curialia: vide in *Theat. Europa.* [*T. 6. p. 655. 656. 657. 658.*] Pacis oſculum & mutuæ complexiones inter partes, Ratificationes de manu in manum tradentes dein ſubſecutæ, tormentiſque vndique exploſis, dulcis harmonia, eleganter à Muſicis in D. Lamberti turri adornata, pacis Germanicæ lætitiam abundè ſignificauit: die 10. Febr. campanæ & majora tormenta ſimul inſonuere, & 11. die Febr. (*V. Theat. Europ. T. 6. p. 592. 593.*) Deo Ter. Opt. M. pro Pace clementer conceſſa, ſolennes actæ ſunt gratiæ. *Hoc modo Intereſſe Imperij publicum, per triginta annos ſæuiente Bellona neglectum: rurſus ex orco quaſi in lucem reductum.* Deum ſupplex veneror, vt pacem illam, poſt triginta annorum lamentabile bellum benignè Germaniæ reſtitutam, perpetuam, aut, ſi id peccata noſtra prohibeant, tamen diuturnam velit efficere; quò concordia inter Germanos, quando diuinarum (eheu!) non licet, humanarum ſaltem rerum, ſemotis affectuum & errorum nebulis, ſincerè & prudenter omnium amore reuireſcat, floreat atque perennet. Det quoque Summus noſter Seruator, Deus Deo natus, vt porrò, ciuili concordia emollitis animis partium, amor quoque inſtilletur Pacis in Domo Dei conſtituendæ, quo vna, ſacro ipſius Verbo monſtrata via incedentes, vnumque Deum vna lege omnibus litigiis conſopitis venerantes, æternæ felicitatis beatitudinem, diſſimili fulgore pares, adipiſcamur.

Pax concluditur & ratificatur.

Mandatariorum negotia nulla ſunt ſine ratificatione mandantis.

Permutatio Ratificationum.

Intereſſe Imperij reuiuiſcit.

Votum pro Pace.

XV. Priuſquam primum membrum hujus diſcurſus de negotio Pacis claudo, non poſſum non commemorare inſignē laudem Trium-

uirorum [quamquàm & cæteri ea non defraudentur] qui ſtrenuè & animosè Proteſtantium Rempublicam in hoc pacis negotio defenderunt ac promouerunt. Illi fuerũt Magnifici viri Dominus *VVolfgangus* *Thũbshirn.* *Conradus à Thumbshirn*, Conſiliarius Altenburgenſis ac Coburgenſis. *Langenbeck.* Hunc excipit Dominus *Henricus Langenbeck* Ducis Brunſuico-Lynæburgici Cellenſis hoc tempore Conſiliarius intimus ac Pro-Cancellarius, nunc verò Sereniſſimi ac Celſiſſimi Principis, Domini Ioannis *Lampadius.* Friderici, Duc. Brunſ. ac Lynæb. Sanctior Conſiliarius & Cancellarius, Tertius, quem nomino, eſt Dominus *Iacobus Lampadius*, Leoſteina-Brunſvvigius, itidem Sanctior Conſiliarius Sereniſs. Ducis Brunſvvigo-Lyneburg. ac Procancellarius. Hi Triumviri partes Proteſtantium in hoc conuentu de Pace, præcipuè tutati ſunt. Quum ann. 1647. rurſus aſſumptio tractatuum coram Plenipotentiariis Cæſaris ab *Mobilitas animorum in Pacis tractatibus. Episcopus Oſnabrugenſis Franciſcus VVilhelmus Pacis tuitioni moras iniicit.* Euangelicis vrgeretur: *Dn. à Thumshirn* inter alia ita ad Cæſareanos: *Es ſey faſt eine Sache mit den Tractaten, als vvan Kindern Puppen oder docken vorgezeigt, vnd hernach vvieder vveggenommen vverden: Bey dem Biſchoff von Oſnabruck ſey es allein ein priuat affect, ſolle vmb des vvillen das ganze Römiſche Reich leiden? Er vverde dieſe* moram *ſchvverlich verantvvorten: Gott verfluche in ſeinẽ vvort die ienigen, vvelche über der armen elenden Nothleidenden Leüte Elend ſich nicht erbarmen, vnd den Frieden haſſen.* (*vid. Th. Eur. T. 6 p.* 282.) Dn. Doct. *Lampadius* [qui poſtea ann. 1649. d. 11. Mart. hiſce tractatibus immortuus, ac tandem ſolemni pompa, Monaſterio per Oſnabrugam deductus Hannoueræ tumulatus] cum etiam dixit: *Habe der Biſchoff zu Oſenbruck luſt zu* Kriegen: *ſo möge er es für ſich thun, vnd* præſtire reliquis cautionem. Episcopus Oſnabrugenſis verò hoc prætextu tractatuum nouam aſſumptionem morabatur, quòd Cancellarius Colon. D. Buſchman, ad Electorem Brandeburgenſem ob Epiſcopatum Mindenſem miſſus, non redierit. De qua miſſione Dn. D. *Langenbeck* elegans tulit judicium: *Das dieſe Schickung den Frieden mehr aufhalte, als befordere; Man vvolte das ienige vvas abgehandelt vvorden gern vmbgeſtoſſen ſehen.* (*Vid. Th. Eur. T. 6. p.* 282.) Quod executionem Pacis attinet, de illa infra *ad Artic.* 16. *Inſt. Pac.* agemus.

MEMBRVM

MEMBRVM II.

De Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suecico.

XVI. Quod porrò ipſum hoc Pacis Inſtrumentum concernit, conſtat illud Prooemio, Tractatu ipſo, & Concluſione. Tractatus conſtat 17. articulis quorum ſumma hiſce verſiculis eſt expreſſa. *Inſtrumenti Pacis diviſio.*

Articulis *ſeptem & denis* Pax Suecica conſtat *Notentur verſiculi.*
Primus amicitiæ conjungit fœdere partes:
Præteriti immemores vult læſos eſſe *ſecundus*:
Priſtina reſtituit *ternus* ſua jura cuique:
Enumerat *quartus* ſpeciales reſtituendos:
In ſacris *quinus* conflata grauamina ſoluit:
Heluetiis *ſextus* dat libertatis honorem:
Septimus in fædus Caluinum pacis adoptat:
Iura Politiæ Statibus *bis quartus* adumbrat:
Flori reſtituit veteri commercia *nonus*:
Bellorum *decimus* partitur præmia Suecis:
Brandeburgiaco *vndecimus* Pomerana reſarcit:
Mechlenburgiacis *bis ſenus* adempta rependit:
Brunſvvigum *decimi* demulcent munera *terni*:
Dat Confeſſori *decimus* ſolatia *quartus*:
Haſſum *terquino* placant & Clerus & Haſſus:
Arma *bis octonus* ſiſtit pacemque reducit:
Septimus hanc firmat *decimus* redditque perennem.

XVII. Quod ſtylum hujus Inſtrumenti attinet, ſanè illum multis in locis valde eſſe intricatum & obſcurum pridem prudentes animaduerterunt. In cauſa Vicariatus Palatini, & ejectione Capuccinorum ex vrbe Hildeſienſi pro & contra paragraphis ex hoc Pacis Inſtrumento ab vtraque parte allegatis, diſputatum, vt ſuis locis videbimus. *Sereniſſ. Elector Palatinus* in literis de dato Londen d. 22. Decembr. 1648 ad Statuum Euangelicorum Legatos ita inter cætera: *Das die in Truck ſpargirte* Inſtrumenta Pacis *zimlich incorrect vnd an etlichen Orten etwas* obſcur *zu ſeyn ſcheinen, durch deſſen vngleichen Verſtand manche* reſtitution *gehemmet werden könte.* (*Th. Eur. T. 6. p.* 607.) Quod Dominus Elector, perſpicaciſſimi ingenij Princeps, longè ante præuidit, id poſtea in celebri Vicariatus controuerſia euenit, vt infra [*ad art. 4. Inſtr. Pac.*] monebitur. Plurima tamen loca paulo obſcuriora bene illuſtrari poterunt, ſi adhibeatur verſio Germanica quæ habetur in Theatro Pacis *Stylus Inſtrumenti Pacis.* *Iudicium Electoris Palatini de inſtrumento Pacis.*

Noribergæ edito. Editus quoq; Spiræ eſt Index in illud Inſtrumentum, qui non pauca illuſtrat. addatur Tom. 5. Limnæi: *Grundueſt des Reichs:* & Sprengeri Lucerna; itẽ Ellychnia aliaq; ejus juris publici opuſcula.

Inſtrumentum Pacis hodie diligenter euoluendum.

XVIII. Hoc Inſtrumentum Pacis, quod jam illuſtrandum aggrediemur, tanquam ſcriptum juris publici nouiſſimum (quùm lex poſterior ſemper priori deroget) meritò præ cæteris diligenter erit euoluendum, ac memoriæ infigendum. *Innititur huic ſcripto hodiernus Imperij ſtatus, plurimorum Imperij Electorum, Principum ac Statuum intereſſe in illo eſt reconditum.* Pulcherrima ſunt verba, Eitel Friderichs *von Herden in der Grundueſt des Röm. Reichs (in præfat. p. 7.)* quæ hanc rem illuſtrant: *zu remedirung vnd Abvvendung des für augen geſchvvebeten gänzlichen vntergangs (des H. R.) hat doch noch lezlich der König aller Könige, vnd Herr aller Herren ſeine Gnade vnd Segen verlihen, das durch den zu Oſenbruck getroffenen Friedenſchlus beides in* Eccleſiaſticis *ein gutes ziel geſteckt, als auch ſonſten ſo viel die bis dahin negligirte heilſame* harmonie *des Reichs vnd* jura Statuum *betrift, die Sach zum alten vorigen Stand eingerichtet, oder doch zum vveinigſten anbereitet vvordẽ, vnd iſt nicht zu zvveiffeln, vvofern demſelben ſeines buchſtäblichẽ Inhalts treulich nachgegangen vvürde, es ſolte nicht allein dem Reich innerlich geholfen ſondern auch allen äuſſerlich antrohenden Gefährlichkeiten vnd vberziehungen nachtrücklich geſteuret vverden können.* Hæc ille in ſcripto ſuo, auro contra charo. Conf. *Dn. Forſtner.* ad l. 13. Ann. Tac. p. 447.

Intereſt Imperij vt Pax VVeſtphalica probè cuſtodiatur ac ſecura præſtetur.

Pax armata prævalet inermi.

XIX. Hoc Inſtrumentum Pacis, quum Imperij vinculum & quaſi coagulum ſit, plurimùm intererit, vt illud omnibus numeris probè ab omni impetitione defendatur. *Hodie* enim *is ſtatus rerum eſt, vt non tam charta & papyrus Imperantes ad ſeruanda pacta deuinciat, quàm potentia valida ac firma pacta interpretantium.* Huc referri quodammodo poteſt illud *Ariſtotelis* (l. 2. Pol. c. 8.) *Qui arma non habent, fiunt ſerui eorum, qui habent.* Vnde pax caſtrenſis omnium optima & tutiſſima eſt. *Wollen derovvegen die obern des H. Reichs den Münſteriſchen Frieden erhalten, ſo mügen ſie die Waffen Woll auß der hand aber nicht auß den augen legen.* Etenim hæc Pax variorum patet inſidiis, inter quos Princeps eſt Romanus Papa; vt Germani noſtri non adeò inermes intra ſepta ſua dormientes recubare debeant; ſed potius meminiſſe, quid velit hic verſiculus:

Tempore { *ceu Belli* / *ſic Pacis* } *ſperabo tempora* { *Pacis* / *Belli* }

Hollandorum nummus Pacis ſecuritatem indicans.

Laudanda hic eſt Hollandorum Politica prudentia, qui ann. 1592. nummos cuſerunt, in quorum priori latere ancilla, Hollandiam repræſentans, dormiens in ſeptis ſuis recubabat; apertâ & clancularià vi infeſtata, cum

ra, cum inſcriptione: *Pax patet inſidiis.* In altero latere Hollandiæ repræſentatrix puella, ſedens intra ſepta ſua, bonis præſidiis cuſtodita muniebatur, cum inſcriptione: *Tuta ſalus bello.* (*Wolff.* Tom. 2. Rer. Memorab. Centenar. 16. p. 981.) Huc referendum dictum *Abelis de Serviens.* quod ſupra (h. Diſcurſ. n. 13.) allatum. Confer. *Dn. Forſtner.* (*ad l. 13. Ann. Tacit. p. 447.*) vbi dixit quod hæc *Pax Uveſtphalica tamdiu duratura ſit quamdiu neceſſum erit.* Tricennale bellum noſtram ætatem vidiſſe, omnes meminimus; ſed quis erit tam audax, qui pacem quoque tricennalem vaticinetur? Non rarò enim pax fortunæ ſimilis, quæ dum ſplendet, Germanico veriuerbio ſæpe locum facit, *Glück und Glas, wie bald bricht das?* *Bene* itaque *Imperij intereſſe attenderūt nonnulli Reges & Principes*, qui, quum magni in Imperio motus gliſcere inciperent, anno 1658. d. 15. Aug. ad firmandum & defendendum Inſtrumentum Pacis mutuum inierunt fœdus in triennium. Socij illius fœderis fuerunt Rex Galliæ, Eminentiſſimi Electores, Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis, Epiſcopus Monaſterienſis, Sereniſſimi Principes ac Domini, Dn. Philippus Vvilhelmus Dux Palatino-Neoburgicus, Rex Sueciæ, vt Dux Bremæ, Verdæ, &c. Dn. Auguſtus, Dn. Chriſtianus Ludouicus, Dn. Georgius Vvilhelmus, Duces Brunſvicenſes & Lyneburg. Dn. Vvilhelmus Haſſiæ Landgrauius. (*vid. Diar. Europæ. Paſtor. in Laur. Actor. publ. part. 2. & infra ad art. 8. Inſtr. Pac. in Diſc. de Iure Fœder.*) Hoc modo Pax ſub clypeo confecta, clypeo fœderis quoque defenſa.

Intereſſe Imperij benè obſeruatum.

DISCVRSVS III.

DE

IVRE PVBLICO in genere.

I. ANTEQVAM ad ipſum Inſtrumenti Pacis Prooemium nos conuertamus, pauca prius de iure publico in genere præmittere operæ forſan erit pretium. Quum enim iuris publici Imperij nucem quaſi frangere, nucleumque exhibere propoſitum ſit, non immeritò quædam eius generis hic erunt prælibanda.

Definitio iuris publici.

II. *Ius* itaque *publicum Imperij eſt*: quod ad ſtatum Reip. Romano-Germanicæ conſeruandum ſpectat. Germanicè poſſemus vocare, *Des H. R. Reichs allgemeine Staats, oder Regiments Recht.*

Ius publicū hodie non eſt ex iure Iuſtinianeo petendum.

III. *An* huiuſmodi *publicum noſtrum ius ex iure Iuſtinianeo ſit petendum?* quæſtio olim fuit haud exigui momenti. Hodie tamen negatiua facilè demonſtrari poteſt; Quum enim noſtræ Reip. ſtatus à veteri Reip. Romanæ forma longè ſit diuerſus; liquidò apparet, ius publicum Imperij Romano-Germanici multum diſtare à iure publico Iuſtinianeo, vtpote quum diuerſa reip. ratio diuerſum quoque ius arguat. Vnde ſcitè admodum & verè *Ludouicus ab Hornigk (in Tr. de Iure Poſtarum c.2.p.10.)* ſcribit, quod *hodiernū Imperij ſtatum è legibus Iuſtinianeis eruere, nihil aliud ſit quàm lanam euellere ab aſino.* Pulchrè in rem præſentem collimat Autor *der Donavverthiſchen* information (*part.1. p.171*) hiſce verbis: *Das* ipſa Reip. Germanicæ forma, [ſi de illâ, eorumque, qui Reip. præſunt, regimine, tanquam de illius membris ſermo faciendus eſt] *nicht aus dem Lateiniſchen Rechten, oder* Bartolo *und* Baldo, *ſonder viel mehr auſz des Reichs Loblichen herkommen, und*

dahero

dahero rührenden alten verfaſſungen : auſ der güldenen Bull, Kayſerl. *vnd Königl.* Capitulationem, *deſz Reichs Abſchied vnd* Conſtitutionen *Zunehmen.* Laterem ergo lauant (*Aut. Anon. Collegij Electoralis*, in Elect. Sacratiſſ. Leopoldi Imperatoris, & alij) qui Electores cum Romanorum Præfectis Prætorio comparant. Hic enim titulus multis paraſangis anguſtior eſt, quàm vt auguſto Electorum faſtigio accommodari poſſit. Dignitas enim Electoralis ſecularis, vt cætera taceam, ſuis cum Regalibus ad heredes tranſitoria eſt, quæ in Præfectis Prætorio cum vitâ expirabat. Similiter Rempubl. in qua viuunt, ignorant, & in eâ planè hoſpites ſunt qui Imperij Principes Præſidibus Prouinciarum apud Romanos aſſimilant. Horum errores doctè & egregiè oſtendit Magnif. & Excell. *Dn. D. Nicolaus Myler ab Ehrenbach.* (*in Archolog. cap. 23. in tot.*) & *Dn. Doctor Hahn.* (*ad Weſemb. part. 1. p. 62. 63. 113.*) Summam etiam iniuriam Imperij Statibus inferunt, qui leges Romanas (*v. g. l. 31. D. Legib. l. 9. D. ad Leg. Rhod. l. 3. C. de Quadr. præſcr. l. 1. D. de Conſt. Princ. §. 6. Inſt. de j. N. G. & C. & alias*,) de Pambaſilicis Romanorum Imperatoribus loquentes, ad Imperatores Romano Germanicos accommodare nituntur. Quàm vehementer in eo errent, Reinking, Wizendorf, Stamlerus & alij, infra in *Diſcurſu de Maieſtate Imperatoris ad Procem. Inſtr. Pac.* videbimus. Patet itaque ex his, quod per leges ciuiles Iuſtinianeas non rectè ea decidantur, quæ ſpectant ad ſtatum Imperij Romano-Germanici, (*Vide Domini Coringij libell. de Autoritate Iuris publici Iuſtinianei in Germania.*) Hinc quoque clareſcit intolerabilis *error Bartoli*, qui (*per l. 9. Dn. de Iactu*) ſtatuit Imperatorem adhuc hodie eſſe mundi Dominum, eúmque, qui hoc neget, propter dictum Luc. 2. ℣. 1. pronunciat eſſe hæreticum, quem benè & ſolidè redarguit. *Dn. Conring.* (*l. 1. de Finib. Imper. cap. 1.*) Interim hoc tamen negari non poterit plurimas iuris publici veteris leges adhuc hodie in generalibus ſtatus, (id eſt, in iis, quæ ſtatus noſter cum veteri Romano habet communia) non exiguum habere vſum (*Vid. Habn. ad Weſemb. de j. & j. p. 61. 62.*) & huc forſan ICtus Clariſſ. Dn. *Otto Tabor* reſpicit; Dn. Conringio hoc modo non aduerſus. Vid. Dn. *D. Taboris luculentum Tract. de Metatis & Epidemeticis.*

Ius publicũ vnde hodie petendum.

Electores nõ rectè comparantur cum Præfectis Prætorio.

Principes Imperij non Præſidibus Prouinciarũ comparantur.

Leges Romanæ de maieſtate Imperatoris ſoquentes minus rectè ad noſtros hodiernos Imperatores accommodantur.

Reip. noſtra negotia an ex Legibus Iuſtinianeis decidenda.

Tabor ICtus.

IV. Sunt qui dubitant *an ius publicum in Academiis ſit tractandum?* Aiunt enim hoc ius Scholaſticorum horizontem tranſcendente. Ciuilius mihi ſapere videntur, qui in hac quæſtione diſtinguunt inter ipſum ius publicum & arcana Imperij. Ius enim publicum quatenus conſenſu Imperatoris & Imperij Statuum publicis typis extat, in Academiis (quæ illum in finem inſtitutæ, vt in iis tam publicum quàm priuatum ius doceatur) ſummo cum fructu doceri poteſt ac omnino

An ius Imperij publicum in ſcholis tractari debeat.

debet. *Vvas* publici iuris *iſt, mag kein* arcanum *genennet vverden.* Vt adeò vehementer errent illi, qui è re Reip. eſſe putant, Receſſus Imperij non amplius eſſe promulgandos. Arcana enim Imperij, de quibus in Comitiis tractatur, minimè Receſſibus, id eſt, legibus, in Imperio neceſſario promulgandis, inſeruntur. Qui autem ex Literatis tale ius publicum ignorat, aut negligit, illum meritò Diogenem in dolio diceres, qui, quid reliquus orbis ageret, ignorabat. In aula ius publicum demum addiſcere nimis ſerum foret, nec etiam Principibus vtile. In aula enim non ſupererit tempus diſcendi, vbi ea, quæ addidicimus in praxin ſunt proferenda. (*Vid.* Keller. *de Offic. Iurid. Polit. l.* 2. *c.* 1. *Dn. Limnaus,* Iuris publici Coryphæus, *l.* 1. *de Iur. Publ. c.* 2. *n.* 9.) Interim fatendum omnino eſt pernicioſas eſſe hodie illorum diſputationes, qui vltra modum iuris publici adyta ſcrutantes, vel nimium, vel parum, offendunt. Nimij in hoc genere ſunt, qui ferè omnia Maieſtatis Imperij iura ſoli Imperatori adſcribunt: ordinibus præter ius faſque maiorem Reip. partem priuatis ſuis ſuffragiis abiudicantes, quales ſunt *Reinking, Stamler* & alij, qui magis inter Laudem & Placentiam, quàm Veronam ambulare malunt. Parum verò ſanctam Imperij Maieſtatem venerantur illi, qui ingeniis ſuis ferreis Imperij Capiti, ſemper venerabili, omnem autoritatem detrahere intendunt, in quorum numero familiam ducit Lapideus ille *Hippolitus, à Lapide* (cuius verum autorem Dn. à Dranſe putant) ita dictus, in quo meritò duritiem animi reprehendas, dum virulento calamo Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ euerſionem inter Imperij ſtatus rationes connumerat. Sanè totius Imperij, tam Capitis, quam membrorum, intereſt, vt huiuſmodi exlex diſputandi ac diſſerendi licentia autoritate publicâ coërceatur. Hac enim in re non modò indignitas ſumma ineſt, ſed etiam plurimum periculi. Meritò itaque hæc imprudentia publicis pœnis caſtiganda erat. Atque huc pertinet text. *Inſtr. Pac. Oſnabr.* (*art.* 5. §. 17.) *Capituli Ferdin. IV.* (*art.* 2. *verſ. Zumahl auch diejenigen ſo ſich.*) Fateor etiam in hiſce noſtris Diſcurſibus de Principum, quos hæc aut ſuperior ætas vidit, conſiliis & actionibus, prudentia vel aliquo errore inſignibus, iudicia interdum inſeri. Cæterùm hæc licentia nemini infenſa eſt, vel obnoxia, neque ſtyli petulantia exultat, ſed innoxia libertate decenti ac verecunda modeſtia cenſura, ſiue Syndicatus iſte, vt plurimum aliarum illuſtrium ac minus illuſtrium perſonarum auctoritate peragitur, relinquens tamen illorum iudiciorum alios iudices, quibus præter mortalitatis legem ſolis contingit: *Non erraſſe.* Si quid etiam prolatum, quod melius fuiſſet tacere, illud planè maneat indictum, & liturâ tollatur. Interim iam dudum in eâ opinione ſum: *In libera Republ. Imperij Germanici debere literatorum & Prudentum*

Reinking. Stamler.

Hippolitus à Lapide.

Intereſt Imperij turbulentas in iure publico diſputationes inhiberi.

Proteſtatio autoris de hoc opere.

liberas

liberas eſſe linguas, ita tamen ne Imperij Capiti aut Membris inde periculum creetur. Quod verò liberius paulo in Pontificem & Hiſpanos calamum ſtrinxi, ad id pietatis in Germaniam, communem patriam, lege adactus quaſi ſum, quò furioſas ac callidas machinationes ſpecioſa religionis imágine in perniciem patriæ tendentes, publico obtutui ſiſterem. Scio equidem atque ex ſpecula quadam quaſi præuideo, Pontificios me habiturum eſſe inimiciſſimos, rationeſque meas apud illos parum vel nihil effecturas, etiamſi ſolem manibus portem, cujus ſplendorem illi, qui omnipotentiam Papæ vltra Olympum quaſi extollunt, in oculis ferre non poſſunt; vt pote quum ipſorum luminibus ejuſcemodi glaucoma ſit ſuffuſum, quod ſolet medelam omnem, ab optima quamvis & robuſtiſſima doctrina petitam, reſpuere. Si etiam ab aurora diem rectè deſcribo, facilè quoque poſſum non vanus augur ominari, qualem ſint mecum acturi Neronem Hiſpano-Ieſuitiſati, & impij Politici, qui toti hodie in eo ſunt, vt Papa cum Hiſpano in Chriſtiano Europæo Orbe teneat proram & puppim. Cæterùm ego iſtos omnes, helleboro dignos, ac Orci galea tectos, ſupremo Numine, & fauore Principum Proteſtantium ſat tutus, ad Antyciras nauigare jubeo. Ruant montes, Momoque rumpantur ilia, mihi tamen pulchrum erit pro illuſtri & præpotente veritate laborare, & pro illa prælia ſuſtinere. Nunc ad tractatum ipſum. Veni in adjutorium mî Deus!

DISCVRSVS IV.

DE GERMANORVM Imperio Romano.

Ad verba Prœmij : *Imperio Romano*.

I. IMPERIVM noſtrum hodie dici Romanum, in vernacula lingua *Das Heil. Röm. Reich. Teutſcher* nation, omnibus obuium eſt: Cauſa verò, quare ita vocetur, item an Germaniæ iſte titulus propriè poſſit attribui, forſan non ita in vulgus patet. Nos rem ita Dn. Conringium ſecuti, ex fundamento deducemus.

Imperium Romanum Occidentale decreſcit ſeculo III. & IV. poſt N. C.

II. Quum ſub finem ſeculi quarti poſt N. C. Honorius, & ſeculo quinto Valentinianus III. Imperio Occidentis præeſſent, pleraque Occidentalis Imperij à Germanicis gentibus occupata ſunt. Hiſpania Vandalis, Viſigothis ac Sueuis; Gallia Francis ac Burgundis; Britannia Pictis, Scotis & Anglo-Saxonibus, Vindelicium ac Noricum, vt & Rhætiæ potiſſima Baioriis atque Alemannis, Pannonia primum Hunnis ac dein Hungaris ceſſerunt. Italiam primùm Heruli, mox Oſtro Gothi inſederunt. Seculo poſt N. C. VI. Iuſtinianus Imp. in Italia quidem per Beliſarium recepit nonnulla, quæ tamen poſt illius obitum Longobardis ceſſerunt, qui tandem omnem pæne Italiam, pulſis Cæſareis præſidiis, ſubjugarunt, exceptis duabus Vrbibus Roma & Venetiis. Hinc quum Pontifex ſibi metueret, exciuit in Italiam Pipinum Francorum Regem, qui, pulſis Longobardis, Romanis aut Pontifici, Exarchatum Ravennatenſem cum Pentacoli reſtituit. Hujus filius Carolus M. de victo Rege Deſiderio Longobardiæ ſiue Italiæ regno finem imponens, illud regnum non Romanis conceſſit, ſed ſibi ſubjecit atq; inde Regis Italiæ titulum geſſit. Inde Carolus Longobardorum atque Francorum Rex audit (*Vid. Annal. Francor. ad ann. 774. 776. 786.*) Ex his patet Romanum Imperiũ, exiguâ Italiæ parte excepta poſſeſ-

poſſeſſione pæne Occidentis excidiſſe, adeóque Romanum Imperium occidentale tum anguſtis limitibus (nempe Beneuentano Ducatu & Calabriæ vltimis) fuiſſe circumſcriptum, antequam dignitas ejus ad Carolum M. eſt delata (*Vid. Dn. Conring. de German. Imper. Rom. cap.4.*)

III. Quum itaque Pipini & Caroli donationibus, exemplo ſummè iniquo, pleræque Occidentalis Imperij reliquiæ in Pontificum plenam poſſeſſionem peruenere, & Pontifex vt gratum ſeſe oſtenderet, ac ſimul impoſterum de ſtabili defenſore ſibi proſpiceret; curauit vt primum Carolus (eo anno hoc factum quo Hadrianum Papam Romæ conuenit.) Patritius, id eſt, Princeps Vrbis Romæ, atque ita Candidatus Imperij fieret. Porrò quum vrbs Roma hac tempeſtate ſe à jure Cæſaris Conſtantinopolitani liberam, atque ſui eſſe arbitrij crederet, quem vellet, Cæſarem ſe creare poſſe putauit. Vrbis Romæ tum primarius ciuis erat Romanus Pontifex, non autem Dominus; Itaque neque in vnius Papæ ac Populi Romani poteſtate fuit Cæſaris creatio, ſed ad vtrumque pertinuit, potiſſimum tamen ad illum, qui erat majore auctoritate ac dignitate præ populo; quodque in vnius illius, non Populi, patrimonio haberentur eæ per Italiam vrbes ac prouinciæ, quæ Imperij Romani titulo à Carolo erant poſſidendæ. Portenta illa Hildebrandina de Papali omnipotentia & in regnis imperiiſque tranſferendis auctoritate, nondum audierat Orbis. Itaque nemini vel per ſomnium in mentem venire potuit Papam in hoc negotio gerere ſeſe alium, quàm primarium ciuem Romanum, & poſſeſſorem Patrimonij, vt vocant, Petrini. Tandem Carolus M. anno Chriſti 800. in feſto Natalis Domini ac Dei noſtri Ieſu Chriſti Romæ (poſtquam ferè per 30. annos regnum Lombardiæ ſiue Italiæ quietè poſſederat) ſuffragiis Pontificis & Populi Romani proclamatus fuit Cæſar. (*Vid. Anaſtaſium in vita Leonis III. Papæ.*)

Pipinus & Carolus Solæciſmum Politicum committunt.

Carolus M. vrbis Romæ Patritius.

In quo ſtatu hominum fuerit Pontifex tempore Caroli M.

Carolus Italiæ & Francorum Rex renunciatur Imperator Romanus.

IV. Poſtquam Carolus ita Imperator à Romano Epiſcopo & Populo Romano erat ſalutatus ac coronatus, Irene Græcorum Imperatrix Caroli fortunam ac formidabilem potentiam tacito animi judicio ſuſpiciens, primum miſſis Legatis pacem inire cum ipſo ſtatuit, quam quum minimè aſpernatur Carolus, viciſſim Legatis ad Imperatricem miſſis, pacem petitam cum eâ confirmauit. Nicephorus Irenes ſucceſſor poſtea literis & nunciis cum eodem Carolo amicitiam firmauit. Nicephorum in Imperio ſecutus Leo cum Carolo eandem pacem hoc modo ſtabiliuit, vt alter alterius frater ſemper nominaretur, alterque ab altero juuaretur; Græcus autem Imperator Orientem, Carolus cum ſuis ſucceſſoribus Romam cum toto Occidente teneret. (*Vid. Dreſſerum de Vrb. German. p. 82.* & ejuſdem *Diſſertat. de Poli-*

Pax inter Orientis & Occidentis Imperatores ſancita.

Imperatores Orientis tranſigentes cum Carolo M.

ticâ dignitate ac poteſtate Germanorũ.) Ita cedentibus de jure ſuo Orientis Imperatoribus Imperium legitimum Occidentis accepit Carolus M. Sanè dudum deſierat Roma eſſe ſedes antiqui Imperij Romani, facta primum acceſſio regni Gothorum, & inde Imperij Orientalis. Ergo non poterat à Romanis tunc in Carolum conferri, quod quondam ad Imperium Occidentale pertinuerat. Nam id jure belli, ceſſionibus, aut per derelictionem dudum in alienam ditionem tranſierat. Quin ipſa Roma de jure nondum ſui juris erat, adeoque alteri ſe donare non poterat. Vnde & Carolus titulum Imperatoris Romani vſurpare dubitauit, priuſquam tranſactio ſuper ea re cum Imperatoribus Græcis interceſſiſſet. In qua re Orientis Imperatores non erant adeò difficiles tum quod illorum vires deficerent, tum quod Francos amicos, non hoſtes, habere expediret, ne Beneuentanus Ducatus & Calabriæ vltima, quæ particulæ ipſis in Italiâ reſtabant, & in quibus fortunæ Græciæ tum in Occidente erant ſitæ, quoque amitterentur. Ita vtilis interdum ars eſt, quæ ſeruare non poſſis, donaſſe potius videri, quàm perdidiſſe. Bagoas ad Alexandrum M. apud *Curtium* (*l. 10. c. 1.*) ita ait: *Hinc illa benignitas in te, vt, quod impune habere non poterat, donando etiam gratiam iniret.* Prudenter itaque Græci Impp. videntes formidabilem Caroli M. potentiam bonâ cum gratia vnum dederunt Carolo, vt alterum retinerent. Poteſt huc applicari illud *Duri de Paſcolo:* Melius eſt habere reculam, quàm expectare rem litigioſam. Ergo quis potius ſumat pecuniolam oblatam repente, quàm expectantiam litigij lentè. (*Gryphiand.* l. 2. Oecon. Leg. c. 23. num. 12.) Multi putant quaſi Carolus M. triplici jure ad Imperium Romanum peruenerit. 1. Iure belli quod Deſiderio Rege Longobardorum deuicto, regnum Italiæ virtute bellica occupauerit. 2. jure vocationis & Electionis à Pontifice & Populo Rom. inſtituta, de qua re *Sigebertus Gemblacenſis* ita ſcribit: *Romani, qui ab Imperatore Conſtantinopolitano iam diu animo deſciuerant, nunc accepta occaſionis opportunitate, quia mulier excacato Imp. Conſtantino, filio ſuo, eis imperabat, vno omnium conſenſu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumque per manum Leonis Papa coronant, Caſarem & Auguſtum appellant. Onuphrius Panuinius* de hac re ita: *Cum Carolus*, inquit, *primum Imperator & Auguſtus renunciatus fuiſſet, à Romano Pontifice vngebatur aureoque diademate coronabatur, more accepto ab Imperatoribus Orientalibus, qui à Patriarchis, Conſtantinopolitanis primariis Gracanici Imperij Pontificibus, conſecrati, aurea Corona redimebantur.* 3. Iure tranſactionis, quia Irene miſſis Legatis ad Carolum M. totum Occidentis Imperium ei conceſſit. Certum eſt Saliſburgum veniſſe Legatos Conſtantini, Irenes filij, ibique non ſolum auditos eſſe cleméter, ſed fœdus etiam inter hos Imperatores ſancitum

Iure tranſactionis Imperij Occidentalis reliquia atque fragmenta peruenerunt ad Carolum M.

Orientis Imperatores intereſſe ſuum ſtabiliunt. Prudentia politica in dubia perdendi alea.

Eberhardi à VVeihe dictum de tranſactione.

Quo iure peruenerit Carolus M. ad Imperium.

citum eſſe in omne tempus duraturum. (*Vid. Dreſſer. de vrbib German. p.* 82.) Quod primum ius Caroli, (belli ſcil.) attinet, illud ad coronam Romanam extendi nequit: Hoc enim non niſi ad regnum Italiæ ſiue Longobardiæ applicari poteſt vtpote quùm Regnum Italiæ & Imperium Romanum fuerint diſtinctæ Reſpublicæ, & Imperij Romani titulum Carolus non violenter, ſed conſenſu Pontificis & Populi Romani primùm vſurparit. Quod alterum ius, nempe Electionis Romanorum concernit, ſi recta via illud reputamus, nondum Carolum in nouis honoribus certum reddere poterat, vt pote quum Romani, nondum ab Imperio Græcorum emancipati fuerint ſed viâ facti, occaſione iconomachiæ & inductionibus Romanorum Pontificum legitimis ſuis dominis legitimum obſequium denegarint. Intereſſe Romanorum tum in eo verſari videbatur, vt Dominos remotos in Græcia & exutos viribus propiori & potentiori permutarent. Tertium verò ius Caroli, nempe tranſactionis cum Oriẽtis Imperatoribus, omnium videtur firmiſſimum, vti alias tranſactio, vno dato altero retento, res controuerſas ſtabilire & exitu vtriſq; partibus grato concludere ſolet. *Sigebertus* ita hac de re: *Etſi Romani iamdiu animo ab Imperatore Conſtantinopolitano defecerant, tamen ius Imperij Romani omne ſibi vendicarunt Orientis Imperatores vſque ad illud tempus quo titulo & poſſeſſione eius ceſſit Carolo Nicephorus Orientis Imperator*: Hæc ille. Ingens admiratio hic animum ſubit, quare Bellarminus & alij Curiæ Romanæ Palatini, aſſerere non erubeſcant: Pontificem tranſtuliſſe Imperium ad Germanos (*Vid. Bellarmin. de tranſlat. Imperij.* Quæro enim num Papa habeat in ſcrinio pectoris ſui ius poteſtatemq; regna mutandi, aut ab aliis ad alios transferendi? quæ poteſtas tam longè abeſt à Papa, quàm longè diſtat cælũ à terra. An Apoſtoli noſtri Seruatoris vnquam cogitarunt de talibus, quæ plus quàm ciuilia ſunt: Nunquam ſane Papa fuit Imperator Romanus, neque vnquam Imperium à vero Domino adeptus eſt. In Collegio Electorali, quod anno 1658. in Electione Sacratiſſimi Imperatoris Leopoldi prodiit, introducitur Imperator ita loquens, cuius verba ad noſtram Andromachen faciunt: *Papa eſt transferre, auferre, conferre Imperium: Hoc affirmant omnes, nemo ſcit: Figmentum eſt Innocentij III. Clementis V. Adriani VI. Et lexilla*: Inter claras Cod. *clara non eſt, nec abſque fuco ingeſta Veritas contra Iuſtiniani Imperatoris eſt: Imperialem fortunam Deus rebus humanis propoſuit: Imperium nobis à cœleſti Maieſtate traditum eſt. Imperium Deus de cœlo conſtituit.* Hæc ibi. Coronationem verò Papæ ſi quis vrget, is ordinem peruertit, id quod poſterius eſt, antecedentis cauſam eſſe fingit. Sequitur enim coronatio, non præcedit electionem Impe-

Cenſura iurium Imperij Carolini.

Intereſſe Romanorum tempore Caroli Magni.

Papa ratione Vicedeatus ſui non tranſtulit Imperium in Germanos.

Politicum Collegium Electorale Dn. Friſchmanni.

ratoris. Moguntinus & Colonienſis Electores hodie alternatiuè coronant Imperatorem; non tamen inde ſequitur, quod Moguntinus & Colonienſis ſint Domini Imperij. Carolus V. anno 1519. deſignabatur & fiebat pleno iure Rom. Imperator, qui tamen an. 1530. demum coronam à Papa accepit. Nec quiſquam eſt inuentus hactenus, qui dixiſſet Carolum V. Imperatorem eſſe factum per coronationem Pontificis Romani. Quod enim iam ante erat omni iure, id quomodo per ceremoniam illam impoſitæ coronæ à Pontifice fieri potuit? Erat inſignitus Imperiali coronâ Aquiſgrani, & quidem ab iis, quibus fas eſt coronam Imperij imponere. Additamentum verò Bononienſe nihil ad Imperatoriam dignitatem, aut maieſtatem afferre potuit. Simul Imperator à Proceribus Imperij electus eſt, ſtatim plenam poteſtatem habet, nec Pontificis Romani vllo adminiculo indiget. Ergo nec ad Carolum M. aliquid attulit coronatio Pontificis Leonis, cuius ipſe neque gubernator fuit, neque Dominus, ſed miniſter tantum. Platina ait decreto Populi Rom. Carolum à Papa renunciatum eſſe Imperatorem; quùmque Pontifex Carolo coronam, Imperij inſigne, impoſuiſſet, Populus Rom. (teſte Anaſtaſio) ter clamauit: Carolo Auguſto à Deo iam coronato, Pacifico, Rom. Imperatori vita & victoria. Si ex inſtitutione Pontificatus hanc poteſtatem Pontifex habet, autor nominetur neceſſe eſt, qui Pontificatum ſanciuerit, & iure tali muniuerit, quod facere Bellarminus, etſi omnes neruos ingenij contendat, nullo modo poterit. Pudebit enim illum vaniſſimas argutias proferre: *Tu es Petrus*; item: *Paſce oues meas*; ex quibus nihil effici, quod apud pueros in ſcholis valeat, poteſt. (*Vid. Dreſſer. de vrbib. German. p.* 85.) Quod attinet illum locum: Paſce oues meas, piè, doctè, & ex Eccleſiæ veteris fide illum *παραφράζει Nonnus*:

Coronatio non eſt cauſa conſtituens Imperatorem.

Electio conſtituit ac facit Imperatores.

Explicatio dicti: Paſce oues meas.

Paſcito, Petre meos Scripturæ floribus agnos.

Et *Bernhardus* alicubi: *Euangelizare paſcere eſt: Fac opus Euangeliſtæ; & Paſtoris munus impleſti.*

Occaſiones quibus Imperium à Græcis peruenit ad Germanos. Maieſtas Imperiorum tutela.

V. Occaſiones quibus Imperium Occidentale à Græcis ad Germanos deuenit ſunt hæ: 1. Imperatores Græci turpiter viuebant, & ſe ipſos proſtituebant. Alter alteri naſum amputabat, vt contigit Iuſtiniano II. Tempore Caroli M. Irene mater filio Conſtantino oculos eruebat. Iam verò nullus populus adeò ſub ſole rudis & craſſi ingenij eſt, qui regentes, viſu & aſpectu deformatos, oculis carentes, naſuq; truncatos, (*Welche heßliche paragraphos im Geſicht haben*) decenti obſequio libenter proſequatur. Maieſtas ſiquidem Imperij ſalutis eſt tutela (*Curt. l. 8. c. 5.*) & autoritas Principi præſtat, quod ſplendor ſoli; ille tantâ deuotione à mortalibus ſanè nunquam ſuſpiceretur, niſi

niſi coruſcaret in oculis noſtris. (*V. Miniſter. Richel.* l. 2. c. 30. l. 3. c. 9.) Nimirum

Maieſtas mundum temperat omnem
Aſſidet inde Ioui, Iouis eſt fidiſſima cuſtos:
Et præſtat ſine vi ſceptra tenenda Ioui.

Duobus medijs conſeruantur imperia.

Carolus I. Ang. Rex.

Vt canit *Ouid.* (l. 5. Faſtor.) In ſumma; duo ſunt quibus omne imperium conſeruatur atque faciliimè retinetur [1.] Beneuolentiâ parentiũ &[2.] autoritate imperantium, quâ pereunte perit & ipſum imperium. Ita cum Parlamentum inſurgeret aduerſus Carolum I. Angl. Regem, ipſique multa iura eriperet, ſciſcitanti cuidam, quid porrò Regi concedendum reſtaret, repoſuit alter: *Vt abdicatâ omni autoritate ſe ſuaque noſtræ fidei concredat.* (*Georg. Bateus.* part. 1. Elench. mot. in Angl. p. 35.)

Autoritas imperantiũ dicitur bona Reputatio.

Ad eundem modum quum Græci Impp. omnem auctoritatem (pupillam illam oculi, cuius minima tactio etiam extrema trahit, quamque vulgus *bonam reputationem* hodie vocat) per turpitudinem & ſcandala, vitæ amiſiſſent, Romanos, olim rerum dominos, tædium ſubiit, truncum diutius pro Rege colere atque venerari. Quin & Roma ipſa, omni auxilio Græcorum deſtituta, Barbaris, Occidentale Imperium diripientibus, in prædam ceſſit; adeoque Romani poſtea quùm Deſiderius Rex Longobardorum Romam & agros Romanos variè vexaret, neceſſitate adacti, Francorum Reges ſibi elegere Patronos, & hac occaſione Carolus M. à Romanis vocatus, Italiam intrauit; quæ eſt prima occaſio tranſlati Imperij. 2. *Altera occaſio* eſt, quod inter Græcos Impp. & Romanos Pontifices magna animorum fuerit contentio: quæ orta eſt rebellione ſolenni aduerſus Leonem Iſaurum ob ſacratum imaginum cultum. Tum enim Gregorius II. Papa, icto cum Francis fædere, tributa Romanæ vrbis & Italiæ inhibuit, teſte Zonara & Theophane. Poſt rebellionem illam populi iſti nullum alium dominum voluere agnoſcere, ne Papam quidem, quod inde patet, quia ſibi Imperatorem creare voluerunt. (*Vid. Paul. VVarnefrid. l. 5. de Geſt. Longobard c. 49.*) & Anaſtas. Bibliothec. in vita Gregorij II. ex quo ſcriptore clarum eſt Romam tandem ſe liberam exiſtimaſſe, & Ducem ſibi aliquem elegiſſe, qualis ſcil: ante Conſtantinopoli mitti ſolitus eſt: Ex eodem Anaſtaſio conſtat vſque ad Stephanum III. Papam Romanos Duces ſuos habuiſſe. Imò illo anno, quo Hadrianum Romæ conuenit Carolus M. ei Principis poteſtas ſub Patricij titulo conceſſa. Annales Francorum ad an. 796. memorant Leonem Hadriani ſucceſſorem per Legatos claues Confeſſionis S. Petri ac vexillum Romanæ vrbis cum muneribus Francorum Regi miſiſſe, rogauitque vt aliquem Romam mitteret, qui à populo Rom. nomine Regis Sacramentum reciperet. Non fuit ergo Populus Romanus in fide Pontificis. Clariſſimè autem

Romani Papam non agnouere Dominum ante Carolũ M.

Romani re-[illegible] Græcis Impp. Duces habuerunt.

Caroli M. Patriciatus poteſtas.

Caroli Patricij in Romanos & ipſum Papam poteſtas perſpicitur ex negotio Leonis Papæ, qui cum eiectus eſſet à Romanis, confugit ad Carolum queſtum iniurias; qui & in hac cauſa dein examen inſtituit, vt patet ex Anaſtaſio. Ex quo negotio liquet Carolum eandem poteſtatem Patricij nomine habuiſſe, qualis olim fuerat Exarchorum. In reliquias Petrini Patrimonij Caroli dominium inde colligas, quòd, teſtibus annalibus Francicis, anno illo 800. quò Romam iuit in cauſa Leonis, cum exercitu Rauennam atque Anconam adierit, minimè illud facturus niſi vrbes illas ſuæ eſſe ditionis cenſuiſſet. (*Vid. Dn. Conring. de German. Imp. Rom. cap. 6.*) Carolus accepto Imperio Romæ per totam hyemem manſit & res Vrbis æquè ac Eccleſiæ ciuiles & ſacras ordinauit, vt ex Cranzio oſtendit *Dn. Conring.* [*de Germ. Imp cap. 7.*] *Tertia occaſio* tranſlati Imperij fuit, quod Romani ægrè ferrent mulierem Imperio præeſſe nempe Irenem, quæ filio ſuo oculos euulſerat, ne Imperator fieri poſſet; Iam autem ab initio Imperij erat inauditum mulierem præeſſe toti Imperio. Add. Lehman. lib. 1, Chronic. cap. 29. 30. 31. Nimirum Romani muliebrem impotentiam & ſeruitium fæminæ nunquam ferre potuerunt, vt ex *Tacito* conſtat [l. 1. Ann. c. 4. l. 4. Ann. c. 57. l. 1. Ann. cap. 10.]

Caroli M. poteſtas in patrimoniū D. Petri, Papam & Romanos.

Fœminis Politicum imperium regulariter denegatur.

——*Medis leuibuſque Sabæis*
Imperat hic ſexus, reginarumque ſub armis
Barbariæ pars magna iacet.——*Claudian.* [l. 1. in Eutrop. verſ. 321.]

Nulla vnquam Iuno habuit in cælis fulgura, nec in Francis ſceptrum fæmina: inter calathos & colus titubat maieſtas, quam bella tubæque, & viriles erigunt conatus. Itaque quicquid maſculum natura magis factum ad imperandum fæmineo, cui ſufficere debet obſequij gloria. Et quamuis quæſtio de fæminarum imperio hodie ſit decidenda ex gentium moribus; tamen Romani ignominiæ loco tempore Caroli M. duxerunt, fæminæ imperio ſubdi, putantes à libertate in ſeruitutem degenerare eos, qui fæminarum dominatum ferunt. [add. *Tacit.* l. 12. Ann. c. 40. de Mor. Germ. c. 45.]

Quid Carolus M. titulo Imperatorio acceperit. Intereſſe Imperatorum triplex.

VI. Quæritur iam quid Carolus M. Imperatorio titulo acceperit? ℞. Accepit eo ipſo dominium in vrbem Romam & patrimonium S. Petri, imò poteſtatem in ipſum Papam. Quod vrbs Roma Dominio Carolino fuerit ſubiecta patet ex Zonara, in vita Conſtātini & Irenes, lib. 3. Ex annalibus Francicis patet iuriſdictionem, merum mixtumque imperium vrbis (*Die Hohe und niedere Gerichte*) fuiſſe tum penes Carolum. Habuit itidem Carolus Romanos in cenſu (*Vid. Capitular. Francor. l. 6. c. 81. Eginhard. in vita Caroli M. Dn. Conrin. l. c. p.* 38. 39. qui etiam p. 40. refutat figmentum donationis Ludouici Cęſaris de collato in Papam vrbis Romæ dominio) Quod Ludouicus Pius iuriſdictionē

in

in vrbem Romam exercuerit, patet ex negotio eorum, qui Theodori cum Primicerium ac Leonem Nomenclatorem occiderunt. (*Vid. annal. Francor. ad ann.* 820. *&* 824.) In vitâ Ludouici Pij ita quoque ſcriptum extat: *Statuum etiam iuxta antiquum morem, vt ex latere Imperatoris mitterentur, qui iudiciorum exercentes poteſtatem, iuſtitiam omnem Populo facerent,* &c. Poſt Ludouici obitum & Lotharius ſeruauit eadem jura contra refractarios Romanos ciues. Hinc cum in Sergio II. conſtituendo multa contra fas commiſiſſent, per filium Ludouicum malè eos multauit, & ſacramento nouo ſibi obſtrinxit. (*Vid. Anaſtaſ. in vita Sergij II.*) Non alia fuit ratio Romanæ Reipubl. Cæſare Ludouico II. vt patet ex Autore Appendicis Eutropianę, qui Ottonibus fuit coæuus. Pari modo Carolus M. conſecutus eſt jura in patrimonium Diui Petri, quod vocant. Quis enim crediderit Romam fuiſſe inferiore conditione; Ipſum verò Pontificem quóque Imperatoris juriſdictioni fuiſſe ſubjectum, oſtendit adoratio, quâ Carolum coronatum excipit Leo Papa. Quanta hodie μεταμόρφωσις! Ludouicum Pium in ipſum Leonem apud ſe delatum inquiſiuiſſe, húncque Cæſari ſe coactum purgare teſtantur annales Franc. ad ann. 815. Iidem ann. 817. narrant Stephanum Leonem ſucceſſorem Legatos miſiſſe Cæſari pro Conſecratione ſua: ſequente anno Paſchalem, poſt completam ſolenniter ordinationem ſuam, & munera & excuſatoriam Imperatori miſiſſe epiſtolam; petiitque confirmationem. Idem Ludouicus Pius juſſit inquiri in Paſchalem ſuſpectum cædis patratæ in duos rerum Cæſareanearum ſtudioſos, nec hic abſolutus eſt, niſi poſtquam juramento ſeſe purgaſſet. Gregorius Papa ann. 827. non prius ordinatus eſt [verba ſunt annalium] quam Legatus Imperatoris Romam veniret, & electionem Populi examinaret. Ejus filius Lotharius quomodo ſeſe geſſerit erga Sergium II. ſupra ex Anaſtaſio notatum Benedictus III. non eſt ordinatus, niſi cōſenſu Ludouici II. Cæſaris impetrato. Porro Carolus M. nullo præſente Romani Pontificis Legato, nec ipſo Papa conſulto, Ludouicum filium ann. 813. poſt coronâ impoſitam Imperialis nominis ſibi conſortem fecit, teſtibus annalibus Frãcicis. Ipſe Ludouicus itidem inconſulto Pontifice ann. 817. Lotharium primogenitum filium coronauit, & nominis atque Imperij ſocium conſtituit; neque ille, niſi rogatus, à Pontifice, coronatus eſt. Neque legas à Lothario inſtitutum filium Ludouicum Imperatorem, conſenſu prius Papæ inuocato. Hic Ludouicus II. proximum agnatum Carolomannum, Ludouici Germanici filium Imperij heredem ſcripſit. Sed & Carolomannus vno hoc hereditario jure fultus Imperatorem ſe dixit, etſi Italiam non intrauerit, ac Romanus Populus Carolum Caluum ſuſcepiſſet. Neque verò à Papis quicquam hac in re turbatum legas, niſi poſt Caroli Calui obitum à Ioanne VIII,

Iuriſdictio Romana vrbis fuit penes Imperatores Franco-Germanos.

Imperatores Romano-Francici habuerunt poteſtatem in patrimonium eius.

Carolinæ familiæ diſcordiâ ad inſolentem hanc audaciam promoto. Poſt illa tempora Cæſarea Francorum poteſtas multum fuit imminuta. [*Vid. Dn. Conrin. lib. c. 8.*]

Imperatorio titulo Germanorum ac Francorum Regibus collato, multũ dignitatis ipſis acceſſit. Galli virgula cenſoria notantur.

VII. Præter hoc dominium in Vrbem Romam, Patrimonium D. Petri, & in ipſum Papam, Imperatores Cæſareo iſto titulo multum honoris conſecuti. Nam apud omnes Chriſtianos ac moratiores gentes hactenus Cæſareum nomen præ Regio aliquam reuerentiam meruit. [*Vid. Dn. Conring. l. cit.*] Vnde adhuc hodie Turcarum Imperator tali præconio Chriſtianorum Imperatorem ornat: *Unter den Potentaten Ieſu den fürnembſten.* Ægre ferunt Galli, Imperatores Germaniæ hodie fulgentiſſimum iſtum dignitatis Carbunculum jure meritóque poſſidere. Cæterùm laterem lauant omnes qui auguſtam illam dignitatem nationi Germanicæ cupiunt ereptam. Nos Franco-Germanicum, imo Francorum Orientalium & Occidentalium Imperium Germanorum fuiſſe contendimus. (*Vid. Lupold. de Bebenburg. in eleganti libro de iuribus Imperij.*) Nec ſine pondere Poëtæ cujuſdam Italici verſus ſunt, qui Francorum Reges vſque ad Hugonem Capetum Germanos fuiſſe dicit:

Sed tamen hæc Regum ſeries inſecta redibit
Ad Gallos tandem, cum ſceptra receperit Hugo,
Non genus à Francis ducens, ſed origine Gallus
Illuc vſque dabit tellus Germanica Reges.

Diuiſio Fräciæ in Orientalem & Occidentalem.

Sanè Carolus M. & Carolomannus fratres, regnum patris defuncti occuparunt, illúdque inter ſe diuiſerunt ſine vlla diſſenſione, & quidem Carolomannus regnum Galliæ ſiue Franciæ Occidentalis; Carolus M. verò regnum Germaniæ, ſiue Franciæ Orientalis obtinuit, regnique ſedem conſtituit Wormatiæ & inde Aquiſgrani, loci amænitate ductus. Ioannes Cardinalis *Bellaius*, Epiſcopus Pariſienſis, Franciſcus *Olinarius*, in Senatu Pariſienſi Præſes, & Africanus *Malleus*, Diuionenſis, Legati Regis Chriſtianiſſimi in oratione, quam ann. 1543. ad Sacri Imperij Ordines Spiræ congregatos, habuere, ita perorant: *Cur non doleat Regi noſtro, lacerari in ipſius pene oculis atque conſpectu Regionem Orbis terrarum nobiliſſimam* [Germaniam] *vnde ipſe Rex noſter genus, vnde originem traxit.* Vocant in eadem oratione [quæ apud Sleidanum extat] Carolum M. Germanici Imperij autorem & propagatorem; Francos atque Germanos aliquando vnam gentem fuiſſe. Vide tamen de hac re plenius & accuratius *Monzamban.* c. 1. de Statu Imperij German. & ibi not. *Pacif. à Lapide.* Ioannes *Bodinus* homo doctior quàm veracior (in *Method. Hiſt. c. 7.*) putat quod ſub perſona Caroli M. Imperium peruenerit ad Gallos. Germani noſtri anxiè ſolliciti ſunt, vt Ca-

rolum

rolum M. vindicent nationi ſuæ, quippe editum in lucem Ingelheimij jam in ditione Electoris Palatini. Brouerus (*in antiquit. Fuldenſ. l. 3. c. 2.*) producit codicillos Caroli, vbi terram conceptionis ſuæ nominat prouinciam circa fluuium *Vnſtrud*, quæ eſt Thuringia. Quicquid de eo ſit in Germania an in Gallia natus fuerit, nec ne, Carolus, hoc ipſum præſenti Germanorum Imperio nullum præjudicium infert. [Conf. *Monzambano de Statu Imperij German. c.* 1. & ibi not. *Pacif. à lapide.*] Id certum eſt Carolum M. à Sicambris ſiue Francis Rhenenſibus ortum totam Germaniam & Galliam obtinuiſſe, idque appellatum eſſe regnum Franciæ (*Vid. Lehman. lib. 2. Chron. Spir. cap. 2.*) Verùm de hac re infra in *Diſc. de Germania* pluribus agemus.

Carolus M. an fuerit origine Germanus nec ne perinde eſt.

VIII. Quum dein Germaniæ Reges à Ludouico Germanico vſque ad Ottonem M. Imperatorium titulum non affectaſſent, rebuſque Italiæ turbidis ſe non immiſcuiſſent; tandem hic Otto, regno Italiæ, ſibi ſubacto, rurſus, æquè ac Carolus M. auctoritate & Pontificis [qui tum egit primarium ciuem Romanum, non verò, Vice-Deum aliquem & omnium regnorum Monarcham] & populi Romani Imperator eſt renunciatus vt docet Regino, Abbas Prumienſis; & ita per Cæſareum titulum Germania accepit Imperium aliquod ſummum ac perpetuum, in Vrbem Romam, Papam ac Patrimonium Eccleſiæ Romanæ, vt adeò perſonatus ille Autor qui ſe *Seuerinum de Monzambano* vocat in egregio alias libello *de Statu Imperij Germ. c.* 1. vehementer erret, dum ſcribit: Imperium illud in Carolum & Ottonem collatum, nihil aliud quàm Aduocatiam ſiue Protectionem ſedis Romanæ notare. Vid. Stricturas *Pacifici à lapide* ad illum loc. Summum imperium Ottoni in Vrbem Romam eſſe conceſſum, arguit nomen Imperatorium, quod illa tempeſtate dominum Vrbis ſignificabat. Confirmat idem juramentum fidelitatis, quo ſeſe Ottoni obſtrinxerunt Romani ciues, & quidem tribus vicibus, vt notant Luitprandus & Regino. Otto III. in tabulis Sylueſtro Papæ datis Romam appellat ſuam Vrbem Regiam. Manſit eadem per Vrbem Imperij vis & auctoritas vſque ad tempora *Hildebrandi* (rectius *Hellebrandi*) Papæ. Ottonis III. ætate Romani Papæ in Vrbem & Italia multa loca abſolutam quandam poteſtatem cæperunt ſibi arrogare, prætendentes donationem Conſtantini M. & Caroli Calvi. Verumque verò Otto ipſe III. Cæſar, & Conſtantini ſcilicet, & Caroli donum, exploſit admonitus à Sylveſtro II. Papa; quo nemo Papalis Curiæ fraudes, ſcelera & inſolentem arrogantiam majore aut candore, aut animo eſt inſectatus. Si itaque Suprema Vrbis juriſdictio tranſlata eſt denuo in Cæſares, multò magis ſubjecta illis ſunt, quæ ad patrimonium Eccleſiæ pertinent alia. Porrò & in

Otto M. Germaniæ vindicat Imperatorium decus.

Quid Otto M. Imperatoris titulo Germania noſtra in perpetuum acquiſierit.

Imperatores Romano-Germanici habuerunt dominium eminens in Vrbem Romam.

Gregorius VII. Papa infringit Imperatoria iura.

Intereſſe Imperatorum occidit.

Imperatores Romano-Germanici ab Ottone M.

vſque ad Henricum IV. habuerunt dominium in Papam & Patrimonium eius.

Papam, ſiue electionem ejus, ſiue vitam & mores ejus ſpectes, jus Ottoni cum Cæſareo titulo datum eſt. Ipſe Otto in Ioannis XII. vitam ac mores inquiſiuit, Papam ad dicendam cauſam citauit in judicium, eum depoſuit, & alium eligi fecit, ipſe Leonis electioni annuit; vti ex Luitprando & Baronio palam eſt. Quod etiam Cæſarum inſignis fuerit au-ctoritas circa electionem Paparum vſque ad Hildebrandina tempora ex Onuphrio Panuinio prolixè deducit Dn. *Conring.* (*de German. Imp. Rom. c.* 10 *p.* 74. 75. 76.) Porrò haud operoſum probatu eſt, quòd Romani regno Germaniæ, perpetuo & æterno fœdere ſiue pacto, jura Cæſarea conceſſerint. (*Vid. cap.* 23. *Diſt.* 63. quod haud fictitium eſt, vt falsò aſſerit Baronius ad ann. 964. quem doctè refutat *Dn. Conring. l. c. p.* 78. 79.) Vi illius conſtitutionis & Romani ipſi & alij, poteſtate Imperatores Vrbis Romæ eligendi, ſunt exuti, omniſque hæc facultas in perpetuum eſt tranſlata ad Germaniæ Rempub. qua etiam in hodiernum diem illa liberè vtitur fruitur.

Intereſſe Imp occidit. Iura Cæſarea æterno pacto à Romanis ad Germanos deuenerunt.

Dominium mundi vniuerſale non venit titulo Cæſareo.

IX. Porro hic ponendum eſt Cæſareo titulo Germaniæ non eſſe conceſſum vel dominium totius terrarum Orbis, vel jus illum omnem occupandi: Etiam id fatendum eſt, ne quidem in omnia, Romanis aliquando poſſeſſa, Germaniæ aliquod jus datum. Largiri enim Germaniæ non potuerunt Romani, quo ipſi carebant. Romanus enim Populus nequidem Caroli M. æuo habuit juris quicquam amplius in Italiam Longobardicam, Hiſpaniam, Galliam, Britanniam, Daciam, Pannoniam, & Germaniæ partem, aliaſque veteres ſuas prouincias, multò minus ætate Ottonis M. Quæ Ottone autem Cæſare non fuere Romani juris, illa etiam à Romanis tum non accepit Germania, adeóque ne nunc quidem Germaniæ in aliquam Prouinciarum illarum Imperij Occidentalis veteris jus aliquod imperandi competit. Ex hiſce patet, ſi ſpatium terræ videas, aut prouentus, perexiguum eſſe quod Germaniam Populo Rom. aut Papæ ferre oporteat acceptum. Inter potiſſima quæ Germania ab Vrbe acquiſiuit eſt Auguſtus *Primatus*, quem Germaniæ jam à 700. annis omnes Occidentis Reſpub. Chriſtianæ vltro detulerunt. [*Dn. Conring. cap.* 11. *de German. Imp. Rom.*) Pertinet huc inſcriptio curiæ Wormatienſis:

Primatus Imperatoris.

Aſtra Deo nil maius habent, nil Cæſare terra:
Sic Cæſar terras, vt regit aſtra Deus.

Et hoc indicant quinque literæ vocales inauratæ, quæ Viennæ in ingreſſu arcis Cæſareæ [*Der Kayſerlichen Burg*] leguntur: A. E. I. O. V. Mihi Viennæ degenti, duplex illarum literarum interpretatio Latina & Germanica ſuggerebatur, nempe: *Auſtria erit in Orbe vltima*, & *Aller Ehren iſt Oeſterreich voll.*

X. Hæc jura in Ottone M. Germaniæ perpetuò acquiſita, (Vid. n. 8. præ-

8. præced.) quum optimi Imperatores nonnulli ſtrenuè ac fortiter defenderent & maſculè exercerent [in talibus enim iuribus manutenendis rigor æquitati præferendus, ſummum ius hic non ſit ſumma crux & ſumma iniuria) Et verò interea loci non Papæ tantùm, ſed & Epiſcoporum per Germaniam potentia immenſum gliſceret, Pontifices, altiora molientes, Germanicos Imperatores in ordinem cogere ſenſim impio auſu cæperant; Italis ſeriò perſuadentes, non eſſe fas Germanorum Imperatorum iuſta imperia reſpicere. Vrebat quoque *Chimericum illum Chriſti Vicarium* diutius ſub tutela eſſe, qui iamdudum omnibus leges ferre pruriebat. Igitur excutiendo iſto oneri, iſthæc via initur, vt negotium Regibus Germanorum faceſſeretur modò per Italiam, modò per ipſam Germaniam, operam ſtrenuè nauantibus Epiſcopis; ſubinde quoque in eoſdem fulmina emitterentur, quorum iſtis ſeculis maximus terror. Hæc impia audacia tandem eò proceſſit, vt Teutonici Reges per ſummam iniuriam à Papis depreſſi, & quaſi ad incitas per varia molimina redacti, ſolius Papæ abſoluto arbitrio ſedem Romanam relinquere ſint coacti, id quod hi tot ſeculis per varias artes; magnoſque Europæ motus quæſierant. (*Monzambano. de Statu Imper. German. c.* 1.)

Violatio iurium Imperij à fide Tarpeia Germania inflicta.

Intereſſe Imperij, occidit in ſedem Papalem.

Papa & Epiſcopi Imperatorium intereſſe violant.

XI. Vehementer autem errant, qui credunt Regnum Germaniæ in Romani Imperij, per Ottonem ad Germanos delati, vicem ſubiiſſe, & hoc in illo continuari. Germanicum enim & Italicum regnum, etſi Romani imperij appellationem ſuſceperunt, Vrbi tamen Romæ nihil debent, ſed ſunt peculiares & diſtinctæ Reſpublicæ à Romano Imperio toto cœlo diſtantes. Nam ne quidem quum maximè latè patuit Vrbis Imperium Romanum, in ditione eius fuit Magna Germania, quæ trans Rhenum & Danubium eſt. In Italiam item Longobardicam non minus, atque in alias Occidentalis Imperij Prouincias, iam circa Caroli M. æuum omne jus ſuum Romanos perdidiſſe *Dn. Conring* [*cap. 5. de Germ. Imp. Rom.*] oſtendit. Regnum Germaniæ propriè non poſſe dici Romanum probabo tribus ſequentibus argumentis: 1. Imperium Romanum eſt hoc, quod exercet Vrbs Roma in ſubiectas Romæ prouincias: Imperium autem noſtrum, quod hodie Imperator in Germaniam exercet, non eſt imperium in prouinciam Romæ ſubjectam. Talis enim prouincia nunquam fuit Germania, vt *Dn. Conring.* [*cap. 1. de Fimb. Imper.*] luculenter deducit. Regnum itaque Germaniæ non eſt Imperium Romanum. 2. arg. Imperium Romanum propriè hoc eſt, cuius iura ab Vrbe Roma dependent. Sed Germaniæ iura non dependent ab vrbe Roma, vt notum eſt. Ergo regnum Germaniæ non eſt Imperium Romanum 3. arg. Diſtincta coronatio & inauguratio arguit diſtincta regna ſiue imperia. Iam verò duæ ſunt co-

Regnũ Germaniæ & Italiæ diſtingui debent ab Imperio Romano.

Regnũ Germaniæ non poteſt dici Romanum.

1. argumentum.

2. argumentum.

3. argumentum.

ronæ, altera qua Rex Germaniæ, altera qua Imperator Romanorum coronatur. Hinc etiam hodie titulus Imperatoris Romani & Regis Germaniæ accuratè ab Imperatoribus noſtris diſcernitur: Diuerſitas autem titulorum diuerſa indicat regna. Primus autem qui accuratè hoſce titulos diſtinxit, fuit Maximilianus I. Imp. rerum Imperij ſcientiſſimus Princeps. Hinc porrò eſt quod hodie Imperium noſtrum non ſimpliciter Romanum, ſed Imperium Romano-Teutonicum ſiue Romano-Germanicum [*Das Römiſche Reich Teutſcher Nation*] vocemus.

4. argumentũ à diuerſitate titulorum.

Nullis porrò tabulis, nullo documento publico probari poteſt, quod Carolus aut Otto M. ſua regna Romæ, veluti ſedi Imperij aut Metropoli ſubjecerint. Nunquam etiam ad Comitia Germanici vel Italici regni Roma aduocata eſt: nunquam iis per Legatos interfuit, vt pars reip. multò minus vt Domina: (*Vide Dn. Conring. c. 12. l. c. & c. 9. de Finib. Imp.*)

5. argumentum.

XII. Quum igitur regnum Germaniæ non ſit Imperium Romanum, vt iam demonſtrauimus; *quæritur qua ratione titulus iſte Germaniæ regno ſeſe affricuerit?* Titulus iſte deſumptus à primaria Vrbe totius mundi Româ, cui de iure à temporibus Ottonis M. Rex Germaniæ imperare debebat. Habebat olim Imperator tria regna 1. Germaniæ 2. Italiæ. 3. Romanum. In his tribus regnis nulla erat vrbs dignior, nulla celebrior, quàm Roma. Notabilis eſt ſigilli aureæ legis Epigraphe: *Roma caput mundi regit Orbis frena rotundi.* Quum igitur tres illæ Reſp. quaſi vnum corpus conſtituerent, ab ea, quæ opinione erat Auguſtior, nomen petere placuit, quemadmodum aliàs Regna & Ducatus à primaria vrbe vel arce dici ſolent. Nulla tamen extat Imperij conſtitutio, qua iubeamur Imperium Germaniæ Romanum appellare, imò per prima decem ſecula nullibi inueniemus Germanorum Imperium Romanum dictum. *Dominus Conring.* putat ex errore vulgi hoc ita factum eſſe. Credidiſſe enim veteres Germanos, Imperium Romanum dignitate præcellere Regnum Germaniæ & Longobardiæ, atque à Conradi III. & Friderici I. ætatibus aſſumptum eſſe Romani Imperij nomen, quò in ſanctiore exiſtimatione eſſet Regnum. Tranſiit iſte loquendi mos in ipſos Imperij Receſſus. Faciles enim fuere Proceres Germaniæ in admittendo hoc auguſtiſſimo titulo, qui regno Germaniæ ornamentum & ſplendorem adderet. Aliàs Germania non acceſſit Imperio Romano, tanquam prouincia. Ex Hiſtoriis enim conſtat, Germaniam nunquam eſſe perdomitam à Romanis, quinimo Germanico regno acceſſit Imperium Romanum. (*Dn. D. Dieterich. ad tit. 1. A. Bullæ. verb. Regis Romanorum*) Appellatione autem illâ nihil dignitatis Germaniæ accreuit, quippe quæ & aliàs nobiliſſima eſt regionum Europæ. Rectius audiiſſet Germanico Romanum Imperium, vtpote quũ

Qua ratione titulus Imperij Romani ad Regnũ Germaniæ deuenerit.

Quando Germania Imperij Romani titulũ adſumſerit.

victores

w ictoreseſſent Germani, & Domini Imperij Romani, [exigui ſcilicet illius Vrbici) Ambigua enim ſignificatio nominis Imperij Romani multum obſcurauit iura auctoritatémq; Germaniæ, dum prono errore ſubdita credita illius Imperij, cuius eſt Domina (*Dn. Conring. cap. 2. de Germ. Imp. Rom.* Quæritur *an ex uſu Reip. ſit titulum Romani Imperij à regno Germaniæ proſcribere*? Ratio dubitandi eſt, quia hic titulus Germaniæ magis nocuit, quàm aliquot mille armati. Sub illo enim Pontifex Roman. qui hodie de facto vrbis Romæ Dominus eſt, ius quæſiuit in ipſum regnum Germaniæ: Titulus tamen iſte, in bonum vſum receptus, nec tolli poteſt, nec debet. Importat enim dominium Vrbis Romæ, in Papam ac patrimonium D. Petri. Verum quidem eſt Imperium Rom. aſtutè è manu Cæſaris excuſſum, adeóque nullum amplius actu ſupereſſe Imperium Romanum in manu noſtri Cæſaris. Nihilominus tamen Imperator noſter integrum adhuc habet ius Imperij Romani, id eſt, dominium in vrbem Romam, Papam, & patrimonium D. Petri. Accuratiſſimè *Dn. Conring.* (*in lib. de Finib. Imper.*) demonſtrat Papam neque donationis fictitiæ, & iniuſtæ, vt nec præſcriptionis titulo eſſe ſecurum. *Hundert Iahr vnrecht, iſt kein Iahr, ja keine viertel ſtunde recht.* Errat itaque *Monzambano* (*de Statu Imperij German. c. 1 p. 14.*) dum in ea opinione eſt, Imperatores noſtros titulo Romani Imperatoris retento, dudum rem ipſam remiſiſſe. Verum quidem eſt ad Imperium perpetuum, quod Germaniæ in Vrbem, Papam, & Petri patrimonium in Ottone Magno conceſſum, penitus euertendum poſt Hildebrandi tempora ſecutis ſeculis, Papas omnem mouiſſe lapidem. Nam Cæſareum ius eligendi Papam, aut certè electum confirmandi, item authoritatem inquirendi in eorum vitam & mores, impietati- horrendæ damnauerunt: Regimen vrbis ſibi ſolis arrogantes; Imperialem dignitatem ac vim ſui eſſe iuris profitebantur: Quin etiam impio auſu ſumpſerunt ſibi poteſtatem conſtituendi Cæſares, & conſtitutos viciſſim pro arbitrio remouendi. Denique ne quid deeſſet ſummæ iniuriæ, ne quidem in ſibi donatum patrimonium agnoſcunt amplius Cæſaream iuriſdictionem. Vno verbo, id, quantum in ſe eſt, laborarunt Papæ, ne quid præter nudum Cæſareum nomen ſupereſſet. Horum nihil verò auditum fuit vel tentatum ante Hildebrandum, quem Gregorium VII. vocant; qui ſeculo XI. in Tarpeia arce hieromonarchiæ, cuius iam alij fundamenta iecerant, ædificium ad finem derduxit. Notum verò eſt nudam poſſeſſionem, quam Papæ quoque allegare ſolent, non dare ius aliquod poſſidendi, ſi alter qui poſſeſſione eſt expulſus, nunquam non reclamat. De iniuria verò Pontificum Cæſaream auctoritatem violantium non tantùm perpetuæ fuere querelæ, ab Hildebrando ad vſque noſtra tempora, Cæſarum, Principum ac

Intereſt Imperij vt titulus Romani Imperii Germaniæ maneat incolumis.

An hodie Imperii Romani iura Imperatorib. Noſtris adhuc ſuperſint.

DISCVRSVS V.

DE GERMANIA AC REGNO Germaniæ.

I. ANTIQVA Germania ambitu ſuo Daniam, Norvvegiam, ac Sueciam vſque ad Sinum Bodnicum complexa, quæ partes Septentrionales à temporibus Caroli M. diſtincto ac ſeparato regimine propriis Regibus gubernantur. A Septentrione hodie Germaniæ terminus eſt Eidora fluuius, mare Balthicum, ita tamen vt magnam Cherſoneſi Cimbriæ partem ſibi Dania vindicet. Ab Oriente olim terminus erat Danubius, hodie vltra Danubium ad Italiam vſque & Illyricum fines Germaniæ protenduntur. Ad Meridiem verſus Galliam olim erat Rhenus, niſi quod Spira, Wormatia & Moguntina vrbes Trans Rhenanæ Germaniæ addebantur: Hodie verò trans Rhenum non exigua pars ipſi accenſetur. (*Vid. Dn. Conring. in libro incomparabili de Finib. Imper. lib.* 1. *c.* 2. *&* 3.) *Ad verba: Germaniã, &c. Fines Imperij in genere.*

II. In hac Germania magna olim varij populi diſtinctas Reſpub. tenuerunt, (*Vid. Diſſert. Conring. de Repub. antiqua veterum Germanorum in tot.*) vt plurimum Democraticum ſtatum, vel ex Monarchia & Democratia mixtum repræſentantes. Solebat Populus Ducem vel Regem eligere. Reges autem quos creabant, erant potius ſuadendi autoritate, quam jubendi poteſtate. Imò nihil ferè aliud quam Duces exercitus erant, vnde etiam dicti ſunt: *Die Heerzogen.* Videntur hi Reges habuiſſe jus belli, & jus comitia agendi: Suprema tamen juriſdictio erat penes Sacerdotes, ad quorum arbitrium Reges puniri vel dimitti ſolebant. Poteſtas autem ferendarum legum fuit penes populum. (*De Lege Salica Vid. Dn. Conring. de Orig. Iur. Germ. c.* 7.) Res minoris momenti expe- *Status Reip. Germaniæ antiqua.*

dit olim Rex adhibitis Centgrauiis, qui erant nobiles pagorum præfecti. Hodie in Saxonia inferiori, & alibi dicuntur *Gohgraffen*. Negotia autem quæ totam prouinciam concernebant ſine conſenſu totius populi expediri non potuerunt. Præterea etiam poteſtas fuit populo hoſce Reges, quùm diſplicerent deponendi; quod certè Democratiam ſapit. Hi vero Reguli ſiue Dynaſtæ non præfuerunt toti Germaniæ, ſed tantum certæ prouinciæ & quidem cum poteſtate valde reſtricta. Fœdere autem & quidem συμμαχικῷ inuicem erant juncti, quò commune periculum communibus quoque viribus poſſent propellere, ne, dum ſinguli pugnarent, vniuerſi vincerentur. Hæc vnio Procerum religioſè ſeruata, diu inuictam ſeruauit Germaniam. (*Vid. Dn. Conring. de Repub. antiqua German. & ad Tacit. de Mor. Germ. Berneggeri quæſtiones ad Tacit. Philip. Cluuer. de Antiqua Germania. Dn. Ludol. Hugo. de Statu Region. German. c. 4. § 4. & ſeqq.*)

Defectus veteris Germaniæ ſtatus. III. Nunquam ergo antiqua Germania vnum Imperium conſtituit. (Quæ de antiquiſſimo Germanorum regno poſt diluuium ſolent afferri, ea, quùm pleraque ſint incerta, hic conſultò omittimus.) Quia verò veteris Germaniæ gentes vno Imperio non regebantur; imò ne fœderibus quidem pleræque ſe ſatis maturè contra externam hoſtium vim muniebant, ſed demum cum Annibal erat ante portas, & hoſtis muros habebat; hinc non potuit non euenire, vt iſtæ validiſſimæ gentes nonnullæ Romanorum inuaſionibus opportunæ ſint redditæ.

Franci conditores Imperij Germanici. IV. Ab iſta regiminis ratione, vt antiqua Germania deflecteret, in cauſa fuere *Franci* quorum primum ſeculo poſt natum Chriſtum III. in hiſtoriis fit mentio. Vnde illud nomen originem traxerit, inter Germanicarum rerum peritos non conuenit. *Franci vnde dicti.* Valde plauſibilis eſt eorum opinio, qui plures Germaniæ populos, eo ſibi nomine ſumpto, eximium libertatis ſtudiũ oſtentaſſe aſſerunt. Francus enim Germanicè hominem liberum ſonat. Vnde dicimus *Franc vnd frey*, quemadmodũ Gryphiander Friſios etiã dictos exiſtimat, *das ſie vvollen gerne frey ſein:* Iſti Franci in Vbiis Rhenum tranſgreſſi poſtquam maximam Galliarum partem ſubegiſſent, flexo velut victoriarum curſu, Rhenoque iterum ſuperato, Alemanniam & quicquid ferè terrarum inter Mœnum & Danubium retro in Thuringos extenditur, ſubegerunt. (*Vid. Lehmanni Chron. l. 1. 2. Dn. Conring. l. 1. de Finib. Imp. c. 2. & 3. Montzambano de Statu Imperij Germ. c. 1.*) *Carolus Magnus.* Cæterum longè lateque Francicum Imperium per Germaniam, Galliamque omnem, Italiam, Pannoniam, Daciam, Iſtriam; Liburniam, Dalmaciam & quandam Hiſpaniæ partem extendit *Carolus M.* generoſus ille Martis diſcipulus, Princeps in tantum laudandus, in quantum virtus & felicitas intelligi poteſt. Hic Imperij Romani reliquias Germano Franciæ nationi adjunxit (*Vid. Diſcurſ. preced.*) in

quam

Imperio rurſus adiunxit; Vt adeò vaſtum quoddam Imperium, multis membris diſtinctum, adhuc ſuperſit, quamuis diuiſum Imperium cum Cæſare diuerſi Status & Membra habeant (*V. Dan. c.* 2. *v.* 42. 43.) Neque obſtat porrò, Romanos hodie non amplius conſtituere Imperatores. Nam iure ceſſionis, æterno pacto cum Victorioſiſſimo Imperatore Ottone M. inito, hodie illud jus Germani meritò exercent. Qui enim ſuccedit in locum, ſuccedit etiam in jus, juxta vulgatum Ictorum brocardicum. Hinc Germani per Sereniſſimos Octouiros hodie eligunt Romanorum Imperatorem, qui eſt de jure Dominus Vrbis Romæ, Papæ & Dominij D. Petri. Neque officit hodiernos Imperatores ſedem ſuam Romæ non conſtituere, ſed Viennæ in Auſtria. Ibi enim eſt Roma vbi Imperator.

——*Veiis habitante Camillo*
Ibi Roma fuit.——

Etiam Græci Imperatores dicti ſunt Romani licèt aulam Româ Byzantium transtulerint. Age ergo, Inuictiſſime Imperator Leopolde, Imperij Sol, &, ſi aliter fieri non poteſt, gladium accinge, priſtinum Imperij decus (juxta Capitulationis leges) reſtitue, Pontificatumque Romanum (de quo jam olim Maximilianus I. Imp. excelſæ ac glorioſæ memoriæ, cogitauit) rurſus Tibi poſtliminio quaſi adjunge. Certè in ſacra illa expeditione fidiſſimi Achates erunt omnes Euangelici Principes, ſcortum illud Babylonicum (quod Romæ in ſeptem collibus ſuperbè vineam Domini noſtri per vaſallos ſuos Monachos & Ieſuitas affligit) odio plus quàm Vatiniano proſequentes. Dolendum ſanè eſt, Imperij Romani reliquias, per varias aſtutias & fraudes Romanorum Pontificum manibus Cæſarum eſſe ita excuſſas. Receſſus Imperij Colon. de ann. 1517. verba ſunt: *es ſey mit dem Römiſchen Reich gar uſ die neige kommen. Eitel Friderich von Herden.* (in præfat. der Grundu: ſcribit. *Das nicht vnbillich die blöſſe des Welt erhöheten Adlers Zubeklagen.*

Intereſt Imperij vt reliquia Romani Imperij rurſus Imperio aſſerantur.

Sapienter *Frideric.* I. Imp. ad Hadrianum Pontificem ſcripſit: *Cum diuina Ordinatione ego Romanorum Imp. & dicar & ſim: ſpeciem tantum dominantis effingo, & inane vtique porro nomen ac ſine re, ſi Vrbis Romæ de manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa.* (*Radeuic. l.* 2. *de reb. geſt. Frider. c.* 30.) Det Deus vt tandem veterno excuſſo alia rerum in imperio facies appareat.

XIV. Vltimo loco hic notandum, quod Imperium noſtrum ratione originis dicatur Romanum: Germanicum verò ratione ſubjecti recipientis. Vnde Maximilianus Imp. [in R. I. de ann. 1495. Iuſtinianum vocat: *Unſer Vorfahr im Reich.* Simili modo etiam Carolus M. ita appellatur (*in refor. Frider. III. de ann.* 1442. *Tit. Vom Heimlichen Gericht;*

quam rem tale epigramma à *Sebaſtiano Brand* confectum:

Tranſlato Imperio à Graecis Germana repente
Natio ſuſcepit regia ſceptra, & opus:
Germanus quoniam, noſtro quoque natus in orbe
CAROLVS, & vero ſemine Teuto fuit.
Nempe Orientalis Francus fuit. Vnde recepit
Francia Gallorum, quod modo nomen habet.
Als Keyſerthumb von Griechenlandt
Wegen vnfleiß vvard abgevvandt
Kam's auff die Deütſche nation
CARL der Groſſe richtet es an,
Ein geborhrner Francke er vvar,
Machts freudig: gab ſich in gefahr,
Erlägte viel der Feinde hauf,
Richt das Keyſerthumb vvieder auf.

Ieſuitæ (*von Ieſu vveit*) ex eo quòd Leo III. Papa miniſter coronationis Caroli fuit, Papam Imperij Satorem atque fundatorem faciunt, qui Carolo Imperium Occidentale contulerit: Sed hoc non minus ridiculum eſt, quàm ſi quis Paſtorem Eccleſiæ dicat ſponſam dediſſe ſponſo, cum rogatus ille legitimæ copulationis miniſter & teſtis ſit. Conf. *Diſc. præced.* vbi de tranſlatione Imperij actum, & luculentum *Tract. Arniſæi de Tranſlatione Imperij* aduerſus Robertum Bellarminum. *Coronatio Papalis non eſt cauſa efficiens Imperatorum.*

V. Hic Carolus per 33. annorum continua bella Saxones deuicit (*V. Cran. 2. Saxon. c. 4. Annal. Franc. Regino*) & Taſſilone Bauariæ Rege ſubjugato Boiorum regno finem impoſuit. *Bauaria regnum extinguitur.* Carolus enim Ingelheimij [in Palatinatu Electorali] ann. 788. congregauit Synodum ex Pontificibus majoribus, minoribus, ſacerdotibus, Regibus, Ducibus, tetrarchis, præfectis, ciuibus, oppidanis. In ea accuſauit Theſſalonum, Bauariæ Regem, perfidiæ. Pronunciatur ſententia juxta legem Salicam de capitali ſupplicio. Theſſalonus autem petita venia in monaſterium relegatur, Bauariaque Carolo ſubjicitur (*Auentin. l. 3. Annal.*) Huic Carolo porrò Slaui verſus mare Balthicum & Poloniam ad Viſtulam vſque facti ſunt tributarij. Carolus M. an in Germania, an vero Gallia natus fuerit, nec ne, id præſenti Germanorum Imperio fraudi eſſe nequit. *Carolus M. an fuerit Germanus.* Franci enim ſedem regni in Gallia ſtatuentes, partes Germaniæ Transrhenanæ, quæ tunc ad regnum Francorum pertinebant, acceſſorij inſtar habebant, velut prouincias bello ſubactas. Quia ergo Caroli M. pater Rex Franciæ fuit, & ipſe talis cenſeri poteſt. Illius enim nationis quiſque cenſetur cuius ipſius pater eſt, & vbi ſedem fortunarum à patre majoribuſque traditum obtinet. Si itaque quæratur ad Gallos an ad Germanos Carolus ſtirpis ſuæ originem referat: ſine dubio reſponden-

dum erit, quod non ſit ſtirpis Gallicæ, ſed Germanicæ ſiue Francicæ: Verùm ſi quæratur, qua patria cenſeri debeat? Gallia nó Germania ipſi aſſignanda erit. (*Ita ſentit Monzambano de Statu Imperij Germ. cap.* I. ad quem vid. h. l. notas Pacifici à Lapide.) Carolus hic Francorum regnum [quod in Pharamundo ſeculo V. cœperat] iure hereditario obtinuit, hereditariumque ad poſteros tranſmiſit. Regnum verò Italo-Longobardicum iure belli ſibi acquiſiuit, prætextum ſuppeditante Pontifice Romano. Idem, Imperator Romanorum voluntate Populi Rom. & Pontificis eſt ſalutatus. Sic igitur Germania ſub Carolo fuit portio regni Francorum, eamque in complures prouincias diuiſam, præfecti ſub nomine Ducum & Comitum adminiſtrabant. *Vid. Dn. Conring. Diſſert. de Ducibus & Comitibus Imperij.*)

Ludouicus Pius Imp. intereſſe negligit. Regula Diuide & impera: perdit interdum ſuum efficium. Solœciſmus in Imperio cōmiſſus. Intereſſe Imperii affligitur. Diuiſio Imperium Francorum perdit: Fines Imperii Frācici conuelluntur.

VI. Succeſſit in Caroli potentiam filius *Ludouicus* cognomine *Pius*, Patris Imperio quàm ſuo felicior. Tres filios ſibi diſcordes vidit, neque ſatis coërcuit: perpetuum poſteris exemplum futurus, Principis ſcil. qui nimia lenitate viuus & videns ſe Remque publicam peſſumdare, quàm iure ſuo impigrè vti maluit. Moribus illis ipſe anſam dederat, dum præcipiti & incauto in ſanguinem affectu Lotharium Imperij conſortem, Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Bauariæ Reges declaraſſet. Diuiſa quippe auctoritate Imperatoria animi ſimul populorum diſtracti ſunt; & hinc ſemina turbarum, toti Imperio fatalium. Ludouico mortuo poſteaquam ingentibus prœliis, cumprimis eo, quod ad Pontiniacum ann. 840. geſtum eſt, ſeſe mutuo & Rempub. omnem miſerrimè afflixiſſent, pace tandem conſtituta tres fratres ſuperſtites, totidem in partes omne Francorum Imperium diuiſere, quæ præcipua fuit cauſa conuulſæ potentiæ Francicæ, proſtratæque familiæ Carolinæ, dum nunquam in vnum rurſus potuit coaleſcere. Franciam Occidentalem [quæ hodie dicitur: *Franckreich*] Arati, Rhodano, Scaldi, Moſa, Oceano, Pyrenæo ſaltu comprehenſam, Carolus: Germaniam & Pannoniam vtramque Ludouicus; Reliquas autem opes & Imperium Lotharius creuere. Exinde *Carolus* Regis Franciæ titulum ſibi adſciuit, *Ludouicus* Germaniæ (qui primum ab eo vſurpatus) Lotharius Franciæ & Italiæ: *Pipinus* Aquitaniæ. Facta eſt diuiſio Salfeldiæ prope Coloniam Agrippinam, (*Vid. Annal. Franc. Auentin lib.* 4. *Philipp. in Chronic.*) Et hæc illa portio eſt, cui originem iuraque ſua propria debet *Occidentale Francorum regnum*, quod nunc abſolutè Francicum dicitur: Et Orientale ſiue noſtrum Germanicum, vti tum quidem ac diu poſtea audiit, antequam Romani Imperij cognomentum ibi inualeſceret. (*Vid. Dn. Herman. Conringium in aureo libro de Finib. Imper. l.* 1. *c.* 2. & 3. *Dn. Bœclerum in Carolo M. Ludouico Pio, & Lothario I.*) Hæc diuiſio, quum non paucas res Germanicas mirificè illuſtret, probè attend

Regni Germanici ortus. Regni Francici ortus.

tendi meretur, ex qua etiam Bodinum, accerrimum illum Imperii hoſtem, & alios Gallos, Imperium noſtrum ſuo Regi deſpondentes, velut Alexandrino gladio iugulare poſſumus. Patet itidem ex hac re, quod Imperium Romanum, Germaniæque regnum ſint diſtinctæ inter ſe Reſpublicæ, quod Diſcurſu præcedenti ſatis ex Conringio & aliis, probatum dedimus. Quin ipſe Maximilianus I. Imp. Prudentiſſimus Princeps, hoc probè animaduertens ſuperiori ſeculo cæpit rurſus titulum regni Germaniæ, in Ludouico orti, à titulo Imperatorio diſtinguere.

VII. Quum ita à corpore Imperii Franciſci auulſa Germania, peculiarem Regem accepiſſet; cùm ipſa poſt coaluit magna Galliæ Belgicæ pars ad Rhenum vergens, quæ à Lothario itidem Pij filio, Lotharingiæ nomen eſt ſortita, cujus hodie modica tantùm portio iſto nomine inſignitur. (*V. Conring de Fin. Imper.*, ex quo & hæc alia præclara hauſit *Monzamban. de Statu Imper. German. c.* 1.) Poſt Ludouici autem, Germaniæ Regis obitum, inter Carolomannum, Ludouicum & Carolum, tres Ludouici filios, Germanicum regnum diuiſum. (*Otto Friſin. l.* 6. *c.* 6. Sed Carolomannus & Ludouicus nulla legitima ſobole relicta, Carolum, fratrem tertium, qui Craſſus dicebatur, heredem habuere. Sicque vnita denuo Germania poſtea indiuiſa manſit, ex lege forte, etſi non extet, aut tamen conſuetudine, quam inualeſcere facile fuit, cum Carolo Craſſo nulli, Arnolpho vnicus Ludouicus, & huic iterum, vt & Conrado I. nulli maſculi liberi eſſent. (*Vid. elog. Diſſertat. de Magnis Imperijs*, quam ſub præſidio Clariſſ. Viri *Dn. Ramſpeckij* Heidelbergæ habuit Nobilis de *Kotteriz*.

Germanici regni incrementa.

Lotharingiæ origo.

Diuiſio nocet regno Germaniæ.

Regnũ Germaniæ diuiſum rurſus coaleſcit.

VIII. Cæterùm inter exitialia bella, quibus Caroli poſteri inter ſe collidebantur non ſolùm enormia ſumpſit incrementa Procerum, id eſt, Ducum ac Comitum Germaniæ potentia, ſed etiam ipſa ſtirps Caroli M. demum penitus fuit extincta, aut ſaltem regno Franciæ dejecta. (Nam hodieque Comites Palatini ad Rhenum & Duces Lotharingiæ à Carolo ſtemma ſuum deducunt) Germaníque ex ſuæ nationis Proceribus ſibi Imperatores ac Reges elegerunt. Imperatoria enim dignitas, Ludouico Germanico poſt Ludouici Imperatoris obitum debita, primum à Gallico Rege Carolo intercepta, poſtea quoque aliter, Pontificum maximè perfidiâ, detenta; aut non adita à Germaniæ Regibus fuit, Hungaris Germaniam diripientibus, & ob bella quædam ciuilia; donec tandem feliciſſimis auſpiciis Ottonis M. Germaniæ illa dignitas à Romanis in perpetuum redderetur, (*Vid. Diſc.* 4. *praced.*) manente illa vi Imperij penes Germanos, per Italiæ regnum & Romanas reliquias vſque ad tempora Friderici II. Imper. Tum enim non gradu, non curſu, ſed præcipiti quodam lapſu corruens propemo-

Imperiũ Romanum & regnum Germaniæ tandem ad Germanos Proceres deuenit.

Papa Germaniæ Regibus aduerſus.

Intereſſe Imperij decrevit. Imperij decrementa. Cauſa Imperij ruina.

dum Reſpubl. ſimul & fines vehementer turbauit pæne vbiuis, alibi confudit, & ſi quos acquiſiuit, iterum amiſit. Vt longè ſit difficillimum eos hodie citra cujuſque injuriam diſcernere. (*Vid. Dn. Conring. de Finib. Imper.*) Imperij opes decreuere primùm, & deſpecta dignitas Imperatoria ex infantia Henrici IV. cum factionibus perpetuis debile Imperium ac poſtremo à Pontificibus Romanis quaſi exhauſtum contemneretur primum impune mox etiam in prædam cederet; omni eo, quod è Gallia ſupererat, mox ipſa Italia, fonte nempe Imperij tum validiſſimis Germaniæ partibus veluti à ſuo corpore exciſis, Reſtat hodie truncus arroſus, & malè cohærens, ex fatali animorum diſſenſu, quos religionis diuerſitas, & ſeparatæ ſingulis rationes, diuiſa conſilia, vota, ſpes, metúſque ſecreti & profeſſi in contraria omnia iampridem diſtraxere.

Hodierna Imp. rij facies.

Imperium & regnum Germaniæ factū eſt electitium

IX. Notari hic porrò meretur, quod familia Carolina extincta, Imperium & regnum Germaniæ ex hereditario factum ſit electitium, quod etiam hodiernum in Germanicis Proceribus viget, quamuis electio ad certam familiam adſtringi conſueuerit, de qua re infra peculiari diſcurſu plenius videbimus, vbi etiam agimus de Imperij arcano, nempe de Electione quæ hodie in familia Auſtriaca continuatur. Hodiernus Electus Romanorum ac Germaniæ Rex eſt LEOPOLDVS, Semper Auguſtus, Imperij SOL, Princeps & humanus, & literatus, & literatorum Mæcenas quem Deus Optimus Maxim. diu Chriſtiano Orbi commodet, matrimoniúmque ejus, ad auertendos nouos Germaniæ motus, maſcula prole beatum reddat, vt, quamdiu mortalis erit, nihil ex Domo ſua Auguſta mortale ſentiat, atque ægerrimæ afflictiſſimæque Germaniæ ſalutaribus fomentis medeatur.

Imperij arcanum.

Leopoldus Imp.

DIS-

DISCVRSVS VI.

DE

REGNO GALLIÆ.

Ad Proœm. verb. Galliam.

I. QVOD Franci Galliam mutarint in regnum Franciæ, ex diſcurſu præcedente (*num.* 4.) patet. Prima Francorum mentio in tempora Probi Imperatoris incidit, vt Dn. Hornius, quem hoc Diſcurſu maximè ſequimur, notat. Probabile eſt varios populos, à Romanis hactenus oppreſſos, declinante Imperio ſeſe in libertatem vindicaſſe, & ita Francorum, id eſt, liberorum hominum, nomen accepiſſe. Sub Rege Clodouæo regnum Francorum maxima incrementa accepit. Hic enim totam Galliam regno ſuo adjecit & Romanorum dominationi in Gallia finem impoſuit, ac præterea Thuringiam, Alemanniam, Burgundiam, Aquitaniam & Gotham Gallicam ſibi ſubjecit. Hujus regiones vno nomine dictæ Francia, quæ medio Rheno diuidebatur in duas partes, quarum Occidentalis *Weſtraſia*, itemque Neuſtria; Orientalis verò appellabatur *Auſtraſia* ſiue Francia Teutonica. Ex regno Auſtraſiæ ſola hodie *Auſtria* nomen illud retinet.

Franci.

Incrementum Regni Francorum.

VVeſtraſia & Auſtraſia.

Auſtria.

II. Prima ſtirps Regum Francorum dicitur a Rege Merouæo, Merouinga. Hi Merouingi à Majoribus Domus poteſtate & regno exuti ſunt an. 687. Officium Majorum Domus complectebatur totam poteſtatem Regiam, præter titulum & coronam; in eorumque manu erat pax & bellum. Inſignis ſanè Francorum Regum Politicus ſolæciſmus. Certum enim ex *Ariſt.* (7 Pol. c. 9.) eſt, eorum, penes quos armorum eſt arbitrium, arbitratum manere vel non manere Reipub. formam. Armorum poteſtate ducibus in regno Francorum permiſſa, quid mirum illos paulatim inſurrexiſſe, tantoque tandem incremento auctos, vt pæne regiam poteſtatem in ditionibus ſuis obtinerent. Quid mirum porrò

Majores Domus.

Mutatio Reip. oritur ſi priuati armorum arbitrium ad ſe trahant.

Card. Richelius & Mazarinus.

Majores Domus tandem Regium in Francia ſolium conſcendiſſe; quum ferrum in manu habuerint, Regeſque deſides & ignaui potentiam dictatorum illorum (*Der ſouuerainen Meiſter-Knechte*) non infregerint, aut coërcuerint? Richelius quoque & Mazarinius, qui paucis ab hinc annis Deſpotikyrij in Gallia fuerunt, etiam ſine dubio Majorum Domus perſonam induere potuiſſent, niſi ſacra conditio vitæ & Condæus non obſtitiſſent. Quod ſub Caliphis Sarracenorum fuerunt Sultani; hoc in Gallia Majores Domus; qui ſub Carolingis dicti ſunt Comites Stabuli. Maximus ex hiſce Majoribus Domus fuit *Carolus*

Carolus Martellus.

Martellus, Princeps pugnaciſſimus, qui oblatum titulum Regis animosè contempſit, dicens: *Malle ſe Regis dominum, quàm Regem eſſe.*

Arcanũ dominationis. Multi remiſſo nomine vim regiam complectuntur.

Ita ſolent dominandi gnari nomine remiſſo rem ipſam complecti. Miltiades in Cherſoneſo erat Rex, quamuis carebat nomine. (*Corn. Nep.* in Miltiad.) Scipio cum ab Hiſpanis Rex appellaretur, reſpondit: Regalem animum in ſe eſſe. Si id in hominis ingenio ampliſſimum ducerent, tacitè judicarent; vocis vſurpatione abſtinerent. (*Liu.* l. 27. c. 19.) Ad eundem modum cum Carolus Martellus Franciæ regnum in poſſeſſionem accepiſſet, Regios auerſatus eſt titulos, ſola Principis nobilitatis appellatione contentus, qua arte filio ſeruauit regnum, teſte Paulo Æmilio. Similiter Iulianus Medices (vt habet *Iouius* in vita Leonis X.) ex tanto temporum locorumque interuallo reductus in Rempubl. Florentinam, Domini & Magnifici nomen repudiauit, nec quidem Medicæas intrauit ædes, ſeque ciuem omnium æqualem profeſſus eſt. Mittenda, ergo

Verba chartis odioſa ſuperbis.

Chilpericus IV. Solœciſmus Politicus contra illud: Principiis obſta.

Vt prudenter monet *Lucas de Linda* (de arcanis Tiberij Principatus confirmandis ex lib. 2. Ann. Tacit.) Vltimus Merouingorum fuit *Chilpericus IV.* qui à Zacharia Pontifice exautoratus, & in cænobium detruſus; quod exemplum Pontifices Romani impoſterum in conſequentiam traxere, & penes ſe eſſe Reges creare & deponere huius facti argumento aſſeruerunt. Vt adeò verum ſit illud Poëtæ:

Principijs obſta ſerò medicina paratur.
Quum mala per longas inualuere moras.
Funcken machen Feur,
Feur machet ein glut Vngeheur
Glut nimbt vveg all Wolfarth vnd Gutt
Auſz geringer Sach ſolches erſprieſſen thut.

(*Vide Leizner in Chronico Daſſelenſi. lib.* 2. *c.* 16. vbi exemplum affert de Wilhelmo Duce Brunſuic. & vrbe Hildeſienſi.) *Ariſtoteles* τοῦ μικροῦ in Reipublic. neglecti dat duo exempla. Primum ſumit ab arte χρηματιστικῆς. Ille inquit facilè diteſci, qui τὸ μικρὸν conſeruat, qui addit pa-

rùm

nim paruo. Quod ſi verò minimum de theſauro tuo demas, & iterum minimum, tum illud minimum ſæpe iteratum exhauriet omnem tuum theſaurum. Alterum exemplum deſumit ab arte Sophiſticâ. Nonnè hoc concedis mihi? inquit Sophiſta. Et hoc nonnè concedis? *Der* Reſpondens *gedenckt, das kan endlich nicht viel bringen es iſt ein* μικρὸν; *ſagt:* Concedo; Inſtat Sophiſta: Hoc conceſſo, & illud nonne concedis? *Vnd machet endlich einen ganzen* Soritem *daher, das jener ſich nicht daraus finden kan. Das macht das* μικρὸν *ſo er* concedirt *hatte.* Ita inquit Philoſophus, ne minimum in Repub. concedendum eſt, quod ſit contra inſtituta. *Sonſt kan gahr bald eine* conſequentia *daraus vverden,* [vt ſcitè olim Helmſtadi pl. Reuer. *Dn. D. Meier ad l.* 2. Pol. Maximè Reuer. *Dn. D. Cellar.* c. vlt. prælegit.] *Dolendum* ſanè *eſt, quod Reges & Principes ante & poſt Carolum M. Politicas literas neſciuerint, Pontificique τὸ μικρὸν concedendo vniuerſum Chriſtianum Orbem intolerabili ſeruitio Capitolini Iouis tandem ſubiecerint.* Principes ſanè Euangelici probè norunt hodie literas iſtas Politicas, adeóque Pontifici ne hilum quidem amplius concedunt. Cum Gregorius XIII. Calendarium ſuum, Imperante Rudolpho II. Imperio obtruderet; Plurimis viſum, hoc facile poſſe concedi: Cæterum Proteſtantes τὸ μικρὸν non eſſe concedendum prudenter judicarunt. Sed rurſus ad rem!

Politicæ literæ ignoratæ intereſſe Principum interuerit㉦t.

III. Regnum Franciæ ſub Merouingis aliquando fuit electiuum, licèt Bodinus illud ſemper hæreditarium fuiſſe aſſerat [*l. 6. de Rep. c. 5.*] qui etiam inquit vulgari prouerbio: *Francorum Regem immortalem eſſe.* Sed vnde probabit hoc prouerbium jam obtinuiſſe tempore Merouingorum. Neque ſequitur, quæcunque à vulgo dicuntur, ſtatim vera eſſe. Sic vulgari prouerbio dicitur: *Regem Francorum eſſe Regem aſinorum,* [*Die da mitten vnter dem Scheermeſſer ruffen: Viue le Roy!*] neque tamen illud verum eſſe, concedent Franci. Regnum autem Galliæ ſub Pipino, Carolomanno & Carolo M. fuit electiuum. Sub Carolo M. regnum Galliæ florentiſſimum fuit, factumque hęreditarium vnà cum toto Imperio, Germaniâ & Italiâ. Hic Carolus axioma Imperij Romani quod ab an. 475. deſuetum erat, rurſus in Occidentem reuocauit. Coronauit Leo III. Papa Imp. Carolum tanquam Epiſcopus Eccleſiæ, non verò eum creauit tanquam Dominus Romæ ſiue Italiæ. Extant hodieque Epiſtolæ Leonis Papæ ad Carolum M. quas primò euulgauit Matthias Flaccius Illiricus & poſt eum ex antiquis Membranis edidit Helmſtadi Clariſſ. Dn. Conringius. Ex quibus patet Leonem III. ſibi haud quaquam arrogaſſe aliquod jus ſiue Imperium in Carolum.... Imò ante tempora Pipini ne oppidulum quidem proprio jure & Dominio Pontifices poſſederunt, ſed omnia ſua incremen-

Bodinus notatur.

Status Regni Franciæ ſub Merouingis & Carolingis.

Ex Coronatione Imperatoria Pontifex in Imperatorem non poteſt prætendere dominatum.

ta & ipſum illud D. Petri patrimonium Corolingorum liberalitati debent. Hæc eſt illa donatio quam Canoniſtæ plus quàm Diabolicâ malitia transformarunt in Donationem Conſtantini M. eamque tot fabulis exornarunt, vt Batramyriomachia Homeri longè meliorem fidem mereatur. Otto Friſing. (lib. 4.) ſcribit fuiſſe Gratiani æuo, qui donationem illam fictam aſſeuerarent. Auentinus (lib. 5. Ann.) Henrico IV. Imperante fabulam donationis Conſtantinianæ primum excogitatam affirmat, quod ab illorum temporum ſtatu non alienum videtur. Quod autem improbè conficta ſit hæc donatio, patet ex ſequentibus rationibus (1. quia nemo veterum, nec Euſebius, qui vitam Conſtantini deſcripſit, nec Socrates, Sozomenus & Theodoretus; eius ne verbulo quidem meminerunt. (2.) Ex hiſtoria conſtat per octo priora ſecula Papàm in vllam prouinciam ſecularem iuriſdictionem exercuiſſe. In iure ciuili nulla eius donationis fit mentio: extat quidem in jure Canonico, ſed ſub nomine Paleæ, id eſt, capituli adeò inanis, vt palea, cuius fides & autor incertus. (3.) Conſtantinus morti vicinus Imperium inter liberos diſtribuit, & omnes illas prouincias, quas fingunt Imperatorem Papæ donaſſe. Sub Lothario, Lotharij Imperatoris filio, regnum Auſtraſiæ cæpit Lotharingia appellari, quæ diuiſa fuit in Burgundiam & regnum Arelati; & ita *diuiſione prouinciarum, mutuis diſſidiis ac propria ignauia decreuere Carolingi.* Prima diuiſio facta à Ludouico pio; qua diuiſione non contenti filij Pipinus & Ludouicus fratrem ſuum Lotharium poſt grauem pugnam ad ſecundam diuiſionem adegerunt, & ipſe Ludouicus Pius à Collegio Epiſcoporum Imperio ſpoliatus, & in carcerem conjectus fuit, donec à Principibus in integrum reſtitueretur. Ab eo tempore Francorum regna, variis diuiſionibus exorta hæc fuerunt: Regnum Franciæ, Neüſtriæ, Lotharingiæ, Burgundiæ, Auſtraſiæ, Aquitaniæ, Baioariæ, Germaniæ, Italiæ, Saxoniæ, Prouinciæ, donec tandem omnia ſub Carolo III. cognomento Craſſo iterum coniungerentur, qui primus poſt Carolum M. Galliæ, Germaniæ, Italiæ Rex & Imperator audiit. Eo extincto diuelli ac dilacerari Monarchia Francorum cæpit, ac Carolingi marceſcere, Germaniamque & Imperium amittere paſſi ſunt: quod poſt obitum Ludouici V. ad Conradum Ducem Franconiæ Orientalis delatum, à cujus tempore vſque in hodiernum diem apud Germanos perdurauit.

Donatio Conſtantini M.

Franciſci Imperii ac regni decrementũ & eius cauſa Diuiſio eſt contra intereſſe regnorũ & Principatuum.

Carolus Craſſus.

Carolingi deficiunt ac planè marceſcunt.

IV. Notari hic meretur plerosque per Galliam, Belgium & Germaniam Principatus à Carolingis eſſe códitos. Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Ducatus conditus victo à Carolo M. Wittekindo Sub Carolo Simplice a. c. 913. ortus eſt Comitatus Friſiæ (*Vid. Vbbon. Emm. lib. 5. Hiſtor. Friſ.*) Hic Emmius pulcherrimè oſtendit Comitatus Hollan-

Saxoniæ, Angariæ & Weſtphaliæ Ducatus orti go.

diæ

Comitatus Holandiæ origo.

Friſia.

diæ originem non ad Caroli Calui, ſed Simplicis tempora referendam, ſub quo Dietericus Vir Nobilis obtinuit comitatus titulo magnam antiquæ Friſiæ & Batauiæ partem, eo fine, vt contra Normannos terras iſtas deuaſtatas defenderet. Vid. Ian. Duſam. l. 5. Batau. Malè vulgo vocatur Comitatus Hollandiæ, quem Carolus Simplex Dieterico dedit, quum potius dicendus ſit Comitatus Friſiæ ſiue Weſt Friſiæ, quod Duſa [*l. 5. Batau.*] probat. „Totus enim ille terrarum tractatus ſub Carolingis Friſia dictus, ſub quo Comitatu præter Friſiam, Hollandiam, Selandiam, Traiectum, & aliæ ditiones vſque Neomagum cenſebantur; quod indicat inſcriptio lapidis: *Huc vſque ius Stauriæ*, id eſt, Friſiæ. Stauria enim Friſiæ Metropolis. [*Vid. Hegenit. in Itiner. Friſio-Holland.*] Hinc Hermannus contractus, coæuus Friderico I. Imp. Trajectum vrbem Friſiæ appellat. Poſtea à Danis vtrumque nomen & Hollandiæ & Selandiæ fluxit. (*Vid. Chronicon Drentiæ.*

Status Galliæ ſub Capetingis.

Regnum Galliæ à Capetingis vi & armis acquiſitum.

V. Extincta ſiue depreſſa Carolingorum ſtirpe, hodie tertia ſtirps Regum Capetingorum in Gallia regnat. Hi Capetingi ſub vltimis Carolingis orti, ex poſteris Vvittekindi Ducis Saxonum. Iſti erant Hugo Magnus ac Hugo Capetus, qui Comitatum Pariſienſem obtinuerunt, cujus ea fere fuit poteſtas, quæ olim ſub Merouingis Majorum Domus, ac poſtea ſub Carolingis Comitum Stabuli. Poſt obitum itaque Ludouici V. Hugo Capetus Pariſiorum Comes excluſa Caroli M. ſtirpe Regnum Franciæ inuaſit. Reſtabant ex Carolingis duo adhuc, Carolus Dux Lotharingiæ, & filius ipſius Otto, quibus duplici prælio victis regni poſſeſſionem ademit Capetus. Atque hinc eſt, quod hodieque Lotharingiæ Duces ſe veros Caroli M. ſucceſſores, atque legitimos regni Galliæ heredes jactent, contra verò omnes Capetingos pro inuaſoribus & tyrannis habeant, de qua controuerſia ſtante liga & florente Guiſiorum potentia ſub Henrico III. integri editi fuerunt libri; neque aliunde fluxit ipſa Liga & Hugonottarum per Galliam factio, quam ad reprimendam Carolingorum prætenſionem. Quippe quum jam ferè extincta Valeſiorum familia ſoli ex Capetingis reſtarunt Burbonii, inter ipſos ac Guiſios ortæ fuerunt æmulationes de ſucceſſione in regnum. Guiſij Pontificem, R. Hiſpaniæ alióſque Principes Pontificios in ſocietatem ſuam adſciuerunt. Borbonij, quorum caput Ludouicus Princeps Condæus, itemque Henricus tum temporis Rex Nauarræ ad partes Proteſtantium ac Hugonottarum ſe contulerunt. Tantas controuerſias etiam antiquiſſima aliqua injuria in regnis hereditariis concitare poteſt.

Prætenſio Ducis Lotharingiæ in regnum Galliæ.

Cauſa Guiſianæ factionis in Gallia.

Comitiorum autoritas in Gallia collabitur.

V. Sub Capetingis in Gallia Comitiorum autoritas abolita, quæ olim ſub Merouingis & Carolingis fuit maxima, adeò vt *Hotomannus* in eleganti libro cui titulum fecit: *Franco-Gallia* multis argumentis

oſtendat: Reges Francorum antiquos nullam habuiſſe poteſtatem, niſi in comitiis. Quamdiu floruerunt comitia, tamdiu vel nullus vel rarus vſus Parlamentorum & Parium Franciæ fuit, vt origo eorum referenda demum videatur ad familiam Capetingorum. Fatetur Hotoman. (*cap.* 17. *Franco Gall.*) ipſum Hugonem Capetum comitia paulatim eneruaſſe, quod videret illa regna, quæ nimium indulgent comitiis plerumque ad Ariſtocratiam delabi. Nam vt mare raro quietum eſt, ventos plurimum, & ſæpe procellas habet; Sic Reſpub. vbi Comitiorum poteſtas. (*Lipſ.* l. 2. Monit. Pol. c. 1. Monit. 4.) Sic cum Auguſtus inuaderet Imperium, ſuſpectum erat Senatus populique Imperium ob certamina potentium. [*Tacit.* l. 1. Ann. c. 2.] Arduum ſiquidem eſt eodem loci potentiam & concordiam eſſe. [*Tacit.* l. 4. Ann. c. 4.] Si credimus *Philippo Cominæo*, rerum Gallicarum peritiſſimo, comitiorum autoritas vſque ad tempora *Ludouici* XI. ſtetit [*V. eius l. 9. de reb. geſt. Ludou.* XI.] Vbi teſtatur, quod is pro lubitu pecuniam ſine conſenſu Populi imperarit. Hic Ludouicus XI. velut alter Tiberius, peſſimis artibus euertit Parlamenta & comitia. Idem *Comineus* alibi: Haud dubiè imminuta fuit poteſtas ordinum inter bella Anglicoſquum ingentibus præliis præcipuæ familiæ extinguerentur, remanentibus illis ſolum, qui inter *Principes ſanguinis*, quibus, cum agnatum ſit jus ſucceſſionis in regnum, non præſumuntur quicquam, quod ad imminutionem potentiæ regiæ ſpectat, affectare vel contraſentire velle. Succeſſerunt in locum comitiorum velut ludibria quædã Pares & Parlamẽta. Nonnulli Franciæ Hiſtorici inſtitutionem Parium ad tẽpora Ludouici VII. referunt. Autoritas eorum non fuit adeò magna, ſed inſeruire potius Regũ libidini, quàm aduerſari eidem ſunt ſoliti, vt nimirum haberent inſtrumenta ſeruitutis & Principes. Neque major fuit Parlamentorum autoritas in Gallia, vtpote quùm vix vmbra priſcæ libertatis ſub voce Parlamenti retenta. Parlamenta Galliæ nihil aliud ſunt, quàm collegium ICtorum, qui non eliguntur à Populo, ſed à ſolo Rege, ſuntque curiæ ſtabiles ac perpetuæ, ad controuerſias potius priuatas ac minores, quàm regni negotia conſtitutæ. Omnes qui in iis ſunt, Regis ſtipendiarij ſunt. An verò credibile eſt Regem ſuis ſtipendiis ex infimo hominum ordine conducturum, qui ſibi imperent & jura majeſtatis exerceant? Nam quod *Bodinus* Parlamenta Galliæ cum Comitiis Germanorum Principum comparat, id adeò ſtolidum eſt, vt refutatione non indigeat. Hinc *Parlamenta Galliæ nihil aliud ſunt, quàm inſtrumenta Regum, per quæ pro lubitu imponere poſſunt populo.* Quod Rex promiſit ratum non eſt, niſi confirmetur à Parlamento, & quod Reges libenter vellent eſſe infectum, rejiciunt in Parlamenta. Sic Franciſcus I. in Hiſpania captivus renunciauerat omni juri ſuo in Flandriam,

Origo Parlamentorum & Parium Franciæ. Comitiorum vani.

Comineus Ludouicus XI.

Principes ſanguinis Regiæ vim non impediunt, & quare.

Autoritas Parium Franciæ. Autoritas Parlamentorum.

Bodini error in rebus Germanicis. Arcanum Regum Galliæ.

Flandriam, Burgundiam. Eo vix dimiſſo Parlamentum Pariſienſe refragari, irrita Regis promiſſa pronunciare, adeoque fidem ſemel datam frangere, haud inuito Franciſco, cui nihil gratius accidere poterat, quavis recti ſpecie liberari à tam damnoſa conditione. Sic *Henricus IV.* in cauſa Pacificationis inter Hugonottas & Catholicos, cum Parlamentum manibus pedibuſque refragaretur libero religionis exercitio reſpondit: *Condidi Edictum & volo, vt illud obſeruetur: mea voluntas vobis debet eſſe ratio: Ego ſum Rex & loquor vt Rex, & à vobis exigo obedientiam vt Rex.*

Ita nullum caput iſta ſuper ſe
Adſpicit, excepto cælorum Rege, poteſtas.

Regis Galliæ ſumma poteſtas.

Recteque Rex Galliæ à Canoniſtis & Baldo dicitur corporalis Deus in regno ſuo & Polus Antarticus qui non eſt Gallorum hemiſphærij, (*Art. Duck.* de Autor. Iur. Ciu. l. 2. c. 5. n. 7. *Lanſ.* in Orat. pro Gall.) In ſumma Galli Monarchiam hodie tam verentur, vt idololatræ Regis ſui dicantur, ſummáque omnium cura, vt is vel ſolus bene valeat, cæteris animam agere indultum.

Angli hoſtes Capetingorum.

VII. Præcipui hoſtes Capetingorum fuerunt 1. Angli 2. Hiſpani. Cum Normanni ſub Wilhelmo Conqueſtore ann. 1060. Angliam expugnaſſent, formidabilis eorum potentia Regibus Galliæ eſſe cæpit, quùm in Gallia ampliſſimum Normanniæ Ducatum tenerent. Cumque *hæc inſita mortalibus natura ſit recentem aliorum fortunam ægris oculis introſpicere*; Philippus I. Rex Franciæ prima belli contra Anglos initia fecit, quod dein durius ſub Ludouico VI. exarſit. Initium tenue fuit è ludo inter filios vtriuſque Regis Ludouici Henrici I. ac mox pro vnico oppidulo ortum. A quo tempore per quinque ſecula vel apertum bellum vel infida pax inter Anglos & Gallos fuit, incredibili cum Galliæ damno. Magna vi bellum ann. 1336. inter Philippum Valeſium & Edoardum III. exortum fuit. Philippus Valeſius audiit Mercator Salis (Primus enim ex ſale vectigal accepit) Philippo contra Edoardus, Mercator Lunæ audiit. Prætextus belli fuit *Lex Salica*, pro qua Franci facere dicunt, quod dixit Chriſtus Dominus apud Lucam: *Conſiderate lilia quomodo creſcunt? non laborant, neque nent*: quibus verbis Philippus Valeſius regnum adeptus eſt. Ferunt enim contra legis Salicæ oppugnatores tum fuiſſe concluſum: Lilia Francorum non deberi niſi Nobilibus, qui non nent. Vide tamen *Ioan. Tilij* Tract. de Reb. Gallic. & Philip. Honorij Polit. deſcript. de Statu Regni Galliæ. Eam legem negabat Anglus; aſſerebant Galli. Sed judex omni lege violentior gladius conſtitutus fuit. Hoc bellum varia viciſſitudine ad 100. annos continuatum, & nunquam majores Gallia clades, quàm in illo paſſa fuit. Inde ſecutæ cruentæ pugnæ, 1. ad Sluſas in Flandria

Vectigal ſalis in Gallia.
Lex Salica.

Succeſſio fœminarum in regno Galliæ non valet.

Gallia ab Anglis ferè ſub iugum miſſa.

2.ad Creſſiacum,3.in Pictonibus. Deprehenſum hactenus fuerat aperto Marte Galliam contra Anglos nihil proficere poſſe: Ergo *Carolus V.* qui dicitur Sapiens depoſita pelle Leonina vulpinam adſumpſit, ac plura conſiliis, literis, quàm armis recuperauit. Edoardus igitur memor fragilitatis humanæ Pacem Gallis indulſit. Succeſſor Caroli, Carolus VI. rurſus omnia iterum ſubuertit ac amiſit. Hinc à Proceribus Henrico V. Angliæ Regi traditus. Hic Henricus à Carolo impetrauit, vt, exheredato filio proprio, Carolo VII. adoptaretur. Sic regnum Franciæ in ſolidum ad Anglos peruenit, ac Henricus VI. puer, Pariſiis in primario templo Franciæ Rex ſolemniter coronatus fuit. Ab eo tempore peſſum iuere res Anglorum, qui inteſtinis Lancaſtrenſium & Eboracenſium diſſidiis diſtracti; ac dein Carolus VII. per Ioannem puellam Lotharingam Aurelianenſem vrbem, & dein vniuerſam Franciam recepit A.C. 1450. præter Caletum. Ita non vna eſt Tomyris, quæ ſanguinem ſitientibus ſcit dare. Salutatur illa puella à Gallis *La pucelle d'Orleans*: Lipſius hoc factum magnopere admiratur, ſimileque ſe in hiſtoriis obſeruaſſe negat. Anno poſt 1559. Franciſcus Guiſiæ Dux *Caletum* expugnauit. Tum temporis rogatus à *Gallo Anglus: Ecquando in Galliam reuerſuri eſſent?* piè & prudenter reſpondit: *Quamprimum noſtris peccatis veſtra erunt maiora.*

Adoptionis officioſa exemplum. *Galli reſpirant.* *Ioanna Lotharinga, Galliæ Tomyris,* *Notabilis Anglis militis vox.*

Bellum eſt Dei flagellum.

Ita bellum eſt Divini Numinis flagrum, quo pellimur ad officium, fatiſque bella admouentur gentibus. [*Eſai* 45.v.7. *Curt*.l.10 c.9. *Reinking*.l.2. *Bib.Pol.* Axiom.123.] Idem nobis hodie Turca eſt, quod Aſſyrij olim Hebræis fuerunt. Imò bella ſunt pœnæ vtriuſque partis: Ideo variæ ſunt bellorum vices, nunc his nunc illis vincentibus, tandem verò grauioribus pœnis opprimuntur ij, qui injuſta bella mouerunt. Et plerunque Deus ſcelera vtriuſque partis variis bellorum vicibus punit, ſæpéque fit in bellis, quod adagio dicitur, vt victor fleat, & victus intereat. [*Richter*. Axiom.Pol.205.] Pia itaque eſt Anglici illius Capitanei reſponſio ſuperius allegata, qui ſequentia etiam ad Gallum: *Hactenus vos ſuperauimus vitiis: Vbi nos rurſus vitiis ſuperaveritis, actum erit de vobis; nam tunc redibimus, & hæc loca occupabimus.* [Vid. *Metteran.* lib.1 Hiſt.p.32.]

Hiſpanicum bellum contra Gallos. *Hiſpanica Monarchia orta.*

VII. Anglorum bellis Hiſpanica, velut permutatione quadam ſucceſſerunt ſub Carolo VIII. R. Gall. & *Ferdinando Catholico* R.Hiſpan. Occaſio fuit, expeditio Caroli VIII. in Italiam pro Regno Neapolitano ſuſcepta. Quumque eodem tempore *Ferdinandus capta Granada, & Occidentali India per Columbum detecta, Monarchiam quandam animo conciperet, Galli omnibus modis ſeſe his* conatibus opponere, ac nolle pati ſuperiorem. *Hæc odia eo demum tempore incrementum ceperunt*, quo per conjugium Ioannæ cum *Philippo Auſtrio* Burgundia

totumque

totumque Belgium ad Hiſpanos peruenit: *Hac omnium bellorum prima cauſa, qua iam vltra* 150. *annos Galliam & Hiſpaniam colliſerunt,* inprimis tempore *Caroli V. & Franciſci I. Henrici III. ac IV. & Philippi II. denique Ludouici XIII. & XIV. & Philippi IV.*

Cauſa belli inter Hiſpanos & Gallos.

Ita cupido Imperij vetus cauſa bellandi eſt: Et in ſumma fortuna id æquius, quod validius: Sua retinere priuatæ domus, de alienis certare regia laus eſt. (*Tacit. l.* 15. Ann. c. 1.) Nemrodus primum militari audaciâ clarus: Secutus hunc Ninus Aſſyriâ & Babylone non contentus. Ninus germana patris ambitioſiſſimi ſoboles Ægyptum & Aſiam ſibi ſubiecit, cæteris mortalibus ad inauditum nomen belli expaueſcentibus. Semiramis dein belli gloria mortales retro omnes ſuperauit. Quod Lacedæmonij olim dictarunt: cauſam ſibi eſſe belli, vt Athenienſium impotentem dominatum refringerent (*Corn. Nep.* in Lyſand) idem hoc ſeculo intendere videntur aduerſus Hiſpanos Galli, ex quo illi toti Europæ imminere crediti ſunt. Cæterùm, ô quam magnis homines erroribus tenentur, qui jus dominandi trans maris cupiunt permittere; feliciſſimoſque ſe judicant, ſi multas per milites prouincias obtinent, & nouas veteribus adjungunt. Qui enim fines profert, & ditiones auget, quid niſi ſuo ſibi jumento malum acceſſit, vt & grauioribus curis inpoſterum inuoluatur, & villicationem ſuam ſibi difficiliorem efficiat & ſupremo Patrifamilias de pluribus rationem ſit debiturus. Deus regna & nationes ſuis diſcreuit atque ſciunxit limitibus, interpoſuit excelſos montes, ingentes fluuios, vaſta maria. Vtinam quiſque ſuis ſe contineat terminis, & non appetat aliena quum vix propriis & domeſticis ritè adminiſtrandi vnius hominis, imbecillitas ſufficiat.

Libido dominandi cauſa belli.

Sed vt ad rem redeamus, fatalis illa expeditio Caroli VIII. magnorum in Europa motuum cauſa fuit, quæ non modò Neapolim, ſed vniuerſam Italiam (quæ vndique à tyrannis oppreſſa ad liberationem quocunque modo anhelabat) concuſſit (De hac videri poterit *Thuanus*, qui inde Hiſtoriam ſuam orditur, & *Cominaus* qui quinque liberis illud Neapolitanum bellum perſecutus eſt.) Carolus apertis portis tanquam liberator Italiæ receptus, ſed breui rurſus omnia ſunt amiſſa, neque Gallis quicquam præter oſſa & reliquias ſuorum id Italia remanſit.

Expeditio Caroli VIII. in Italiam.

Adeò non eſt diuturna poſſeſſio, in quam gladio inducimus, nulluſque populus aut homo denique in ea conditione, cujus cum pœniteat, diutius, quam neceſſe ſit, manſurus. (*Curt.* l. 8. c. 8. Liu. l. 8. c. 21.) Illa autem ſunt robuſta, illa diuturna quæ prudentia incipit, cura cuſtodit; difficiliuſque eſt prouincias obtinere, quàm facere. Viribus parantur, jure retinentur. (*Flor. l.* 4. *cap.* 12. Sanè tueri parta excellentis ingenij eſt, ſummæque prudentiæ, fortitudo ad acquirendum, ſed prudentia ad conſeruandum prodeſt. (*Cam-*

Violenter occupata poſſeſſio violenter quoque perit.

ſpanell. de Monar. Hiſp. c. 32. Sub Ludouico XI. in Galliam ſeruitus introducta. (*Vid. Comnæ. l. 10. Comm. verb. Sunt Principes, quibus hoc frequens* eſt &c. *detegatur improbitas.*) Quibus autem artibus introducta à Ludouico XI. ſeruitus fuerit, ex toto Cominæi textu notum eſt, idque recentiores Galliæ ſcriptores non diffitentur, qui expreſsè dicunt: Primum Ludouicum XI. autorem fuiſſe regiæ in Gallia libertatis ac poteſtatis.

Seruitutis Gallicanæ initium.

Hugonottarum perſecutio in Gallia.

Deus punit perſecutores verbi ſui.

Motus in regno Galliæ.

VIII. In Henrico III. extincta Valeſiorum ſtirps cauſa fuit iniquiſſimæ Hugonottarum perſecutionis, qua cæpta Henricus II. in haſtiludio, Franciſcus II. vlcere capitis; Carolus IX. profluuie ſanguinis; Franciſcus Alençonius mærore animi ac inſania; Henricus III. cultro monachi confoſſus periit, & ita Capetingorum domum infelici exitu terminauit. Poſt obitum autem Franciſci II. ſumma regni conuerſio ſecuta eſt. Nam ann. 1560. emerſerunt duæ per Galliam factiones Hugonottarum & Guiſiorum, & ita religio in duas diuiſit partes Galliam, quarum vna Regis fauore & auxilio nitebatur; altera ex ipſis calamitatibus incrementum ſumebat. Haud dubiè Caroli IX. ætas minorennis, tutela Catharinæ Mediceæ matris, Guiſiorum autoritas, Procerum inter ſe diſſidia ac factiones, ingens gliſcenti diſſidio momentum addiderunt. Catharina illa Medices ſpeculum habuiſſe dicitur, in quo toto orbe quæ gerebantur & gerenda erant, ipſa cognoſcebat, quod hodiernum, ſed quaſi nebula obductum (quod ſtatim poſt obitum ejus contigit) in Galliis aſſeruarū tradunt. Aliqua ndiu, mutuo metu partium, Gallia vtrinque in pace conſeruata: Mox Iacob Eſauum ſupplantare, & duæ hæ factiones non jam de gloria, ſed de ſalute certare. Secutum dein bellum in quo occubuit Ludouicus Bourbonius Princeps Condæus, cui ſucceſſit Caſpar Colignius Galliæ Admiralius. Quùm verò Guiſiani his bellis Hugonottis longè inferiores eſſent; depoſita Leonina vulpinam aſſumpſerunt pellem, ac ann. 1570. facta in perpetuum pace, de nuptiis quoque Henrici Regis Nauarræ cum Margaretha Caroli IX. ſorore actum fuit, vt earum prætextu pellecti Lutetiam Caſpar Colignius & pleri que alij Reformatæ religionis Proceres die Bartholomæi crudeliſſimè trucidarentur; quod etiam juſſu Regis Caroli IX. peractum, ſub quo horribilis illa laniena cæpit. De hac lanienâ Maximilianus II. Imp. in literis ad Lazarum Schvvendium tale fert judicium: *So viel die redliche that ſo die Franzoſen mit dem Adniral und den ſeinigen Tyranniſcher Weiſe erzeiget haben, die kan ich gar nicht loben, und habe es mit herzlichē Leide vernōmen, daß ſich mein Tochterman* (Carolus IX.) *Zu einē ſolchen ſchändlichen Blutbad hat bereden laſſen.* &c. *In ſumma Spanien und Fräckreich machen es Wie ſie Wollen, ſo Werden ſie es doch gegen Gott dem*

Catharina Medices.

Bellum ciuile regnum Galliæ premit.

Ligiſtæ & Hugonottæ.

Religioni vis non adhibenda.

Laniena Pariſienſis.

Gerechten

Gerechten Richter muſſen veranwvorten. (*Goldaſt. in Reichsſazung* part. 2. fol. 324.) Veſpertinæ Siculæ olim prouerbio circumferebantur, nobis matutinæ Pariſienſes, quibus ſimile flagitium nomen dedit. Hæc nefaria proditio Hugonottas planè in deſperationem egit, ac illi ab eo tempore ferro & flamma Galliam deuaſtare cæperunt. Hinc Hiſpani, Guiſiani, Itali, contracto nouo fœdere per ſacram Ligam, antiquata ante hac bella rurſus renouarunt. Conuocatis dein ann. 1588. Bleſis comitiis Franciſcus & Ludouicus Guiſij fratres qui ex Carolingis oriundi nihil diſſimulato ambitu regnum affectabant, juſſu Henrici interempti. Hinc detonare Romanus Pontifex, excommunicare Henricum, pleraque omnis Gallia ad Ligiſtas deficere: Henricus ad Hugonottas dein ſe recipere, eorum operam contra rebelles implorare. Is dein, dum auxilio Hugonottarum Lutetiam obſidione premit, à Iacobo Clemente ordinis Prædicatorum Monacho d. 1. Aug. 1589. confoditur, illoque die à Valleſiis ad Bourbonios tranſlatum fuit regnum, qui adhuc hodie regnant. Quamquàm verò Guiſiani & Ligiſtæ pertinaciſſimè reluctarentur Henrico IV. illius tamen partes indies præualuerunt, eique ſe ann. 1594. Lutetia Pariſiorum dedidit, cum is paulò ante deſerta Religione Reformata Pontificiam amplexus fuiſſet. Ita Guiſianæ partes ac ſacra Liga euanuit ac Henricus cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa, in poteſtatem & quidem abſolutam recepit. Quomodo Rex Galliæ tandem Bello Germanico implicatus fuerit ſupra in diſcurſ. 1. allatum.

Guiſii interempti.

Henricus III. trucidatur à Monacho.

Finis belli ciuilis. Henricus IV.

IX. Plura qui de rebus Galliæ noſſe cupit, adeat *Bodinum* (in libr. de Republ.) *Steph. Paſquierum* libris des Recher. de la France) *Cardinalis d'Oſſat* literas ad Regem Henricum. Dn. *du Verdier* librum recentem cui titulum fecit, l'Eſtat de France. Petri *Matthiæ* Gallicam Hiſtoriam, *Thuanum*, *Miniſterium Cardinalis* Richelij & Mazarini; Paulum *Æmilium*, Arnoldum *Ferronum*, *Cominaeum*, *Gramondum*, *Hotomanni* Franco Galliam, Claudium *Seiſellium* (de regno Galliæ.) De priore Dn. Ericus Mauritius judicat, quod antiquioribus Franciæ temporibus conueniat, quum populo ex parte tribuat poteſtatem, adeóque ſeculi hujus moribus non conueniat: Seiſellium etiam in libro ſuo eruditiſſio ſtatum Galliæ mixtum facere conari. His adjungi poterunt Scipio du *Pleix* Hiſtoire generale de France: *Bouſſiers* Hiſtoria Francica: Dn. *Limnai* Notitia Regni Franciæ: qui (*Tom. IV. addit. ad ius publicum c. 2. ad numer. 17.*) refert ex Mercurio Gallico (*Tom. 12.*) prohibuiſſe Ludouicum XIII. in Gallia de poteſtate Regis Galliæ, reliquorumque Regum ac Principum ſine expreſſa permiſſione Regia, quicquam vel

Autores rerum Gallicarum.

Hotomanni Franco-Gallia.

Cl. Seiſellius.

De iure publico in Gallia liberè Philoſophari non licet.

in affirmatiuam vel in negatiuam partem decernere. Id tamen hodie non obtinere, fidem facit vel ſolus libellus inſcriptus *l'Eſtat de France*, le Miniſtre d'Eſtat du Monſ. Silhon. (*Dn. Eric. Maurit. de Princip. Iur. publ. c.* 2. *n.* 8.)

Pretenſio R. Galliæ in Sardiniam. X. Quod Prætenſiones Regis Galliæ attinet: multæ ac variæ illæ ſunt, vt videre eſt apud *Caſſanum* in Recher. de la France, *Blondellum* in Genealog. Franc. *Lucam de Linda*, in Deſcript. Orb. Sprengerum de prætenſione illuſtr. & alios. Prætendit Rex Franciæ in Sardiniam. *Hiſtoria* eius rei talis: Sardinia inſula maris inferi poſt Carthaginenſes Romanis paruit; Dein à Sarracenis infeſtata, ſed iterum à Chriſtianis recuperata, eam tenuerunt Piſani, poſt hos Arragonij, in quorum iura ſucceſſit Rex Hiſpaniæ. *Fundamenta Gallicæ prætenſionis* ſunt 1. Normannos qui hanc inſulam Sarracenis eripuere fuiſſe Francos, ſedemque Pontificiam hanc inſulam tanquam feudum ann. 1281. in Carolum Andegauenſem contuliſſe. *Reſpondent Hiſpani* ex Normannorum facto Gallos nihil lucrari, in factóque Pontificis ἀντιστοιχίαν committi, quum ann. 1295. Pontifex Iacobo II. Arragonio hanc inſulam conceſſerit: *Generalis Hiſpanorum objectio eſt*: Poſito quod vllus titulus Galliæ in Sardiniam competeret, tamen illum eſſe ſublatum in renuntiatione Madritiana,

Euentus. *Euentus*: Manſere in perpetua poſſeſſione Hiſpani, nec eis lis de inſula à Rege Galliæ mota, vtpote quam *Caſſanus* tantùm (*Rech. de la France lib.* 1. *cap.* 9. *p.* 471.) Gallicarum partium perſtudioſus, priuatim Hiſpanis ita bilem moueat.

Pretenſio R. Franciæ in Comitatum Ruſcinonenſem & Perpinianum. XI. Deinde prætendit R. Franciæ in Comitatum Ruſcinonenſem & ciuitatem Perpinianum. Ruſcinonenſis Comitatus, inter duo cornua Pyrenæorum ſiti, poſſeſſionem diu Hiſpanus habuit, ex quo defuncto vltimo Comite Gerhardo 1168. Comitatus ad Alphonſum Arragoniæ Regem devolutus fuerat, nec tamen minus Rex Galliæ eundem animo ſibi & prætenſione aſſerit. *Fundamenta R. Gall. ſunt* 1. Comites ex quo primùm Wifredo feudum contulit Clotharius II. Rex Francorum, Franciæ Reges ſuperiores agnouiſſe, quod & vltimus fecerit Gerhardus in teſtamento ſuo, annos regni Ludouici Iunioris ei apponens. Vnde vaſallo ſine maſculo defuncto coronæ applicari debuit. Comitatus feudali jure. *R. Hiſpani* Francos teſtamento Gerhardi, Comitatum ad Arragonios delabi, fuiſſe paſſos: Regem inſuper Galliæ iure ſuo ceſſiſſe, vt viciſſim Arragonius iure ſuo in Languedociam cederet.

Ius inſigniũ inſculptorũ. 2. *arg. Gall.* Eccleſiæ Epiſcopalis Perpiniani portis & aliis ædificiis inſculpta eſſe lilia Francica: Epiſcopum Elnenſem fuiſſe ſuffraganeum Narbonenſis; cuius ſedem Hiſpani Perpinianum tranſtulerint, & Taraconenſi Metropolitano ſubjecerint. *Fundamenta Hiſpanorum ſunt* 1. Gerhardum vltimum Comitem ſub Ludouico Iun. R.

Franciæ

Franciæ in teſtamento Alphonſo R. Arragoniæ donaſſe. ℞. *Galli*: Authenticum teſtamenti exemplar nondum eſſe exhibitum; In Extracto quem Puteanus habet contineri clauſulam qua ſubditis, ſub Gallo an Hiſpano eſſe mallent? optio datur. 2. *arg. Hiſp.* Seſe pluribus ſeculis hunc Comitatum perpetuo poſſediſſe, atque ita præſcripſiſſe. ℞. *Galli.* 1. Præſcriptionem contra Reges non currere (id quod tamen minimè verum eſt, vt bene oſtendunt eruditiſſimus Hugo *Grotius* (in opere de I. B. & P.) & Dn. *Conringius* (in opere de Finib. Imper.) 2. Sæpe in manu Gallorum Perpinianum fuiſſe. 3. Carolum VIII. injuſtitiam Ferdinandi accuſaſſe, & poſt reditum ex Italia Comitatum rurſus adoriri tentaſſe, quod idem fecerint Franciſcus I. & Henricus IV. 3. *arg. Hiſpan.* Regem Franciæ in pactis Corbolienſibus ann. 1258. ſeſe ab illo Comitatu abdicaſſe. *Euentus*: Quum Ioannes Arragoniæ Rex Comitatum tradidiſſet Ludouico XI. Franciæ Regi, ab hoc ann. 1473. deſciuere incolæ ab Arragoniis excitati. Sequenti verò anno iterum ad deditionem coacti, inque fidem Francicam recepti ſunt. Poſtea Carolus VIII. Ferdinando Comitatum reſtituit, ſed iterum poſt reditum ex Italia eum adortus Salſulas cepit. Secuta eſt alia expeditio Franciſci I. ann. 1542. Perpiniano fruſtra obſeſſo. Eodem poſtea Henricus IV. Mareſchallum Ornanum cum exercitu miſit. Tandem ann. 1642. Perpinianum, Salſulæ, Colibratotáque ditio in Gallorum poteſtatem redacta atque pace ann. 1659. art. 42. 43. Coronæ Franciæ vnita. Huic itaque controuerſiæ gladio agitatæ, finis jam impoſitus.

NB. Ius optionis teſtamentarium. Præſcriptionis exemplum. An præſcriptio aduerſus Reges currat? Vſurpationis exemplum. Renunciationis exemplum. Euentus prætenſionis in Comitatum Ruſſinonenſem & Perpinianum.

XII. Prætendit porrò Rex Franciæ in Nauarræ Regnum, cujus titulum adhuc hodie gerit. *Hiſtoria talis*: Regnum Nauarræ ſuperiori ſeculo erat in poteſtate Catharinæ Foxiæ & Ioannis Albretani Nauarræ Regis, qui erat cliens & vaſallus Regis Galliæ. Hic, (à Ludouico XII. qui (teſte Thuano) cuſo nummo Scortum in Babylone Iulium II. Papam tollere profeſſus erat, monitus ſui officij) coactis in regno ſuo copiis, tantum in Galliam exercitum adduxit, vt *regnum ſuum prope viribus nudatum relinqueret.* Inſigni ſanè & notabili errore, dum ſub vnum fortunæ ictum totas regni vires cadere paſſus contra conſilium Thymondæ apud *Curt.* [l. 3. c. 5.] Prodigi aleatores vno iactu totius fortunę ſummam periclitari ſolent. Pontifex, re cognita cum Ferdinando Rege Hiſpaniæ per nuncios egit, vt abſenti Nauarræ regis ditionem inuaderet, quod ille, rei gerendæ occaſionem nactus, nō ſegniter fecit & regnum illud occupauit, quod hac ratione ditionis & regnis Caſtellæ, & Arragoniæ acceſſit autore Papa Iulio, bono & ſine vlla dubitatione idoneo, ſi modò in regula juris, [qua dicitur *eum juſte poſſidere, qui autore Prætore poſſidet*] ſcriptum eſſet: *Papa autore*, vt judicat *Hotomannus* in

Prætenſio in regnum Nauarræ. Seruitium feudale. Solœciſmus Politicus.

Bona fidei poſſeſſio non eſt, quæ autorem habet Papam.

Bruto fulmine (p. 174. (Ferdinandus autem in auxilium Papæ veniens per Nauarram tranſiturus, tranſitu negato occaſionem arripuit inuadendi regni, cui jam pridem homo alieni cupidus inhiabat. Nauarræus itaque regno pulſus in Bearniam ſe recipere coactus eſt, & præter exiguam portionem Nauarræ, non niſi jus in reliqua filio Henrico, & nepti Ioannæ (cujus filius Henricus I V. Rex Galliæ prætenſionem domui Regiæ intulit) tranſmittere potuit. (Vid. *Thuan.* l.1. Hiſt. p. 22. Bellaj. l. 1. & ex Hiſpanis Æl. *Anton. Nebriſſenſ.* peculiari opere Hiſtorico de bello Nauarræi, quod reperitur in Hiſpania illuſtrata) *Fundamenta Gallorum ſunt* 1. Succeſſio hereditaria Henrici I V. in maternum regnum 2. Injuſtitia inuaſionis Hiſpanicæ. 3. Iuris perpetua conſeruatio non tantum generalis in Pace Veruiniana (*art.* 22.) ſed & ſpecialis, quûm præter titulum inſignia ſemper retenta & regiis poſtea juncta. Quin cum ann. 1620. Vrbanus VIII. Papa in literis titulum Regis Nauarræ non adderet, non prius illæ ratihabitæ, quàm defectus ille suppletur. (*Vid. Miniſt. Cardin. Rechel.*) Pluribus de hac re agitur in Tract. Nouiodunenſi de hac controuerſia edito. *Fundamenta Hiſpanorum*, quibus Nauarræ regnum jure à ſe teneri probare volunt, ſunt hæc: 1. Negatum eſſe tranſitum, quûm tamen via ex jure gentium ſit cunctis mortalibus communis [*vid. Grot. l. 2. de I. B. & P. c. 2. num.* 13.] Addunt huic validiorem rationem; nimirum fœdus inter Ferdinandum & Catharinam ictum, vt hæc non poſſit præſidia Francica recipere, niſi jure regni excidere velit [*Arnol. Ferron. l. 4. p.* 81.] *R. Galli*: Vt vt tale fœdus interceſſerit, non tamen Nauarræum illo obligari, quûm ante ratihabitionem pectorum Hiſpanorum exercitus in finibus Vaſconum eſſet, & ita Ferdinando de fœdere illo nondum conſtare potuerit. 2. De non recipiendis Gallorum præſidiis nullum pactum fuiſſe factum. 3. Ferdinando breuiorem viam in Galliam patuiſſe; iniquas inſuper conditiones fuiſſe propoſitas, quod munita loca, per quæ tranſituri erant, pignori peterent: Viam porrò ingreſſos Hiſpanos non expectato reſponſo. 4. Exempla ex Sacris [Num. c. 21. 23.] adducta, non obſtare, quûm ſpeciale Dei mandatum ibi adfuerit, cui propoſitum infideles per Iſraëlitas coërcere. 5. Ioannem Regem ſine felonia Hiſpanis, aduerſus feudi dominum expeditionem ſuſcipientibus, tranſitum concedere non potuiſſe. 6. Tranſitus conceſſionem multas conditiones habere annexas (*Vid. Grot. d. l.*] ad quas ſe non obtulerint Hiſpani. 2. *Hiſpan. fundam*: Ioannem Regem cum Rex Galliæ à Pontifice declaratus eſſet ſchiſmaticus fuiſſe Schiſmaticorum fauorem ac proinde hæreticum. [*Nebriſſenſ.* l. 1. c. 6.] *R. Galli*: 1. Periculoſam eſſe hanc hypotheſin omnium Regum ſecuritati; nec concedendam Pontifici in Regum, qui non vaſalli ſunt

Ius tituli.

Ius tranſitus.

Iniquus tranſitus.

Felonia omiſſio.

Hæreticus non eſt, quem Papa pro tali reputat.

ſint, temporalibus poteſtatem. 2. Hiſpanos alias contempſiſſe fulgura Pontificia: Nauarramque fuiſſe inuaſam ab Hiſpanis ante fulminationem Pontificis. 3. Papam alteram partem & ſimul judicem egiſſe. 4. Si excommunicatio illa etiam juſta eſſet, Papam debuiſſe proximis heredibus non Hiſpaniæ Regi, concedere. 5. Ferdinandi arte eſſe obtentam hanc excommunicationem aduerſus eum, qui non læſerat Pontificem. (*Mariana ad an.* 1512. *l.* 30.) 6. etiam Bullam aduerſus R. Franciæ nullius vigoris eſſe, quùm Reges illi non poſſint excommunicari. (*Vid. Limnæ. Notit. Regn. Franc. T. 2. c. 6. Lit. KKK.*) *Tertium fundam: Hiſpani* ponunt in præſcriptione, quùm illud regnum per 154. annos tenuerint. *R. Galli:* Præſcriptionem hanc eſſe interruptam an. 15.6. tractatu Nouiodunenſi quo reſtitutio promiſſa. 2. Bella continua Gallo-Hiſpanica impediuiſſe Nauarræos à juris perſecutione. De aliis actibus, quibus vſucapio interrupta, Vid. *Thuanum (* lib. 21. pag. 947. *)* 3. Accedere quod vulnus conſcientiæ ſatis teſtati ſint Hiſpani ipſi in teſtamento Caroli V. apud Thuanum (l. 21. p. 947.) & Philippi II. apud eundem Thuan. (l. 120 p. 509.) Plura affert *D. Spener.* in Ms. *de Prætens. illuſtr.*) *Euentus:* Occupatam ita Nauarram Ferdinandus retinuit. Carolus V. Tractatu Nouiodunenſi pollicitus eſt regni reſtitutionem, qua non ſecuta Galli per Andr. Foxium regnum per 15. dies recuperant, ſed breui rurſus eiiciuntur. Ex eo manere in poſſeſſione Hiſpani armis non turbari ob Albretanorum (quibus & inſidiæ ſtructæ *Thuan. l. 36. p.* 329.) debilitatem.

Nemo poteſt eſſe ſimul actor, reus & iud. x.

Lilia non timent Papales bullas.

Præſcriptionis & vſurpationis exemplum.

Non agere valenti non currit præſcriptio

Conſcientia mille teſtes.

Euentus prætenſionis in Nauarram.

XII. Sequitur nunc alia prætenſio Franciæ in vtramque Siciliam, ſiue potius regnum Neapolitanum atque Siciliam. Hujus rei *Hiſtoria* talis: Calabria, Apulia & Sicilia poſtquam à Normannis ſubacta, eorum Principes Ducum & Comitum titulo iſtis ditionibus præfuere, donec Rogerius regio ornaretur diademate. In hujus poſteritate magis ſecula regnum propagatum: Extinctis maſculis Conſtantia ejuſdem filia, Henrico VI. Imp. nupta jus illius regni Sueuicæ familiæ intulit. Ex hac familia deinde Fridericum II. Imperatorem Pontifex throno deturbare conatus eſt. Cæterum quum fruſtra hoc moliretur, poſt Fridericum Manfredus nothus Pontifici moleſtus eſſe pertexit, ob quod quum excommunicaretur, Vrbanus IV. (cujus judicium mox probauit Clemens IV.) ſolenni legatione illud regnum obtulit Carolo Duci Andegauenſi in Galliis: Hic quum acie profligaſſet atque occidiſſet Manfredum, alio prælio Conradinum Sueuiæ Ducem cepit, atq; inclementi Clementis IV. ſententia Carnifici decollandum tradidit. Hinc prætenſionum initia Gallis à Carolo: à Sueuica gente jus ſuum arceſſentibus Hiſpanis (*Vid. Nauclerum, Blondum, Conringium de Fin. Imper. & alios*) *Fundamenta Gallorum* ſunt hæc 1. Legitima acquiſitio per arma &

Prætenſio Regis Galliæ in regnum Neapolitanum atque Siciliam. Regni Neapolitani origo.

Nota Pontificis molimina.

Stirps Sueuia Ducum in Conradino interiit.

Regnum vtriusque Siciliæ pomum eridos inter Gallos & Hiſpanos.

Acquiſitionis bellicæ exemplum.

defenſio Eccleſiæ ab hoſtibus. Normanni enim Sarracenis hoſtibus Eccleſiæ autoritate Pontificis iſtas ditiones eripuere: Dein Carolus Andinus victor Manfredi & Conradini iſtas ſibi ſubjecit, ac poſt cum Ludouicus Andinus autoritate Clementis in vtrum regnum Neapolitanum armatâ manu ſibi aſſerere conatus eſt. Eadem arma dein vario ſucceſſu reliqui Andinæ familiæ Principes geſſere: Secuta poſt eandem ob cauſam Caroli VIII. R. Galliæ expeditio in Italiam, & arma Ludouici XII. *Regerunt Hiſpani:* Arma contraria his expeditionibus viciſſim obſtitiſſe, illorumque ſucceſſus irritos feciſſe. *Alterum fundum.*

Cogita beneuole Lector quantum diffidentiæ venenum hoc negotio Siciliensi inter Gallos & Hiſpanos excitarit Papa iniuſtè directum dominium ſibi in Siciliam ac Neapolim arrogans.

Galli ponunt in inueſtituris Paparum, à quibus regnum dependet. (Ita quidem Galli putant; ſed Pontificem nihil iuris in iſtud regnum habuiſſe dudum viri docti inter quos (*Conring. de finib. Imp.* erudito orbi teſtatum fecere. Interim de facto hodie Papa hoc ius poſſidet.) Aſſertionem ſuam Galli ita probant, dum aiunt, Carolum Andinum de vtraque Sicilia à Clemente IV. inueſtitum, expreſſa cum conditione, vt deficiente Caroli ſtirpe, Reges Franciæ ſuccederent. Secutas dein alias inueſtituras Gallicum ius corroborantes: Porrò Fridericum II. ob varia objecta crimina iuſtè eſſe exautoratum, & Manfredum ob natalium vitium & alia crimina in ſedem Romanam admiſſa iuſtè excluſum. *Regerunt Hiſpani*, ac itidem pro ſe alias Pontificum inueſtituras producunt, neque ciuile eſſe aiunt ob vetuſtiores ſuos titulos, à Sueuis in ſe deriuatos, Chriſtiani orbi quietem turbare. Bzouium inſuper aſſerere, quod diploma regni Neapolitani Carolo VIII. non ſit conceſſum. *Tertium fundamentum Galli* collocant in renunciationibus Arragoniorum, in Franciæ fauorem factis. Ita an. 1291. Iacobum iure ſuo in Siciliam ceſſiſſe. (*Vid. Marian. l. 14. Indic. rer. Arragon. ad an* 1295) Idem feciſſe Fridericum Iacobi fratrem qui tamen pactis non ſtetit. (*Marian. ind. rer. Arrag. ad ann.* 1302.) *Opponunt Hiſpani:* Gallos quoque pactis Matritienſibus nouiſſimis iuri ſuo in vtramq; Siciliam in continente & inſula renunciaſſe. *Quartum fundamentum Gallorum eſt:* Ioannam primam Ludouicum Andinum adoptaſſe; Ioannam itidem ſecundam Ludouicum III. cum ſubſtitutione fratris Renati, quod ipſe Pontifex confirmauit. *Objiciunt Hiſpani.* Ioannam mariti cæde fuiſſe infamem & ab Vrbano Papâ excommunicatam, adeòque ius regni amiſiſſe, nec in Ludouicum transferre potuiſſe: Alteram Ioannam Alphonſum Arragonium adoptaſſe, quod iudicium reuocari non potuit. *Quintum fundam: aſſerunt Galli*, quòd Ioanna 2. Regina maritum Iacobum Borbonium ſibi in regno aſſociarit, &, ſi ſine liberis decederet, ipſi duo hæc regna irreuocabiliter donarit: Diplomate de hac re adhuc in tabulario Regis extante. Vnde Eleonoræ Iacobi filiæ ius quæſitum, & ad Borbonios, è quibus Rex, deriuatum. *Regerunt Hiſpani*, donationes ſtante matrimo-

Renunciationis exemplum.

Adoptionis exemplum.

Donatio inter virum & uxorem.

nio.

nio eſſe nullas. (Hæc tamen iura priuata ad Reges applicari poſſe alij negant.) 2. Papæ voluntatem in diplomate excipi, quam tamen exceptionem alij honoris tantùm eſſe volunt, ſedémque tum vacaſſe. 3. Multos diploma illud tanquam ſuppoſititium explodere. *Sextum pro cauſâ ſuâ fundamentum adducunt Galli* ex teſtamento Renati Andegauenſis, qui non à Pontifice tantùm inueſtitus, ſed etiam in regno receptus fuerat. ℞. *Hiſpani* Teſtamentum hoc, iure regni apud Arragonios exiſtente, non habere locum. Plura ſed aliquantum debiliora fundamenta Gallorum affert *Spener. de Praeſenſ. Illuſtr. Fundamenta Hiſpanorum ſunt.* 1. Sueuicam familiam non iure regno pulſam, in cuius iura ſucceſſerint Arragonij vigore vltimæ voluntatis *Conradini*. Hic enim quum decollandus eſſet, chirothecam prius projecit, addiditque vt Regi Arragonum iſtam traderent in ſignum regni, & vt eius mortem vlciſceretur: Petro Arragoniæ Regi per Conſtantiam Manfredi filiam ius ad ſucceſſionem patuiſſe, illúmque, ab oppreſſis auxiliis inuocatum, victricibus armis ius ſibi debitum vindicaſſe. *Reſpondent Galli:* Conradino non competiiſse ius regni, quod avus Fridericus II perdiderat, & Pontifex in Carolum Andinum transtulerat. 2. Manfredo tyranno in illud regnum nullum ius competiiſse. 3. Petri inuaſionem in Siciliam dolo malo eſse factam, Siculaſquè Veſperas, eius crudelitate conciliatas, & à Pontifice & à tota Europa fuiſse improbatas. (Vid. Bonifacij VII. Bullam apud Baron. T. XII. ad ann. 1302. vbi aſserit, quòd Pontifices ſemper huius Petri ſucceſsores improbarint.) *Secundum fundamentum Hiſpani* habent repoſitum in aliquot inueſtituris Pontificum, Eügenij IV. Pij II. Innocentij VIII. Alexandri VI Iulium II. deinde ius ademiſse Gallis, & poſt illa tempora Carolum V. iſtis regnis fuiſse inueſtitum, cuius ſucceſsores etiamnum pro legitimis poſſeſſoribus agnoſcat. *Regerunt Galli:* Non præſumi Pontifices aliorum iura imminuere voluiſſe. 2. Vaſallos ſine feloniâ admiſsâ non poſſe priuari feudis. 3. Aduerſus inueſtituras Arragoniorum proteſtationes eſſe interpoſitas, atq; ita iura Gallicana conſeruata. 4. Inueſtituras Gallorum eſse antiquiores. 5. Inueſtituram Caroli V. vitio laborare, quod ille fuerit Imperator, qui Rex Neapolitanus eſſe non poterat, per pacta inueſtituræ an. 1299. cum Carolo Andino inita (*Vid. Sleidan. l. 2. Comm.*) *Tertium fundamentum Hiſpani* ponunt in adoptione Alphonſi, Ioannæ mariti. ℞. *Galli:* Alphonſum ingratitudine ſua ſe beneficio illo indignum reddidiſse: Regnum enim, Ioannâ in monaſterium incluſa, ad ſe trahere conatus eſt. Reuocationem & adoptionem Ludouici Andini ratam habuiſse Martinum V. Papam, qui tamen poſtea, ab Alphonſo bello preſſus, metu belli & ſchiſmatis Alphonſo regnum addixit. 2. Alphonſum tanquam extraneum non potuiſse inſtitui heredem præterito agnato. 3. Saltem ad filium nothum Ferdinandum,

Per teſtamentum iuri publico non derogatur.

Conradini vltima voluntas minus ſolennis.

Doli mali exemplum.

Vaſſalli ſine felonia fundo non priuandi. Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.

Adoptionis exemplum.

Extranei heredis exemplum tis.

Illegitimorũ nulla ſucceſſio in regnis.

Alphonſum non potuiſſe tranſmittere ſceptrum. *Quartum fundamentum Hiſpani* reponunt in Renunciationes à Galliis factas Nouioduni an. 1515. Madritii, 1526. Cameraci 1529. Creſpiaci 1544. *Regerunt Galli*, Nouiodunenſe pactum eſſe conditionatum, ac potius pro Gallis militare; non ſeruatas inſuper ab Hiſpanis pacti conditiones: Madritiana acta eſſe in carcere expreſſa. Cameracenſe verò & Creſpiacenſe pactum Madritiano inniti.

Renunciatio metu extorta.

Euentus: Controuerſia hæc armis plerunque acta initio inter Andegauos & Arragonios. Ferdinandus tandem Catholicus fœdere inito cum Ludouico XII. Ferdinandus Alphonſo Arragonio eiecto, regnum cum Ludouico diuiſit. Ortâ deinde lite Ferdinandus Gallos per Magnum Conſalvum in totum eiecit. Franciſcus I. an. 1525. priſtina iura recuperare anniſus. Ticinenſi clade tamen repreſſus, rurſus ann. 1527. rem aggrediebatur; cæterùm Genuâ deficiente conatus in irritum cecidit. Quomodo Philippum II. Papa regno priuare cogitarit *V. d. Thuan.* (*l.* 17. *&* 18.) Ex eo nunquam aperto Marte adorti Galli Neapolitanum regnum; fuere tamen qui de Henrico IV. illud ſuſpicabantur, poſtquam magnam militum manum ante obitum collegerat. [*Vid. pl. Dr. D. Spener. de Praetens. Illuſtr.*]

Euẽtus prætenſionis in Siciliam & Neapolim.

Prætenſio Regis Franciæ in Ducatum Mediolanenſem.

Ducum Mediolanenſiũ origo.

XIII. Sequitur nunc alia prætenſio Regis Franciæ in Ducatum Mediolanenſem. *Hiſtoria* talis eſt: Qui Vice-Comites nomine Imperij (Quorum iura vindicat Conring. de Finib. Imp. cap. 23. p. 531 & ſeqq.) Mediolano Galliæ Togatæ vrbi præfuere, ab Imperatore Wenceslao (ob id ipſum ab Electoribus accuſato) novum titulum Ducalem nacti ſunt, quem Ioannes Galeacius primùm geſſit. Hic deinceps Wenceslai ſucceſſorem Rupertum hoſtem expertus; res ſuas ſtrenuè tutatus dignitatem acceptam filiis reliquit. Philippo Maria extincto, Fridericus III. Imp. Ducatum tanquam caducum ex feudi lege Imperio; Aurelianenſes contrà iure materno Valentinæ, quæ Ludouico Aurelianenſi nupta ſibi vindicare laborant. Quamuis verò Mediolanenſes ad libertatem, conſtitutis Gubernatoribus aſpirarent, Sforitæ tamen arma præualuerunt; atque ita Ducatum ad poſteros tranſmiſit. Aurelianenſes ob Burgundicos motus & domeſticas calamitates à perſequendo vlterius iure impediti. Iura tamen, quæ ſibi quæſita putabant, ſuperiori ſeculo perſecutus eſt Franciſcus I. Rex Galliæ, qui armis auitam hæreditatem repetere propoſuerat; Vnde bellum non ſemel varia fortuna geſtum. [*Vid. Thuan. l.* 1. *Hiſt. p.* 22. 32. *& ſeqq. Sleidan. l.* 10. *Comm. Dr. Strauch. Diſſert.* 1. *Exoter.*) *Fundamenta Regis Galliæ ſunt:* 1. Ius Valentinæ Ludouico Aurelianenſi nuptæ. Nam cum an. 1389. illa nuberet, parens conditionem adiecit, vt, ſi filij maſculi deficerent illa ſuccederet tabulaſquè ſuper iſta re à Pontifice tanquam Imperij Vicario eſſe approbatas.

Deuolutio feudi.

Pacta dotalia in vim vltimæ voluntatis va…

Regerunt

Regerunt Hiſpani: Pacta illa dotalia ab Imperatore feudi domino non eſſe confirmata; neque Pontifici Vicariatum Imperij, vacante Imperio concedi. 2. Fæminas feudi non eſſe capaces. *Secundum Hiſpanorum fundamentum* eſt Inueſtitura Imperatoris Maximiliani collata Ludouico XII. an. 1505. qua altera inueſtitura, Ludouico Sforciæ facta, reuocetur. *Obiiciunt Galli*, hanc inueſtituram factam ſaluo iure tertij (*Vid. Conrin. de Finib. Imper. l. 1. p. 535.*) proptereáque Sfortias dein eſſe reſtitutos. *Regerunt Hiſpani* conditionem, vt Claudia filia Regis, nuberet Carolo V. non eſſe impletam, atque ita Franciſcum Sfortiam rurſus excidiſſe jure ſuo. *Galli reſpondent*, per Franciſcum Regem non ſtetiſſe, quò minus impletus ſit contractus. Ludovicum XII. inſuper & Franciſcum I. 1516. victorem Ducatum ſibi armis aſſeruiſſe. (*Arnol. Ferron. lib. 3 Hiſtor.*) *Duplicant Hiſpani* armis non acquiri nouum ius, niſi prior titulus fuerit legitimus. 2. armis capta à Gallis, armis rurſus eſſe vindicata. Franciſcus enim armis Ducatum recuperaturus, ann. 1524. captus, atque ex eo tempore Ducatus non fuit in Gallorum poteſtate. 3. Si quod etiam Franciſci ius fuiſſet, illud eſſe amiſſum bello contra dominum. *Tertium fundamentum Gallorum* eſt fundatum in teſtamento Maximiliani Sfortiæ, qui (*teſte Iouio l. 16. Hiſt.*) Ducatum à Maximiliano Imp. emit, cumque, acceptis alijs in Gallia bonis, Gallis ceſſit, ac poſt Principatum iſtum Regi Franciæ legauit. (*Franc. Maced. p. 382.*) *Excipiunt Hiſpani*: Teſtamentum hoc eſse extortum, & in captiuitate confectum. Denique *omnibus hactenus adductis Hiſpani opponunt*: Reges modernos Galliæ ab Aurelianenſibus, à quibus tamen Galli ius ſuum deriuant, non deſcendere. *Fundamenta Hiſpanorum in contrarium ſunt.* 1. Philippum Mariam teſtamento Alphonſum Arragonium dixiſse heredem, à quo ius in Hiſpaniæ Reges traductum. *Excipiunt Galli*, hoc teſtamentum iniuſtum eſse creditum; adeóque populus tabulas publicè combuſſit. 2. Non potuiſse lege feudorum extraneos inſtitui, quum propinqui adfuerint. 3. teſtamentum de bonis feudalibus confectum ſine conſenſu domini non valere. *Alterum fundamentum Hiſpani* ponunt in renunciatione omnigeni iuris à Franciſco I. in pactis Madritienſibus facta (*art. 8. & 12.*) Cameraci itidem (*art. 27.*) ac Creſpiaci (*art. 33. 34.*) *Galli* exceptionem quod vi & metus causá factum eſt, hic opponunt. *Tertium fundamentum Hiſpani* collocant in inueſtitura Caroli V. (ad quem lege feudi Sfortiarum rebellione & tandem maſculorum defectu, ac prætere a vltimi Franciſci teſtamento redierat Ducatus) collata filio Philippo Regi Hiſpaniæ & ſucceſsoribus. *Excipiunt Galli*: Inueſtituram Gallicam eſse anteriorem, nec poſse legitimè factum reuocari. 2. Inueſtituram Philippi, Bruxellis factam, ſine Ordinum conſenſu eſse vitioſam. 3. Inueſtituram illam inuoluere iudicium in propria cauſa.

lentia quatenus in feudo valeant.

Fæminarum ſucceſſio in feudis

Inueſtitura feudalis.

Exceptio non adimpleti contractus.

Forte per forte tollitur & vindicationi armata contraria arma reponuntur.

Felonia ſpecies.

Teſtamentũ violenter extortum.

Heredis inſtitutio.

Extranei heredis inſtitutio an in feudo valeat.

Exceptio quod vi & metus cauſá.

Inueſtitura quatenus procedat.

4. Bullam itidem Bonifacij (apud Baron. Tom. XI.) prohibere, quo minus Philippus Neapolitanum regnum & Lombardiam teneat, &, ſi fieret, iure ſuo illum excidiſſe pronunciat. 5. Imperatorem ſecundum leges feudorum, non potuiſſe Mediolanenſes inuitos Hiſpanis addicere (*Franc. Maced.p.376.*) *Euentus huius controuerſia* talis eſt: Morte Caroli Ducis Aurelianenſis, per quem Ducatum vigore pactorum Creſpiacorum recuperare pater Franciſcus ſperauerat, ſpes ferè omnis decollauit. Manſere ex eo aut ſaltem ab an. 1559. ſilente controuerſiâ, Hiſpani in poſſeſſione, atque Galli ius ſuum non amplius directè bello perſecuti ſunt. Non tamen abdicatam huius controuerſiæ memoriam, videre eſt apud *Thuan.* (*lib.*123. *Hiſt.p.*658.) quò & Henrici IV. vltimi conatus collimaſſe creditur (*Capriat.l.*1. *Hiſt.p.*49. *Dn.D.Spener.de Pratenſ.illuſtr.Dn.Strauch.Differt.Exoter.*1.)

Euentus huius controuerſia.

Pratenſio R. Francia in Genuam. Reſpubl. Genuenſis.

XIV. Prætendit porrò Rex Franciæ in Genuam. *Hiſtoria eius rei* talis eſt: Genua, præcipua Ligurum ciuitas, (in quam iura Imperij adhuc ſalua eſſe docet *Dn.Conring.de Finib.Imper.c* 25.*p.*480. *& ſeqq.*) à multo tempore (neque tamen altius quàm ab an. 1100. Reip. illius origo repetitur) inteſtinis diſſidiis atque factionibus diſcerpta fuit, vt tandem, quæ iugum domeſticum ferre amplius nequibat, ad exterorum dominationem confugere cogeretur, ſub quibus tamen non multò melius habita. Admodum potens olim fuit hæc Reſpub. multaquè in Aſia & in mari Ægeo tenuit: Sed tandem fato potentiæ, rarò ſempiternæ, Piſanorum bellis acerrimis labefactata, an 1444. priſtina libertas, excuſſo iugo Vice-Comitum, recuperata, & populares muneribus publicis gerendis admoti. Sed nec ita omnibus motibus aut factionibus præcludi via potuit, neque effici, vt ciuitas egeret exterorum imperio aut protectione. Ita primum Carolum VI. & VII. deinde Mediolanenſes Duces experiri Principes coacti ſunt. Tandem Ludouicus XII. ejecto Ludouico Sfortia Vrbem iterum coronæ vindicauit, arcemque illi, freni loco!, impoſuit. Poſt hunc Oct. Fulgoſius nomine Franciſci Regis Rempub. gubernauit. Iterum Genua Francis erepta eſt an. 1522. Nam Proſper Columna nomine Caroli V. Genuenſes ad deditionem coëgit. Hoc in ſtatu res vſque ad an. 1528. permanſit, donec à Fulgoſio, copiis à Lautreco attributis, ad obſequium cogeretur. Sed paulò poſt auſpiciis *Andr. Auria*, cujus memoria in hac Repub. inſtar Patris colitur, libertati eſt reſtituta. (*Vid.Thuan.l.*12.*p.*568. *& ſeqq.l.*61.*p.*151.) De prætenſione R.Galliæ diſſerit *Thuanus* (*l.cit.*) & *Caſſanus* [*recherch.l.*2. *chap.*4. *pag.*591.]

Andr. Auria.

Fundamenta Gallorum ſunt: 1. Voluntaria ſubmiſſio, quæ an. 1390. Carolo VI. miſſis Legatis facta (*Vid.Thuan.l.*12.*p.*568. *Paul.Æmil.l.*10. *p.*320.) Thuanus (*l. cit.*) Imperio ſaluum jus ſeruatum, quum Carolum

VI.

VI. patronum adſciſcerent, aſſerit. 2. Quum dein in fide Ducis Mediolanenſis fuiſſent, ægerriméque ferrent, ſuo periculo & ſudore parta ad Ducis ſolius commodum ac decus referri, à Duce iterum deſciſcentes, ſe in libertatem vindicarunt an.1437. Sed dein an.1458 obſeſſus ab Arragoniis Petrus Fulgoſius, quem defendere non poterat Principatum, iterum Regi Galliæ tradidit. [*Vid.Paul.Æmil.*l.10.p.330.*& ſeqq.*] 3. Quum iterum Mediolanenſes ad ſe pertraxiſsent Genuam, eius tamen nomine Regi Franciæ homagium præſtiterunt.[*V.Comina.* l.6. c.5. & l.7.c.2.l.8.c.15.] 4. Ludouico XII. Regi an.1499. Genua iterum, Baptiſti Fulgoſij operâ, deditur, (*Arn.Ferron.l.3.p.58.*) & an.1502. Rex Vrbem ingreſsus eſt, eaque iterum ſe in clientelam Regis dedit [*Ferron.* l.3.p.61.62.] Quid tum vlterius contigerit Vid.apud (*Ferron.l.4.p.66.*) 5. Franciſco Rege Oct. Fulgoſius iterum ſe Ducatu abdicans, eius nomine Rempub. adminiſtrandam ſuſcipit. (*Vid. Bellaj.* l.3. p. 34.) *Obijciunt Genuenſes.* 1. Carolo VI. & VII. ſeſe quidem ſubmiſiſſe ſed nullâ ad poſteros obligatione. *Excipiunt Galli*, omnes contractus qui cum Rege ineuntur, intelligendos eſſe, vt Rex illos interpretatur. 2. *Obiic. Genuenſes*, in protectionem R. Galliæ ſeſe quidem tradidiſſe, non autem imperium ipſi obtuliſſe, quod quum Galli inuaderent, etiam illos jus ſuum meritò perdidiſſe. *Excipiunt Galli*, aliud loqui tabulas pactorum; & ob protectionis jura toties rebellione temerata, meritò ipſum imperium ad ſe tranſlatum. [*Zypæ.l.3 c.*14.*p.*300.] 3. *obiiciunt Genuenſes*, Reges Galliæ iuri ſuo per pacta Madritienſia renunciaſſe (*art.* 8.) & quamuis induciis Nicæenſibus iterum iura integra ſeruata, (*art.* 7.) poſtea tamen pace Cameracenſi (*art.*24.) Rex eos in amicitiam recipiens remiſiſſe videtur prætenſionem. 4. *Genuenſes opponunt* præſcriptionem. *Euentus* hujus juris prætenſi ita ſe habet: Tentauit quidem an.1547. ſtatum iterum turbare Fliſcus; [*V.Thuan.l* 3.*p.*1.] ſed & hic ſuo nomine Principatû inuadere malebat, & ita in ipſo conatu oppreſſus eſt. De arcano conſilio Henrici IV. & quæ inter Ludou. XIII. ac Ducem Sabaudiæ agitata ſint Vid. *Capriatam* (l.1. *Hiſt.* p.49. *& lib.*8.p.638.645.) Dn. *D.Spener. de Pratens. illuſtr.* Genuenſes prudentiâ potius, quam vi, in poteſtate Hiſpanica continentur. Id ita accidit: Carolus V. cum intercedente Andreâ Auriâ, arcem Genuæ imponere, id eſt, jugum ceruicibus ciuium, non liceret; Genuenſium pecuniam, quâ ferè illorum opes continentur mutuo ſumpſit, eamque graui fœnore pauit. Sicque hominum quæſtus dulcedine illectorum opes ſenſim ad ſe contraxit, & vrbem in ære ſuo, id eſt, ciuium ſtudia in poteſtate habuit. (*Thuan.* l. 61. Hiſtor.) Et hoc reſpectu hodiéque liberius Genuenſibus quam Mediolano imperare Hiſpaniarum Regem aſſerit Th.*Campanella* (cap. 24.de Monar.Hiſp.) cum Genuæ nihil publicè decernatur, niſi volente

Ius protectionis non inuoluit ſubiectionem.

Ius protectionis non debet violari.

Præſcriptio.

Euentus prætenſionis.

Arcanum R. Gall. aduerſus Genuenſes.

Sophiſma arcanum Caroli V. Imp. aduerſus Genuenſes.

Mirus mutui contractus.

& ſciente Rege verentibus ciuibus ne, ſi ſecus faciant, poſſeſſionibus & reditibus, quos in Hiſpania habent ampliſſimos, ſpolientur. (Dn. *Forſtner.* Hypomnem.Pol.12.) Genuenſes quia merces & Baromas in terris Hiſpani habent, ideo Hiſpanus iis etiam dominatur. *Campanell.* de Monarch. Hiſp. c.19. Traianus Boccal. tamen ſcribit, quod Monarchia Hiſpaniæ vſque adeò infeſtetur ab hirudinibus quibuſdam maximâ ex parte Genuenſibus, quarum venæ tam diſtentæ & craſſæ ſint, vt referant anguillas lacus Marthæ. Addit: Omnium maximorum Principum infortunium eſſe, vt iſta animalcula vitalem exſugant ſanguinem. (Vid. *Boccalin.* in Lapid. Lyd. Pol. p. 26) Apud eundem Boccalin (Tr. cit. pag. 172. 173] libertas Genuenſium ſe aduerſus cenſorem egregiè defendit.

Regis Galliæ pretenſio in Flandriam.
Comites Flandriæ.
Flandriæ Dominium & Comitatus.
Res feudales & allodiales.

XV. Prætendit vlterius Rex Franciæ in Superioritatem Flandriæ. *Hiſtoria* talis eſt: Qui Foreſtarij prius dicti erant Flandriæ, poſt Comites dici cæpere à Balduino Caroli Calui genero. Quæ circa ſummum hujus Prouinciæ imperium armis acta inter Gallos & Imperatores vid. apud *Dn. Conring.* (*de Finib. Imper. c.6 p.45.46.*) Poſt hæc verò pars ea, quæ *Comitatus* dicebatur (alia enim *Dominium* appellata, Imperialis juris fuit, & feudi titulo tenebatur, tertiam verò nomine proprij ſupremo jure à Comitibus rectam eſſe aſſerunt) abſque controuerſia Galliæ beneficiaria habebatur, & ejus nomine Comes Flandriæ inter regni pares numerari ſolebat (*V. Guicciardin. in deſcript. Flandr.* pag. 371. 404. 415.) Cæterùm ex prima Comitum familia ſucceſſio cum aliquamdiu controuerſa aut vaga viſa eſſet, relapſa illa ad Domum Hannonicam Dampetræam; à qua Flandriam illam accepit per conjugem *Philippus* Dux Burgundiæ, & ab hujus abnepte *Maria* hereditas cum reliquis Burgundicis ditionibus ad Auſtriacos delapſa eſt, quorum nunc quoque ramus Hiſpanicus eam tenet [*conf. Thuan. l.40. p.482. & ſeqq.*] Iura Regis ſui in Flandriam tuetur *Caſſanus* (*recherch. l.2. c.9. p. 625. & ſeqq.*)

Homagium arguit ſuperioritatem.

Fundamenta Gallorum ſunt hæc: 1. Homagia à Comitibus Regi præſtari ſolita, illudque ab Arnolpho, quum Hugoni Capeto illud præſtare recuſaret, armis extortum. Ita inueſtiti etiam à Gallis qui ex Hannonia Dampetræa & poſtea Burgundica ſtirpe Principatum geſſere. Item in tractatu Atrebatenſi homagium reſeruatum Regibus Galliæ. Præſtitere idem Philippus & Carolus V. Auſtriaci. Quum verò conuentu Caliſienſi an.1521. jus illud diſputari inciperet, repugnantibus Gallis nihil obtentum (*Bellai. l.1. p.24.*) *Excipiunt Hiſpani:* Licet homagio obſtricti fuerint Comites Flandriæ antiqui, multò tamen majori libertate, quam vlli alij Proceres Galliæ gaudebant. (*Zypæ l.1. c.16. p.111. & ſeqq.*) 2. Arnolfi exemplum oſtendit fidem, quam legitimo Domino Carolo Lotharingo præſtitit, poſtquam contra illum Hugo Capetus lilia Francica

occupaſſet.

occupaſſet. *Secundum Gallorum fundamentum eſt*; quod à Regibus datæ ſint Comitibus leges, & controuerſiæ, inter illos obuenientes, ab iis diiudicatæ. Ita iudicarunt Reges inter Robertum & nepotes. *Excipiunt Hiſpani* 1. nunquam Flandriam Regibus Gallorum paruiſſe. 2. Iudicaſſe de Comitibus Reges, ſed in conuentu Parium; quale iudicium potius arbitrium eſt, quàm publica autoritas.

Iudicium Parium.

Tertium fundamentum Gallorum eſt, Pax ſancita in Flandria inuitis Comitibus. Ita Carolum VII. motum Grandavenſium precibus, Philippum Ducem an. 1452. bello eos caſtigaturum, autoritate ſua continuiſſe. *Excipiunt Hiſpani*, quod Flandrici annales aliud loquantur; exemplumque Caroli VII. inter domeſtica teſtimonia reponunt. *Quartum fundamentum Gallorum eſt*, gratiam eſſe factam & pænas indictas pro arbitrio à Regibus. Ita Theodoricus & Guido ad mortem condemnati, & in gratiam iterum recepti.

Ius aggratiandi.

Excipiunt Hiſpani, gratiæ literas Flandros nunquam recepiſſe, Guidonemque à Rege iniuſtè vexatum eſſe. *Quintum fundamentum Galli ponunt in* prouocatione vltima ad Curiam Lutetianam & Curiam Parium. Quod ius etiam in Atrebatenſi tractatu reſeruatum, & à Philippo duce an. 1505. agnitum.

Ius extremæ prouocationis.

Excipiunt Hiſpani, Prouocationi huic ſe ſemper oppoſuiſſe Flandros. 2. Philippus Auſtriacus in Hiſpanias iturus, ne bellum ſibi impedimento futurum oriretur, regis ſchedæ ſubſcribi iuſſit, ſed ſecreta facta proteſtatione ſuper vi. (*Zypæ p. 122. 123.*) *Sextum Gallorum fundamentum eſt*: Reges ad Comitum defenſionem obligati: Exemplum eſſe in Philippo Rege Ludouicum aduerſus ſuos protegente. *Excipiunt Hiſpani*; non minus Regibus laborantibus auxilio fuiſſe comites. [*Zypæ. p. 123.*] *Septimum Gallorum fundamentum*; Comites à Regibus iudicati, condemnati, Comitatus confiſcatus: Exempla eſſe in Ferdinando & Guidone. Sic & morte Caroli Burgundi Comitatum ob legem Salicam, quæ fæminas nec in toto regno nec in parte eius admittit, ac ob feloniam vaſalli ad coronam redire debuiſſe; (*Vid. Cominæ. l. 5. c. 11.*) ſed nihilominus Auſtriacis ſub feudi conditione permiſſum eſſe. Carolum V. aduerſus Dominum bellum gerentem, ob hoc feudo excidiſſe, & ſententia curiæ, vbi citatus non comparuiſſet, ob feloniam condemnatum eſſe.

Lex Salica ad Flandriæ Comitatum applicata.

Felonia

Excipiunt Hiſpani, Ferdinandum & Guidonem non iure damnatos; Et Carolum reum fuiſſe negant iidem 2. Salicam legem ad Flandriam non ſpectare; oſtendere illud ipſum tot ſucceſſiones familiarum. 3. Dominum impotenter vaſallum vexantem, æquè ſuo iure excidere, ac ita obligationes domini & vaſſalli eſſe reciprocas. 4. Fædere Confluentino & Peronenſi conueniſſe, vt excideret iure ſuo Ludou. XI. ſi falleret; quod dein factum eſt. (*Zypæ. p. 128.*) 5. Carolo V. licuiſſe bellum gerere, quod vaſallo, malè habito,

Reſponſ. ad l. Salicam.

Reſp. ad feloniam.

Pactum.

Vaſſallo licet interdũ arma in dominum ſumere. liceat etiam dominum deprædari; nec bellum inter Carolum & Franciſcum aliquid commune habere cum iure vaſalli Franciæ. *Hiſpanicæ cauſæ patroni* concedunt, aliquid maieſtatis & ſuperioritatis in Flandriam Regibus olim competiiſſe; multa tamen inficiantur, vt ex ante dictis patet: Sed *Primarium fundamentum Hiſpanorum*, quo Regi ſuo *Renunciatio iuris.* indicant ſupremum ius, eſt Renunciatio Franciſci I. in pactis Madrit. (*art.* 9. 10.) quę confirmata ſunt Cameraci (*art.* 6. 7 *&* 16.) & Creſpiaci (*art.* 13.) De *Arteſia* eadem ferè dicenda. *Ius Gallorũ in Arteſiam* Corona Gallica non ſuperioritatem tantùm in eam habuit, tanquam Flandriæ partem, ſed poſtea quoque Philippi Auguſti vxor Iſabella Hannonica voluntate avunculi Philippi Aliatij, Comitis Flandriæ, ipſam Regiæ domui dotis loco attulit. Quamuis autem repugnarent Ordines, & Philippus Comes donationem retractaret (*zyp. l.* 16. *p.* 132.) penes Francos tamen manſit comitatus: Et cum datus eſſet Ruperto fratri Ludouici IX. peculiaris ſeries Comitum Arteſiæ nata, quæ tamen non per maſculos in eadem manſit gente, ſed potius per fæminas ſæpius in alias ſtirpes migrauit, donec tandem cum reliqua Burgundia ſucceſſione ad Auſtriacos veniret. Titulo confiſcationis eum an. 1477. Ludouicus XI. poſt mortem Caroli Burgundi, occupauit, (*ſemina. l* 5 *c.* 11. & 15.) ſed an. 1490. reddidit illum Maximiliano Carolus VIII. *Hiſpani opponunt* Renunciationem factam à Franciſco Madriti (*art.* 9.) Cameraci (*art.* 10. 11.) Creſpiaci (art. 16.) *Dn. D. Spener de prætens. Illuſtr.*) *Euentus:* Quum *Euentus huius controuerſia.* Franciſcus I. Rex pactis Madritienſibus ſe teneri negaret, bella, quæ dein inter ipſum filiumque & Carolum V. atque Philippum II. geſta, poſſeſſionem Flandriæ & Arteſiæ ex parte Auſtriacorum aſſeruerunt; ex parte verò Francorum renunciationem iurium induxerunt De conſiliis quæ fuerint ſub Carolo IX. vid. *Thuan.* (l. 51. p. 1018. 10 9) Sub *Pax Hiſpano-Gallica nouiſſima.* Henrico IV. Ludouico XIII. & XIV. iterum Belgium fuit belli theatrum. In pace an. 1659. concluſa (*art.* 35. 36.) tota Arteſia, paucis exceptis & aliqua Flandriæ pars Regi Galliæ ceduntur, & Hiſpani omni iuri renunciant: Et quia (*art.* 34.) dicitur, quod hæc diſpoſitio Regum controuerſias terminet, videri etiam poteſt Rex Galliæ reliquis in Belgio ſitis ſe abdicaſſe, quum reliqua reſtituat (*art.* 34.) De interpretatione art. 89. & 90. & vtrum illi obſtent, viderint ii quorum hæc eſt autoritas. D. *Spener* l. c. Confecto hoc modo bello hodie in Belgio renouatum bellum geritur, cauſæ eius ex actis publicis ſunt petendæ. Bellum iſtud, dum altera hæc editio paratur, iam finitum eſſe rumor erat, adeòq, ex conditionibus hactenus mihi non viſis, videri poterit, quantum etiam hoc vltimo bello Imperij finibus decreuerit.

Pacta Madritienſia an iure ſubſiſtant. XVI. De pactis Madritienſibus, quorum in prætenſionibus toties fit mentio, res ita ſe habet: Quùm an. 1521. inter Carolum V. Imp. & Regem

Regem Franciſcum bellum ortum eſſet, (De belli cauſis vid. pro parte Francica *Blondellum in Geneal. Franc. T.* 1. *p.* IV. ⁘ Pro Hiſpanica, quam ille l. c. exagitat *Zypæ. l.* 2. *c.* 11.) magnis illud animis & variis ſucceſſibus gerebatur; donec tandem Franciſcus an. 1524. ad Papiam, quùm exercitus partem in regnum Neapolitanum amandaſſet, vinceretur & caperetur. Inde, ipſo hoc petente, in Hiſpaniam abductus eſt, quum melius cum Carolo ſibi præſenti, de controuerſiis ſperaret conuenire poſſe. *Ibi* quoque *conditiones difficillimæ propoſitæ, vt aliquandiu Rex mori captiuus, quàm illas inire, praeoptaret.* Tandem menſe Ianuario an. 1526. Madriti conditiones præſcriptæ, quæ publicè extant, de quarum valore diſputatur: Si enim illæ firmæ probari poſſent, multum Hiſpani in ſuarum prætenſionum commodum; Sin minus, Franci ſuo bono vicerint. (*Vid. Bellai. lib.* 2. *&* 3. *Hiſt.*) Illis Regem ſuum obſtringi omnes Franci vno ore negant (*Vid. Blondell. in Geneal. Franc. T.* 1. *p. V.* 1. 6.) *Rationes Gallorum ſunt hæ.* 1. Carolum non ignorauiſſe ſe à Franciſco impoſſibilia petere. Apud *Guicciardinum* (*l.* 16. *Hiſt.*) Rex diſertè Cæſari renunciari iuſſit, non ſitum hoc eſſe in ſua poteſtate. Vnde & Ioh. de Silua proteſtationem dictauit, qua ſibi vim fieri querebatur. 2. Si etiam fuiſſent poſſibilia, ita tamen fuiſſe comparata, vt ſine flagitio nec exigi, nec præſtari potuerint, quòd ſcil. contra iuramentum præſtitum à patrimonio regni alienare Burgundiam; Nauarrorum oppreſſorum, qui ad ſuam opem confugerant, cauſam prodere; Geldrorum cauſam, contra fœdus, deſerere iuſſus. 3. Ita etiam Principes Chriſtiani orbis, & ipſos Hiſpanos ſenſiſſe. Ita enim Anglus, Papa, Veneti, & in ipſa aula Epiſcopus Vxamenſis, Friderici Toletani crudeli conſilio aduerſus. *Galli hiſce firmandis hæc adducunt fundamenta.* 1. Franciæ Regibus non permiſſum quidquam ſine ordinum conſenſu alienare 2. Legibus Chriſtianis vetitum, captum bello perpetuo carcere attineri, quæ pæna tantum facinoroſorum ſit. 3. Obligationes in carcere expreſſas nullius eſſe valoris; Rex autem ad regni limites, cum dimittendus eſſet, arcta cuſtodia tenebatur. 4. Non obligari per quem non ſtetit, quo minus faceret, quod faciendum erat. Reniſi autem Burgundi, & Proceres totius regni. 5. Iure communi, quod metus cauſâ fit, irritum reddi. 6. Maximilianus Auſtriacus (ad cuius tamen exemplum prouocat *Zypæus* 2. 8.) pactis in captiuitate initis teneri diu noluit) *Thuan. l.* 96. *p.* 720.) *Hiſpanorum argumenta pro valore pactorum ſunt hæc*: 1. Legati per quos concluſa ſunt, facultate plena inſtructi fuere. (*Vid. Præm. Pact. Madrit. & art.* 49.) 2. Confirmata hæc pacta diſertis verbis aut implicitè ſequentibus tractatibus Camerac. (*art.* 2. 3. 6. 16. 46. 47.) Creſpiac. (*art.* 12.) *Verum.* (*art.* 1.) & conſequenter vltima pace an. 1659. Sic &

Exemplum Edicti Prætoris: Quod metus cauſâ &c.

Sollœciſmus bellicus.

Multi Politici, inter quos Dn. Forſtnerus in ciuili prudentia Caroli V. hic aliquid deſiderant. Vid. ſupra part. 1. Diſſ. 1.

Impoſſibiliū nulla obligatio.

Nullum violentum diuturnum.

Exceptio iuriſiurandi.

Alienatio de bonis coronæ.

Perpetuus carcer.

Obligationes in carcere confectæ.

Regula iuris.

Edictū quod metus cauſâ.

Pacta in captiuitate inita.

Exceptiones cōtra Edictū Quod metus cauſâ.

Pure obligamentum ex poſterioribus pactis.

ipſe Franciſcus quum dimitteretur, literis ad Carolum ſcriptis, ſe pactis ſtare velle, teſtatus eſt. (*Zypa* 2. 9.) 3. Seruari bona fide conditiones pacis, publicæ regnorum quietis intereſt. *Excipiunt Galli*: de violentia; quum ad contractus libera voluntas requiratur. Et ob hanc cauſam Paduana Academia Regem non obſtrictum credidit. 2. Con-

Violenti contractus. Vitioſi contractus per poſteriorem confirmationem non purgantur. Contractus nullitas.

firmationem factam tractatibus in ſequentibus non nouam validitatem conciliare prioribus ſed tantùm reſpicere ea, quæ nullum vitium includunt. 3 Illa fœdera eſſe ſeruanda, quæ vitio carent. 4. Comitia, Cognaci ann. 1526. habita, eſſe proteſtata contra contractus nullitatem, tanquam contra leges regni. Sic & defuit ratificatio Parlamenti Pariſienſis, ſine cuius conſenſu Domanium alienari nequit: Captiui nullam eſſe voluntatem: Mali exempli rem in alios Reges eſſe, quum & illi æquæ fortunæ caſibus ſint ſubiecti. 5. Quum Franciſcus liberatus de ea re ad alios Chriſtiani Orbis Principes ſcripſiſſet, hi cenſuere illum non obligari, offerentes ſe ad auxilium, ſi filios Carolus V. de-

Pignus perſonarum.

tineret. Et cum his omnes regni ſtatus, Theologi, Canoniſtæ, ICti ſenſere, 6. Carolum ipſum iuri huic diffiſum, pignori ſibi dari liberos Regios voluiſſe, non contentus nudo promiſſo. 7. Saltem ſi Franciſcus ad dies vitæ obligatus fuiſſet, non tamen poſteros obſtringi po-

Ignorantia iuris peregrini. Dolus in promiſſione & proteſtatione. Domanium Regium. Contractus in carcere an valeant.

tuiſſe. *Replicant Hiſpani*: 1. Carolo fuiſſe ignotum, quod Rex in alienatione curiæ placito eſſet obſtrictus. 2. Non bona fide egiſſe Regem, qui promiſerit, quæ in ſua non erant poteſtate; proteſtationem ſecutam valore deſtitui & doloſam eſſe. 3. Alienationem Domanij Regij quidem eſſe prohibitam, non verò aliarum prouinciarum, quæ alio iure ad Reges delatæ: nec ad illud ſpectare ius ſuperioritatis in Flandriam. 4. Metum carceris iuſtum metum non eſſe, adeóque contractum carcerati valere ſecundum ICtos qui citantur à *Sprengero* (*in Præter. ſ. illuſtr. p.* 215.) Vid. *Zypa.* (2. 8.) 5. Nullam pacem concludi, quin ſimilibus excuſationibus eludi poſſet. 6. Penes Regem in Gallia ſupremam eſſe poteſtatem, non penes Ordines; adeoque etiam pacis, quacunque conditione ſanciendæ facultatem Regis eſſe. (*Zypa* 2. 3. *&* 4.)

Arcanum R. Galliæ.

[*Et hoc etiam reuera ita ſe habet poſt tempora Ludouici XI. vt ſupra dictum vbi euiluit comitiorum autoritas: interim arcanum R. Galliæ videtur eſſe, in ſpeciem ita prætendere Procerum auctoritatem, quo pacta Mariana eò melius poſſint infringi.*] 7 Leges alienationem Domanij pro-

Leges de alienatione Dominij. An ſucceſſores pacta obligent

hibentes non Regibus, ſed miniſtris latas (*Zypa.* 2. 5. c. 6) nec iuramento Regem impediri (*Idem.* c. 7. 14 15.) 8 Deceſſorum pactis ſucceſſores teneri. (*Zypa.* 2. c 12 13.) *Dn. D. Spener. in Præten. ſ. illuſtr.*

Regis Galliæ prætenſio in Nicæam.

XVII Rex Franciæ porrò prætendit in Nicæam *Hiſtoria* talis eſt: Nicæa ad Liguſticum mare, Vetus Maſſilienſium colonia, dein regni

Arelatenſis

Arelatenſis pars. Poſtea cum reliqua Prouincia in Comitum, qui diu ſimul Reges Neapolitani, fuit poteſtate. Sed Ioannâ Reginâ Domeſticis turbis, inprimis vero à Carolo Dyrachio bello vexata; Nicæa & alia Sabaudis acceſſere, & hactenus retenta ſunt. *Ius Sabaudiæ nititur.* 1. ſubmiſſione vltronea, quum ſe Nicæa & alia vicina loca, an. 1388. à Ladiſlao Rege, qui poteſtatem illis ſibi conſulendi fecerat, deſerta, Amadæo VII. Comiti Sabaudiæ ſubmiſerint. Vid. *Guichon*, qui ſcripſit autoritate publica, nemoque accipit exemplar, niſi cui dono dat Dux Sabaudiæ (*Hiſt. Geneal. Dom. Sabaud. in Amed. VII.*) Tranſactione Amedæi, & Iolandæ Reginæ Neapol. facta an. 1419 (*Guich. d. l. in Amed. VIII.*) quæ nitebatur eo iure, quo auus Ludouico aſſiſtens in Italia magnos ſumptus, quos reſtituere hic promiſerit, feciſſet. Hi ad 160000. libel. præter vſuras & expenſas aſcendebant. Itaque vt ſe debito liberaret, Iolanda cedit iure ſuo. 3. Præſcriptione. *Fundamentum Regis Galliæ* generale eſt, quo vniuerſum Arelatenſe regnum vel omnia alibi Sabaudicæ Domus vindicantur. Lotharingi tamen hunc titulum impugnant, & hoc regnum ſibi vindicant, indeque inſignia Arelatenſia gerunt. De iure Imperij in hoc regnum conſulendus *Dn. Conring.* (*de Finib. Imper. Conf. Thuan. l. 2. Hiſt. p* 40. vbi ſunt mala mixta bonis.) *Specialia fundamenta R. Galliæ ſunt*: 1. Succeſſio Andina, quum Andini cum Prouincia hanc quoque partem Galliæ transmiſerit Regibus. 2. Iniuſtitia Sabaudicæ occupationis. Neque enim fuiſſe ius Nicææ aut aliis Pedemontij vrbibus, vt, ſuo deſerto, ad alium tranſirent Dominum. (*Conf. Thuan. l. 31. p. 167.*) 3. Nullitas tranſactionis Iolandæ, quia à fœmina facta, filio minorenni, & ſine ſtatuum conſenſu; ſaltem redditis 160000. libell. ad reſtitutionem teneri Sabaudos. 4. Præſcriptio ſæpius interrupta Renatum Andegauenſem Nicæam ſibi reddi poſtulaſſe ann. 1464. Porrò an. 1543. Franciſcum R. Nicæam oppugnaſſe, eamque ſibi deberi, fuiſſe confeſſum (*Vid. Bellai. l. 10. p. 391. Thuan. l. 58. p. 41. & l. 59. p. 55.*) Seruata quoque iura Regi in pace Creſpiac. (*art. 43.*) Camerac. [*art. 35.*] Sic & Pace Lugdunenſi (*Thuan. l. 125. p. 742.*) Similiter & tractatu Lugdunenſi an. 1562. (*Thuan. l. 31. p. 166. 167.*) *Euentus*: Relictus hactenus Dux in poſſeſſione, ſingulari quadam, & in affinitatem non vnam reſpiciente, amicitia, an verò iuris ceſſioni tacitæ tribuendum ſit, alij viderint. *Dn. D. Spener. de Pratenſ. Illuſtr.*

Exemplum ſpontaneæ derelictionis Guichon.

Ius tranſactionis & ceſſionis.

Regnum Arelatenſe.

Subiectionis arbitrium non eſt apud ſubditos.

Tranſactionis nullitas.

Vſurpatio aduerſus præſcriptionem.

Euentus huius controuerſiæ.

XVIII. Videbimus nunc de Prætenſione Regis Galliæ in Saluciarum Principatum. *Fundamenta Gallica* [*de quibus vid. Thuan. l. 92. p. 531. & l. 122. p. 607.*] ſunt hæc 1. Adelaſia Saluciarum Princeps an. 1210. quum bello vexaretur ſe ſuáque Guidoni Delfin. Viennenſi ſubmiſit, quæ tranſactio dein confirmata inter Humbertum Delfinum

Prætenſio R. Galliæ in Principatum Saluciarum

& Thom. Salucianum. *Excipiunt Sabaudi*, Principatum non ſpectaſſe ad Adelaſiam, ſed Manfredum; nec minoris valoris eſſe confirmationem Thomæ. *Alterum fundam: Gallorum*: Carolus VII. delectus inter partes iudex contra Sabaudum pro Delphino pronunciauit an. 1390. *Excipiunt Sabaudi*, iudicium hoc eſſe in propria cauſa: Galeacium propterea per procuratorem iterum fidem addixiſſe Sabaudo. (*Vid. pl. apud. Thuan. l. c.*) *Fundamenta Sabaudi* (*apud Thuan. l.* 22 *p.* 607.) ſunt hæc. 1. Bonifacius March. Montisferr. delectus arbiter an. 1169. pronunciauit, vt Manfredus Salucianus fidem Sabaudo præſtaret. 2. Manfredus an. 1255. Thomas an. 1291. Sabaudis fidem præſtitere. 3. Ab arbitris iterum an. 1363. ſecundum Sabaudos pronunciatum, quæ ſententia tranſactione, & dein ab Imperatore Carolo IV. confirmata. Quum verò Marchiones Vice-Comiti Mediolanenſi iuraſſent, Cæſar eos pœnam perduellionis incurriſſe pronunciat, & Principatum, ad ſe deuolutum, Sabaudo attribuit, qui tamen Saluciis eundem denuo induiſit, illique ex eo in fide manſere, reuocatis omnibus in contrarium actis. 4. Thomas inſtante Senatu Gratianopolitano, vt Regi iuraret, nullius in verba præter Sabaudi, ſe iurare reſpondit. [*Vid. pl. Thuan. l. c.*] *Euentus*: Quum penes Gallos Marchionatus fuiſſet, tandem Dux Sabaudiæ an. 1588. eum occupauit [*Thuan. l.* 92. *p.* 525. *p.* 533. 534.] Ex eo ipſe ius ſibi vindicat, & Principatum retinere vult. Bellum inter Regem Henricum IV. & Ducem magnâ vi geſtum: Sed pace Veruinienſi an. 1598. de pace quidem conuenit, non item adhuc de Saluciarum Principatu [*V. Thuan l.* 120. *p.* 492.] Anno 1599. res coram Pontifice agitata; (*Thuan. l.* 122. *p.* 607.) tandem non aliter tractatu Lugdunenſi an. 1600. controuerſia finiri potuit, quàm vt loco Saluciani Principatus, Breſſiam Dux Regi cederet, in quod ægre tandem conſenſit Sabaudus, [*Thuan. l.* 125. *p.* 741. *& ſeqq. D. Spener. in Pretens. illuſtr.*)

Iudex in propria cauſa

Compromiſſum.

Iteratum compromiſſum.

Euentus huius controuerſia.

Sabaudi intereſſe decreſcit.

Pratenſio R. Galliæ in Caſtiliam.

XIX. Prætendit inſuper Rex Galliæ in Caſtiliam. *Fundamenta Galli* deducunt 1. A Carolo M. cui Alphonſus Rex Caſtiliæ legatione ſolenni hæreditatem obtulit. (*V. Paul. Æmil. l.* 3. *Hiſt. Caſſan. recher. l.* 1. *c.* 1. *Blondell. Geneal. Franc. T.* 1. *p. XIV.* 1. *a. Contra quos ſcribit Chifletius in vindic. Hiſpan. c.* 12. *& ſeqq.*) *Excipiunt Hiſpani*; ſucceſſionem Caroli M. nihil iuris conferre regibus hodiernis, ab eo per maſculos deficientibus. (*Vid. Chiflet.*) 2. Carolum M. illa nec pro ſuis agnouiſſe, nec inter liberos diuiſiſſe (*Zypæ. l.* 4. *c.* 15.) 3 *Conſilij Alphonſum pœnituit, nec Proceres Hiſpaniæ conſenſum præbuere, vnde Carolus viribus Hiſpanorum & Barbarorum, antequam in interiora penetraret, victus & excluſus.* (*Marian. l.* 7. *c.* 11.) *Secundum fundamentum Gallorum eſt:* Blanca vxor Ludouici VIII. Regis Gall. filia primogenita Alphonſi

R. Ca-

R. Caſtiliæ, fratri Henrico, an. 1217. extincto, ſuccedere debuit; ſed ſoror minor Berengaria, filium ſuum Ferdinandum Legionenſem intruſit. (*Blondell. Geneal. Franc. T. 1. p. XIV. 1. a.* Militant pro Blanca 1. Propinquitas gradus & prior ætas, quâ Berengariam vincebat. 2. Lex regni fundamentalis, qua filiis non exiſtentibus, filia natu major ſuccedit. 3. Henricus ipſe ſororem eiuſque filium Ludouicum declarauit heredes. 4. Status Caſtellani in comitiis agnouere jus Blancæ, &, legatione ad eam deſtinata, homagij fecere fidem. *Excipiunt Hiſpani:* Ludouicum nunquam fuiſſe in poſſeſſione (*V. l. cum heredes. D. de acqu. poſſ.*) 2. Blanca minor erat Berengaria. Prior an. 1188. poſterior an. 1177. nata [*Chiflet. & ante eum Roderic. Toletan. l. 9. c. 5.*] 3. Berengaria viuo Patre aliquoties declarata, regni conſenſu & patris diplomate, heres fratris apud *Roder. Tolet.* [*l. 9. c. 5.*] 4. Ceſſit Ludouicus jure ſuo, quum Blancam filiam an. 1266. Ferdinando Cerdano conjugem daret; & poſtea an. 1290. Philippus Rex Franciæ in colloquio Baionenſi. Ad hanc ceſſionem *Galli replicant* 1. Ceſſionem nullam, quæ facta ſit in regni, Regum ſucceſſorum & juramenti regij præjudicium. 2. Non ſatisfactum conditioni, quæ Ferdinandi & Blancæ liberis ſucceſſionem regni promittebat. [*Vid. pl. de ſucceſſione Cerdana Blondel. Geneal. Franc. T. 1. p. XIV. n. 1. a. Marian. l. 14. c. 1. 3. 4. 8. 10. 11.*] *Exceptio generalis Hiſpanorum eſt*, præſcriptio plurium ſeculorum, quæ incidit neruos prætenſionum Gallicarum. Nec credendum ſeruare voluiſſe Gallos jus ſuum, qui cum Caſtiliæ Regibus hucuſque toties pacti ſunt, & contraxere affinitates, nullâ prætenſionum illarum mentione factâ. *Dn. D. Spener. de prætens. illuſtr.*

Ceſſio iuris.

Præſcriptio immemorialis.

XX. Prætendit porrò Francia in Arragoniam & Cataloniam. De hac prætenſione Vid. *Caſſan.* [*recherch. l. 1. c. 2. p. 69. & ſeqq.*] *Blondell.* (*Geneal. Franc. T. I. p. XIV. 1. a.*) *Fundamenta Gallorum* ſunt; 1. Occupatio Caroli M. & Pipini, qui vocatus Cæſar Auguſtam expugnauit, eamque ſub conditione fidei Iſnabalæ Regulo conceſſit; ſed & poſtea Comites Arragoniæ auſpiciis Francicis præfuere (*V. annal. Fuld. ad an. 777. 778. Surit. in indic. rer. Arragon. ad ann. 778. 806. Marian. l. 7. c. 11.*) Similiter Catalonia ab eo ſubacta, capta Barcinone, ipſique impoſitus Comes Bernhardus (*V. Surit. in Indic. Rer. Arrag. ad an. 841.*) Primùm Arragonia ex Comitum familia, matrimonio in Regiam domum illapſa, defecit, quùm Ramirus à Rege Nauarræ conſtitueretur ejus Rex. Catalonia diutius in poteſtate fuit: donec ann. 1181. Alphonſus Rex Arragoniæ, interdiceret Notariis, ne acta publica annis Regum Franciæ amplius notarent. *Excipiunt Hiſpani.* 1. Arragoniæ Comitatum non à Rege Franciæ, ſed à Regibus Nauarræ dependere.

Prætenſio Regis Franciæ in Cataloniam & Arragoniam.

Ceſſio iuris.

2. Tractatu Claromontano an. 1270. Philippum R. Franciæ remiſiſſe jus ſuum in Cataloniam regi Iacobo (*Surit. in Indic. rer. Arrag.*) qui ait in Conuentu Corbolienſi hoc factum, vt & *Marian.* (*l. 13. c. 11.*) De hujus tractatus valore diſputatur apud Blondellum, qui etiam de jure Andinorum in illud regnum videri poteſt; cum *Zype.* (l. 4.) *Surit.* (*in Ind. rer. Arrag. ad an.1595.*) *Marian.* (*l.20. c.2.*) *Alterum Gallorum fundam: eſt*, Arragonij & Catalonij à Rege Ioanne deſciſcentes, an.1468. Renatum Andinum dixere Regem, a cujus morte tranſmiſſa ſucceſſio ad Reges Franciæ. *Excipiunt Hiſpani.* 1. Factum hoc ſeditioſum non dare jus 2. quæ Andinus armis occupauerat, meliori jure iterum vindicata. *Tertium Gallorum fundam.* Catalani grauibus preſſi tributis & militum Hiſpanorum inſolentia vexati, an. 1640. abdicato Rege ſuo, in Regis Galliæ ſe dedere patrocinium, ſaluis interim ſuis libertatibus (*Vittor. Siri. l.1. p.137.*) *Excipiunt Hiſpani* : Iterum illa ſeditiosè eſſe acta. *Hiſpani his fundamentis in genere opponunt*

Tributorum & onerum grauitas.

præſcriptionem, & renunciationem generalem in pactis Madritianis (*art.7.*) & ſpecialem in pactis Creſpiacis (*art. 12.*) *Euentus*: Pace, quæ an.1659. concluſa eſt, (*art.42.*) conſtituuntur vtriuſque regni limites, & art.48. reſtitutio locorum occupatorum ſancitur, vt videri poſſit abdicatum, ſi quod juris in Arragoniam & Cataloniam prætendebatur. Sed confer etiam art. 89. quo coronæ indefinitè ſuæ ſeruantur prætenſiones. Confecta hæc pax opera Cardin. Mazarini & Ludouici de Haro. Prætendit vlterius Rex Franciæ in Conſtantinopolitanum Imperium, Hollandiam, Ducatum Lotharingiæ, ciuitates Auenionem & Arauſionem. Omnium autem maximè illum exagitat ambitio Coronæ Imperialis. Quid ſuperiori ſeculo agitarit Franciſcus I. Rex Gall. Caroli V. æmulus, *Sleidanus* (*l.1. & 2 Comm.*) accuratè

Præſcriptionis & renunciationis ius. Euentus huius controuerſia.

deſcribit. Hic *Franciſcus* quùm ſpe Imperatorij tituli decidiſſet titulos Imperatoris & Auſtriæ gentis multum ludibrio habuit, &, quod Rex Galliæ Imperatori ſit æqualis, coronam regiam mutauit & Imperiali ſimilem confici curauit; ſuumque vnum regnum Galliæ vniuerſis Caroli regnis & prouinciis domandis ſufficere gloriatus eſt, imò ſolis ſuis Scholaribus Pariſienſibus, quorum eo tempore 40000. fuerunt, Carolum tota Europa pulſurum jactauit. Hactenus de potioribus R. Galliæ prætenſionibus.

Franciſci I. æmulatio, & appetitus coronæ Imperialis.

Status regni Galliæ.

XXI. Quod ſtatum hujus regni attinet, olim is fuit mixtus: Hodie verò hoc regnum, præ cæteris in Europa, abſolutè & παμβασιλικῶς regitur. Iſtud intenſum regimen præcipuè ſtabilitum tempore duorum Cardinalium *Richely* & *Mazarini*, quorum Miniſterium Autor quidam anonymus duobus voluminibus edidit. In iis libris grandis latet rerum ciuilium prudentia: Debent verò legi perpenſo animi iudicio,

Richelius & Mazarin.

quùm

quàm nonnulla mala bonis admixta contineant: Autorque ille nimiæ adulationi indulgens, ex Cardinalibus iſtis quaſi Deos facere conatur. Cùm hoc autem Cardinalium Miniſterio debet conferri *Dn. Lebleu Lilietum* Richelij ſagaciſſimis conſiliis in omnibus maximis negotiis vſus eſt Ludouicus XII.R. Gall. vt pote quùm in actibus regnandi & Politicæ prudentiæ fama illa ætate (niſi *Axelium Oxenſtirnam* excipias) parem non habuerit. Hi duo Politici Aquilæ, factiones Hiſpanicas, profundis illas pectoribus perpendentes. vehementer repreſſere, terminoſque certos iis poſuere. *Richelij teſtamentum*, arcanis Politicis refertiſſimum, exhibetur in Theatro Europæo, quod omnino legi meretur. Validiſſimus extitit in animo Regis, ac regnandi artibus & prudentiæ politicæ fama tantam majeſtatem ſibi in Gallia conciliauit, vt propterea etiamnum ex præſcripto conſiliorum ipſius res Gallicanas adminiſtrari multis pronum ſit ſuſpicari. Mazarinius, Richelij ſucceſſor, eundem ſubtilem Richelij ſpiritum quaſi metempſychoſi quadam in omnibus regni negotijs circumtulit & tandem pacem inter duas coronas Galliæ & Hiſpaniæ cum Ludouico de Haro an. 1659. conciliauit. Hodiernus Rex *Ludouicus XIV.* quem *Deodatum* nominant, regnum Galliæ ferè ad ſummum felicitatis ac gloriæ faſtigium perduxit: Glorioſus ille Monarchia in flore ætatis tenet regnum florentiſſimum, totaque Europa in illum irretortos oculos flectit. Poſtquam Rex nunc iterum tympanum in Flandria pulſare incipit, tota Europa contremiſcit. Tempora pacis quoque hic Rex bene ordinat, dum abuſus regni tollere ſatagit. Antea Lutetia Pariſiorum furibus ſaccularijs, quos *Filous* vocant, ad modum fuit referta: hodie vitium ſtirpitus tollere Rex intendit. Acta publica de ann. 1666. menſ. Nouem. retulerunt, Politiæ Reformatores ciuitatem diuiſiſſe in 48. partes: Singuliſque noctibus 400. peditibus & trecentis equitibus platearum ſecuritatem demandaſſe, hac lege adjuncta, vt quæ furto auferuntur, illorum periculo ſint. Duella bruta ac belluina ſeuerè inſuper Rex coërcet ac nuper ſingularem legum *Codicem*, à ſuo nomine *Ludouicianum* dictum, compilari juſſit. Peculatus crimen, quùm altas in aula Francica radices egerit, nondum planè eliminare poteſt. Notum eſt ex actis publicis quid patrarit *Fouquet*, cujus tam enormis eſt peculatus, vt Germani phraſin, *peculatum committere*, per vocem *Fouque'teſiren* exprimant. De cætero Rex ipſe manum clauo Reip. admouet, negotiaque fiſci, belli, & externa per incomparabiles Triumviros *Colbertum, Tellier* & *de Lyonne* exercet. Tantum de regno Galliæ.

Miniſterium Cardinalis Richelij & Mazarini.

Richelij & Mazarini profunda politica prudentia.

Ludouicus XIV. Rex Galliæ.

Filous.

Qui non prohibet furtum punitur.

Duella Codex Ludouicianus.

Peculatus Fouquetteſiren quid.

Primarij miniſtri hodierni Regis.

DISCVRSVS VII.

Ad Proem. verb. *Sueciam*, vt & *ad art.* 17. verb. *Daniæ*.

DE

REGNO SVECIÆ, Daniæ & Noruegiæ.

In antiquitate horum Regnorum laborat annalium fides Status antiquus regni Sueciæ

I. HÆC tria regna Septentrionalia conjuncta fuerunt & disjuncta vt Dn. *Hornius*, quem hoc diſcurſu ſequimur, annotat. Antiquiſſima autem horum regnorum adeò incerta & fabuloſa ſunt, vt major illis fides quàm Amadysi fabulis adhiberi non poſſit. Temporibus Taciti apud Suecones abſoluta fuit Monarchia [*Vid. Tacit. de Mor. Germ. c.* 44.] Sed hæc ſeruitus paulò pòſt mutata in libertatem videtur. Ita enim *Adamus Bremenſis*, rerum Septentrionalium diligens Scriptor, de Suecis: *Reges habent ex genere antiquos, quorum tamen vis pendet in populi ſententia.* Et is ſtatus adhuc hodie in illo regno obtinet, ita vt ruſtici

Ruſticorum poteſtates in comitiis.

quoque (præcipuè *Die Dahl-Bauren*) in regni comitiis belli pacisque arbitria capiant. Et hæc res adhuc antiquam Germaniæ, cujus finibus & olim Suecia continebatur, libertatem ſapit. In Prouincia Grœningenſi Belgis fœderata hodie eodem jure gaudent ruſtici, de quo videatur Schokius in Fœderato Belgio.

Norvvegia Nordmannia.

II. Norvvegia olim complures habuit Reges, donec in vnius poteſtatem conuenirent. Temporibus Carolingorum dicebatur Nordmannia, cujus incolæ Nordmanni. Quum verò illius reguli inter ſe diſcordes eſſent, ac ipſa Seelandia multitudine hominum abundaret, exonerare ſe Normanni, & veluti ſacrum Ver in exteras regiones mittere cœperunt, quod inprimis circa an. Chriſti 800. factum. Notum jam in Politicis eſt abundantiam virium eſſe cauſam crebræ demigrationis in alias terras, ceu de magna vi Græcæ iuventutis in Aſiam ſe effundentis teſtatur *Vell. Paterc.* (l.1.Hiſt.p.17.) Ita etiam Galli abundanti multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerunt, 300000. hominum

Cauſa migrationis gentium.

ad ſedes nouas quærendas, velut ver ſacrum miſerunt annotante *Iuſtino* (l.24. Hiſt. c.4. add. *Curt.* l.4. c.4. *Sigon.* l.2. de antiqu. iur. Ital. cap. 2. *Machiauell.* l.2. Hiſt. Flor. in princ.) Vnde apparet quod olim non rarò in Theatro Europæo comædia fuerit acta, cujus ſumma: *Veteres migrate coloni.* De Cimbris vid. *Vell.* l.2. *Flor.* l.3. c.3. *Oroſ.* l.5. c.15. De Heluetiis *Sueton.* in Iul. c.54. *Flor.* l.3. c.10. De Gothis, Vandalis, Hunnis, Francis, Burgundionibus idem teſtantur ſeculi III. IV. V. VI. annales. Eleganter *Piccardus* (in antiquit. Friſic. Diſtinct. 27.) ſcribit: *Dat de menſchen voortydts gheuveeſt Zyn als Quickſilver dat geroert en beuveeght Zynde, al voort en voort loopt.* Migratio autem gentium olim facta vel propter famem & caritatem annonæ, vel propter peſtem, interdum propter internas diſcordias & inteſtina bella, vel, propter abundantiam virium vt plurimum propter cupidinem profundam aliena appetendi. In hiſce autem eruptionibus gentium numinis vindicta etiam conſpicua eſt, vtpote quum Deus horum malorum hominum miniſterio atque flagello improbos punire, & integras nationes radicitus exſcindere conſueuerit. Hinc etiam Normannorum pyratarum immenſa agmina, per Gallias, Britannias, Germanias latrocinio infamata, vt precibus Chriſtianorum ſolennibus addita fuerit hæc formula: *A furoribus Normannorum libera nos Domine.* Tandem Carolo ſimplici Gallorum Regi Neuſtriam *Rollo* Dux Normannorum eripuit, quæ hodieque inde Normannia appellatur. Primus Norvvegiæ Rex A. C. 878. factus fuit *Haraldus*, cujus familia per ſex ſecula continuis ſucceſſionibus in Norvvegia regnauit donec in Requino an 1380. extingueretur. Pulſi ab Haraldo aliquot Norvvegiæ Reguli A. C. 900. ſeſe cum familiis ſuis in *Iſlandiam* contulerunt, & confluentibus quotidie aliis paulatim tota Iſlandia habitari cœpit. Initio liberi fuerunt Iſlandi, ac ſuam habuerunt Remp. donec Norvvegiæ Reges jus in eos, tanquam ſuæ originis, prætenderent, in quorum etiam poteſtatem poſtea conceſſerunt, quorum ſub ſceptro hodieque pacatam vitam agunt, remoti à turbis & bellis reliquarum regionum. *Quis enim hybernum illud mare, nulla ſpe prædæ, ingrediatur.* Ita illis regionibus ſemper maximum diſcrimen, penes quas aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſæ, vt prudenter ſcribit *Tacit.* (lib. 4. Hiſtor. cap 74. lib. 1. Hiſtor. cap. 67. lib. 5. Hiſtor. cap. 30.) idemque de Caria notat *Corn. Nepos* (in Ageſil. pag. 276. edit. Gebhardi.)

Patria & ciuitatu dereli cta.

Normannorum magna latrocinia.

Normannia Gallicana.

Primus & vltimus Norvvegiæ Rex. Iſlandia.

Ius R Daniæ in Iſlandiæ.

Auri ſacra fames bellorum cauſa.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes.
Quam ferus & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum generi, tum prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.

At nihil ille miſer meruit. Nos ad mala noſtra
Vertimus, in ſæuas, quod dedit illeferas.
Diuitis hoc vitium eſt auri, nec bella fuerunt,
Faginus adſtabat dum ſciphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, ſomnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

(*Tibull.* lib. 1. Eleg. 10.) Quid Hiſpanos adegit in Indos? Auaritia. Chriſtus dixit Apoſtolis: Ite in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ: Hiſpani ſuis apoſtolis dixerunt: Ite in omnes auri & argenti diuites regiones, omnes populos pecudum inſtar ſeruitiis addicite, vendite, mactate. (V. *Lanſ.* Orat. cont. Hiſpan. pag. 400. 401. 402.) Sed ad Iſlandos redeundo, quamuis illi ſint pauperrimi: Nihilominus tamen Turcici Piratæ interdum in eam exſcenſionem faciunt, ac inde homines in Africanam captiuitatem abripiunt. *Groinlandia*, Iſlandorum coloniæ, omnis & notitia & memoria periit A. C. 1416. à quo tempore diu intermiſſa nauigatio fuit. Cauſam referunt duplicem, tum magnam, qua Norvvegia exhauſta fuit peſtem, tum ingentem vim glaciei, quæ ex mari Tartarico tempeſtatibus eiecta, omnes in Groenlandia aditus obſtruxerit. Hodie quidem aperta iterum via; ſed rari apparent in Groenlandia homines, vt veroſimile ſit illos ad interiora ac remotiora migraſſe. Reges Daniæ in Groenlandiam dominium ſibi ſumunt; quamquàm multi Reges Europæi hoc ius non velint agnoſcere, qui communem in mari Groenlaudico nauigandi & piſcandi poteſtatem ſibi ſumunt, qua libertate quoque hodie Batauí vtuntur. An autem ſine vllo onere Batauí iſta libertate quietè vtantur fruantur non contradicentibus Danis, me adhuc latet.

Prouincia diuites bello peti ſolent.
Groenlandia.
Ius R. Daniæ in Groenlandiam.

III. Olaus Daniæ Rex. A. C. 1380. defuncto Requino, Norvvegiæ Rege, illud regnum quoque acquiſiuit; à quo tempore duo hæc regna Dania & Norvvegia perpetuò coniuncta manſerunt. Huic ſucceſſit *Margaretha*, *Daniæ Semiramis*, quæ certè fuit fœmina potentia, victoriis, diuitiis, ac prudentia glorioſa, ita vt patris ſui dictum olim confirmarit. *Deerraſſe in ea naturam, fœmmamque produxiſſe, quum virum deſtinaſſet.* Hæc cum Alberto Rege Suecíæ bella geſſit qui bellum aduerſus Margaretham parans, ipſi per ludibrium longam cotem miſit, qua cum gynecæo acus ſuas & forfices potius, quàm haſtas & enſes exacueret. Votum itidem fecerat; ſe non prius cucullum) capitis regij eâ ætate tegumentum] mutaturum, quàm Reginæ perfidiam caſtigaſſet & Daniam

Dania & Norvvegia regna coniunguntur.
Margaretha Virilis animi Regina.
Albertus I. Rex Suecíæ.

Daniam cum Norvvegia occupaſſet. Cæterùm quid fit? Albertus ille Megapolitanus Sueciæ Rex anno 1389. prælio victus ac captus, & tandem regnum eiurare coactus. Referunt Albertum, poſtquam in conſpectum Reginæ adductus fuiſſet, Margarethæ amore captum, concubitum expetiuiſſe. Reginamque illum pedibus ac manibus ligatum in lecto ſuo deponi iuſſiſſe. Vt autem perpetua & ſtabilis trium regnorum conjunctio maneret, Regina conuocauit trium regnorum Ordines, & ita perpetuum vnionis fœdus pactum. Præcipua fœderis conditio hæc erat, vt in creando nouo Rege Dania ac Suecia alternis vicibus primum ſuffragium haberent. Margerethæ ſucceſſit filius adoptivus *Ericus*, Ducis Pomeraniæ filius, qui in regni regimine vſus eſt veluti Oraculo conſiliis Henrici Kœnigſmarckij. Erico mater hæc ſymboli loco inſtillarat. *Suecia te nutriet, Norvvegia te veſtiet, Dania te defendet.* Hic Ericus malè adminiſtrauit regnum, quod deinde deſerens valdè pyratica ſua afflixit, tributis exhauſit, crudeliterque ſubditos tractauit, viros Vallenſes (*Die Daalbauren*) in fumario ſuſpendendo, fœminas verò, partui vicinas, plauſtris loco equorum alligando, vnde in abortum incidebant; quam rem grauiter ferentes ſubditi bellum moverunt, tandemque gubernacula regni *Chriſtophoro* Bauariæ Duci detulerunt. Hic Ericus meritò omnibus Monarchis in exemplum poteſt proponi ne nimis durè immiſericorditerque ſubditos premant. Nam hæc natura multitudinis eſt, aut ſeruit humiliter, aut ſuperbè dominatur, [*Liu.* l. 24. c. 25.] agitatiſque iniuriis populus, cupiditate incenditur. (*Flor.* lib. 1. c. 8.) Florentini armata manu potius viriliter mortem oppetere, quàm vitulorum inſtar ſeſe iugulandos Gualthero præbere decreuerunt. (*Machiavell.* l. 2. Hiſt. Floren p. 122.) Qui Portugalli & Catalaunii an. 1640. peregerint notum eſt ex Hiſtoria noſtris temporis. Cùm 30. Tyranni, Athenienſibus à Spartanis impoſiti, plus ſanguinis haurirent, quàm in bello Peloponneſiaco eſſet profuſum, tandem Thraſybulus exul eos trucidauit.

Maria trigam regnorii Septentrionalium coniungit.

Ericus Rex.

Vnionis regnorum vincula diſruptum. Cauſa huius rei.

Monarcha non debent nimium premere ſubditos, in eoſque carnificinam exercere.

Violenta imperia nemo continuit diu.

Ita,

Iniqua nunquam regna perpetuo manent.

(*Senec.* in Medea. verſ. 196.) Vt enim corpus animatum diu viuere non poteſt, in quo maxima eſt omnium humorum diſgratia & intemperies? ita tyrannis, in quâ omnium malorum ſentina & colluuies manat diuturna eſſe non poteſt. Et reges conſeneſcunt, liberiſque ac nepotibus tradunt regna; tyrannorum exectabilis ac breuis poteſtas eſt. [*Senec.* l. 1. de Clemen. c. 11.] Galba, Otho, Vitellius tantùm degnſtant, non gerunt imperium. Sed rurſus ad rem; defuncto Chriſtophoro ortum inter Suecos ac Danos de creando nouo Rege diſſidium fuit, cuius

Cauſa huius rei.

cauſa generalis, naturale illud inter vtramque gentem odium: Specialis, quòd Dani in electione Chriſtophori primum ſuffragium contra pacta Calmarienſia vſurpaſſent. Ergo Sueci peculiarem ſibi Regem *Carolum Canuti* filium an.1448. Dani verò & Norvvegi *Chriſtianum I.* Comitem Oldenburgicum elegerunt. Hoc diſſidium per novem continuos annos durauit. Quum Carolus Canuti filius dejectus cum theſauris ſuis Dantiſcum aufugiſſet, Chriſtianus Prim. etiam à Suecis Rex ſalutatus & coronatus eſt an. 1457. Sed mox hoc ejecto Carolus Gedano reuocatur. *Ita euectus dejicitur: & dejectus extollitur,* dum mira conuerſione orbis Reip. commouetur, & vel horulæ ſpatium intercedere poteſt, inter ſolium & aliena genua.

Subita mutatio.

Holſatia ad Reges Daniæ.

Controverſia ſucceſſionis in Ducatum Holſatiæ. Ius ſucceſſionis etiã venditur.

Arcanum Ferdinandi II.

IV. An..1459. Ducatus Sleſvvicenſis cum Holſatià ad Chriſtianum I. R. Daniæ peruenit. Quum enim Adolphus Dux Sleſvvicenſis & Comes Holſatiæ abſque prole deceſſiſset, Chriſtiernus I. R. Daniæ, quod Sorore eius Heidvviga natus eſſet, in ditionibus illis ſucceſſit. Sed quæritur an iure, Si vera potius, quàm dictu ſpecioſa dicenda ſunt, propior hæres erat Comes Schavvenburgicus, quem Chriſtianus datis 43000. florenorum & tribus in Holſatia præfecturis à prætenſione remouit. Nihilominus Comite- Schavvenburgenſes aliquoties Regibus Daniæ quæſtionem mouerunt & Ferdinandus II. Imp. (*quo magis Euangelicos diuideret, Regique Daniæ æmulos excitaret*) illis inueſtituram Holſatiæ dedit, Comitemque Erneſtum Holſatiæ Principem creauit, quæ non minima belli inter ipſum & Chriſtianum IV. cauſa fuit (*Vid. Helduaderum part.2. Sylv. Chronol. ad an.* 1621.) *& infra. Diſc. ad art.* 26. *Inſtr. Pac.*)

Caroli filii Canuti Cana atque arcana prudentia.

Fiſtula dulce canit volucrem dum decipit auceps. Stenonis laudabile regimen.

Iterata vnio regnorum.

Arcanum Regum & Principum.

V. Carolus Canuti filius in Suecam reuerſus laudabiliter regno præfuit vſque ad mortem. Senio confectus *Stenonem Stur* ex ſorore nepotem, ſucceſſorem deſignat, & Regis nomen, eâ tempeſtate inuidioſum omittere, vim Imperij vſurpare, iubet. Carolo an. 1478. defuncto regiis negotiis præfectus *Steno* non quidem Regis, ſed gubernatoris ſiue adminiſtratoris titulo, *aduerſantibus* tamen protervis quibuſdam *Ruſticis, quos facili negotio Germanica cereuiſiæ donatiuo in partes pertraxit.* Ita ſolent illi, qui dominatum moliuntur, in plebem eſſe munifici, eamque donis ſibi conciliare. Ita Philippus Rex Macedoniæ pecuniæ vi ſibi Græciam ſubjecit: Iulius Cæſar Galliæ ſpoliis omnia Romæ obtinuit. (*Vellej.* l. 2. c. 44. *Cicer.* l. 2. ad Attic. Ep. 17.) de Augusto vid. *Tacit.* (l. 1. Ann. c. 2.) Carolus Flandriæ Comes Tamardum è gratioſiſſimis aulicis alendis è fiſco egentibus præfecit: ipſe cum loculis è vulgo prodibat, circum templa obambulans ſtipemque ſuâ manu mendicis promens. Dardanariorum eorumque qui annonam flagellant, & clauſis horreis frumentum ſupprimebant, nequitiam compreſſit

preſſit, apertis conditoriis triticoque in egenos diſtributo. Qua popularitate adeò carus ſubjectis fuit, vt cæſi à ſceleratis hominibus corpus pro ſe quiſque tanquam ſanctas reliquias venerarentur, oſculaque ferrent; denique aliquid capillorum barbæque atque adeò vnguium & veſtimentorum, domeſticâ religione aſſeruarent, colerentque (*P. Æmil.* de reb. geſt. Francor.) Hanc artem etiam nouit noſter Steno, Suecorum Auguſtus, qui eâ humanitate rexit atque juſtitia, vt populus diu Regem haud deſideraret; ſibi potiùs vitam eripi, quàm colono vnam ovem permittens. Adeò inter Principem bonum & Patrem bonum nihil intereſt (*Xenophon. l.8.* de Cyri inſtit. in princ.) ac Rex amicior eſt omnium libertati, quàm ſuæ dominationi *Corn. Nep.* in *Miltiad.*p.56.l.8.ad Attic.Epiſt.11.) Quemadmodũ autem ſalus reipub. ſcopus eſt, quem Deus omnibus omnino Regibus præfixit, cum diademate frontem inſigniret; ita nihil apud ipſos debet eſſe maioris ponderis; ad illud centrum collimeant omnes actiones ciuitatis omnibus adeò diuerticulis. (*Minſter. Richel.*l.8. c.13.) Præclarè *Lipſius* in aureâ doctrinâ ſua de Principatũ, quam Politicam in genere ipſi appellare placuit (l.2. Pol.c.6.) ita ait: *Finis veri principatus, & candida illa meta, ad quam curruſ Regius athletæ, eſt non aliud, quàm ſubditorum commodum, ſecuritas, ſalus. Te ſpectas, Princeps? Erras.* (Add. eund. in Præfat. Polit.) Cæterum pauci Reges hodie veri Paſtores, multi mercenarij, plurimi in lupos rapaces degenerant. (Vid. Dn. *Conring.* in Præfat. ad Machiav. Princ. p.24. 25. & ſeqq.) Commodum hodie eſt primum mobile, ex quo omnes Principum motus dependent. Apud *Traian. Boccalin.* Regnum Neapolitanum ita ait ad Almanſorem Maurorum Regem: Agnoſco priſtinæ libertatis meæ recuperationem eſſe ſitam in manu Dei; qui in me renouabit miracula maris Rubri, ſi vnquam ego illam receptura ſim. [*Boccalin.* in Lapid. Lyd. Polit. p.123.] Sed hæc obiter. Coronam Suecicam præ Stenone tandem obtinuit *Ioannes* Chriſtiani filius, qui Stenone remoto iterum an.1497. tria Septentrionalia regna conjunxit: quæ tamen vnio tantum Sexennium durauit, ſemper reperientibus nouas querelarum cauſas Suecis. Igitur ann.1503. denuo gubernatorem ſibi creauerunt Virum nobilem *Suantonem*, cui ann.1513. ſucceſſit filius *Steno Sture iunior*, ac perpetua inter Suecos & Danos bella fuerunt, donec ann.1520. cæſo in pugna Suantone *Chriſtianus* II. Daniæ Rex Succiam ſubjugaret. Dein an.1523. Dania, Norvvegia, & Suecia iterum diuidi cæperunt, ac in hodiernum vſque diem diuiſa manent. Cauſa diuiſionis fuit immanis barbaries Chriſtiani II. qui quoſuis veteres tyrannos immanitate ſuâ ſuperauit, ac, horrenda laniena Stokholmiæ edita, Proceres ipſos perfidè ac tyrannicè obtruncauit, quorum facinorum autor putabatur venefica

Reges & Principes ſint Patres Patriæ & ſubditorum ſalutem in conſilio habeant.

Lipſius.

Reges & Principes hodie toti ad priuata commoda velis remiſque contendunt.

Chriſtianus II. R. Daniæ. Vinculum vnionis diſſolutum. Cauſa. Tyrannis Chriſtiani.

quædam vetula, cui nomen *Sibrecht*, quæ Regis animum incantamentis occupaſſe creditur. Huius Sibrittæ, (quæ è Belgio ex egeſtate Bergam in Norvvegia profecta) filiam *Dinike* ſeu *Columbulam* Rex aſſumpſit concubinam. Hinc illæ lachrimæ! Quumque non minus in Dania regnaret Chriſtianus, tandem vtriuſque regni incolæ iuſtis furiis in illum inſurrexerunt, eumque omnibus exutum regnis perpetuo carceri manciparunt, in quo poſt 36. annorum miſeram captiuitatem an. 1559. vitam cum morte commutauit. De hoc Chriſtiano inſignis quidam Politicus tale fert iudicium: *Chriſtianus II. eade Procerum purgauit regnum Suecorum; ſed purgatione Medicorum contraria. Hi enim, quod eſt deterrimum in corpore auferunt; ille, quod optimum in Repub. abſtulit.* Vita huius Chriſtierni ex *Ioanne Schvvaningio* edita extat. (add. *Spener. in Sylloġ. Geneal. Hiſtor. p.*39.40.) Dn.D. *VVagnerus* (*in deſcription. Geneal. p.*554.) ait, quod huius Chriſtierni minimus dignitus groſſior fuerit, dorſo patrum ſuorum, dum loco flagellorum ſcorpiones ſumpſit ad Suecos caſtigandos, & ita regiminis arcum nimia intenſione fregit. (*vid. pl. ap. Thuan. l.*22. *Hiſt. p.*979. De hoc Chriſtiano *Iacobus Zieglerus* Landavus libellum Argentorati apud Richelium edidit, hoc titulo: Chriſtierni II. Regis Danmarchiæ crudelitas perpetrata in Proceres Sueciæ & populum Holmenſem. Adeò,

Regnorum Septentrionalium Orbis mutatur

Iudicium de Chriſtiano II.

Violenta imperia nemo continuit diu,

(*Senec.* in Troad. a.2. v.256.) tyrannique dirum regnum eſt quaſi nubecula citò tranſiens (v. *Socrat.* l.3. Hiſtor. Eccl. c.12.) De Ioanne Galeatio Mediolanenſium tyranno vid. *Machiavell.* (l.7. Hiſt. Florent. in fin.) De Ptolomæo. vid. 1. Maccab. 11. v.1. & ſeqq. Vnde noti *Sebaſtiani Brandt* verſiculi.

Nullum violentum Imperium diuturnum.

Alſo Gevvalt ſich enden thut,
Cyrus der tranck ſein eigen Blut.
Kein Gevvalt auff Erden ſo hoch nie Kam,
Der nicht ein end mit trauren nam.
VVaſs Gevvalt acht für daſs allerbeſt,
Das VVird verbittert doch zuletzt.
Groſs Narrheit iſts umb groſs Gevvalt,
Die man doch nicht lang zeitt behalt.

(Vid. *Reinkingi* l.2. Bibl. Pol. Axiom.17.)

VI. Ita Dani ejecto Chriſtiano ſibi ex Holſatiæ Ducibus Reges crearunt, & ita Fridericus I. Dux Holſatiæ Daniæ & Norvvegiæ Rex renunciatus, qui renunciare omni ſuo in Sueciam iuri, ac fœdus cum Suecorum Rege contra Chriſtianum tyrannum eiuſque ſucceſſores inire cæpit. Hic libertatis Danicæ, inprimis apud nobilitatem autor, quum tantum iis indulſerit, vt ſinguli dempto tantum nomine Comites

Fridericus I. R. Dan.

Libertatis Danicæ Nobilitatis origo.

aut

aut Barones videri poſſent. (*Dn. Spener. l. c. p.* 44.) Friderico mortuo an. 1537 magnæ inter Danos coortæ de nouo Rege creando controuerſiæ fuerunt, quâ occaſione vſus Chriſtianus captiuus per emiſſarios ſuos auxilia cogere, ac ipſam Hafniam, regni caput, in ſua verba adigere. Contra cuius factionem tamen electus eſt *Chriſtianus III.* Friderici I. filius, qui regnum turbidum breui rurſus pacauit, ſub cuius auſpiciis, miniſtrante D. *Bugenhagio* purior doctrina in totum regnum introducta. Hic ſapientiſſimus Rex in Comitatu avunculi ſui Ioachimi Electoris Brandeburgici Wormatiam ad Comitia profectus ann 1521. ibi in Monaſterio Franciſcano Monachum ex ſuggeſtu, tabulis non adeò arctè conglutinatis, præſente Carolo V. concionantem die Paraſceues audiuit, cúmque caſu ſub ſuggeſtu conſtitiſſet, & monachus geſticulans, nunc erecto in altum, nunc inclinato corpore funem quo cinctus erat, inter aſſeres ſubinde emitteret, Princeps id animaduertens, nodum in funem nexit, vt monachus ſe eleuare nequiret: Orto exinde ſtrepitu, quum Cæſar in autorem inquiri iuſſiſſet, quem Lutheranum aliquem eſſe ſuſpicabantur, quum adoleſcentem Holſatiæ Principem, id feciſſe reſciuiſſet, res tota in riſum verſa eſt. Ad extremum, quum paulò ante patruelem captiuum inuiſiſſet, (in quo colloquio alternas inimicitias deprecati, inuicem ſibi injurias condonauere) 1558. Cal. Ian. viſione Angelica non parum exhilaratus, mundo valedixit (*vid. Thuan. l. 22. p. 979.*) Ei ſucceſſit filius *Fridericus II.* qui cum Erico Sueciæ Rege ob inſignia Danica & Norvvegica, & naues Danicas captas, grauiſſimum geſſit bellum, in quo Suecus ad Halmſtadium victus, & ann. 1564. (incenſa & demerſa portentoſa Suecica naue, quæ 200. tormentis æneis inſtructa) hoſtilis Suecorum claſſis profligata. Pòſt variauit fortuna belli; ac tandem an. 1570. Stetini pax concluſa, cuius conditiones Vide ap. D. *Spener.* (*p.* 48. 49) Hic Fridericus ædificauit *Croneburgũ*, de quo dicere ſolitus eſt: *Nolle ſe vnum lapidem in ædificio tolerare, ſi quem ſuorum ſubditorum nummo comparatũ eſſe ſciret.* Penditur hic vectigal & quidẽ pro ſingulis malis nauium Roſeus Anglicus [nos Roſam nobilem *Roſenobel*, vocamus] præter id quod pro mercibus pendendũ. Quantam inde vim auri colligat Rex ex eo coniicere quimus, quod interdũ vno die 200 ſæpè 400. imò & 600. naues ex variis Europæ tractibus eò cõueniſſe obſeruatũ ſit. Rex, poſtquam intereſſe coronæ miris modis auxit, tandem an 1588 deceſſit, Princeps magni animi & ſinceri iudicij, literarúmque Patronus. Ei ſucceſſit heroicæ indolis filius *Chriſtianus IV.* à patre vndecennis relictus. An. 1589. cum *Nobilitate Holſatica* (quæ ante homagium priuilegia amplius declarari, venationem in ſyluis cœnobiorum & Sleſvvicenſis Epiſcopi liberam electionem deſiderabant) altercatum, ſed dilata lis donec Rex adoleuiſſet.

Chriſtianus III.

Suauiſſimũ factum Chriſtiani III. Comici geſtus ac levidenſes Monachorum in ſuggeſtu pulcherrimè eluſi.

Fridericus II. Rex Dan.

Croneburg.

Vectigal in freto Sunda, in quo priuatum Daniæ intereſſe.

Chriſtianus IV. ſub Regibus impuberibus ſæpius exiſtunt motus.

Minorennitas Imperiis nocet.

Veriſſimè *Vopiſcus* (in Tacito p.663.) *Dii auertant Principes pueros, & Patres Patriæ dici impuberes, & quibus ad ſubſcribendum magiſtri literarij manus teneant.* (add. *Eſai.*3. v.11. *Eccleſ.*10. v.16.) De Henrici IV. Imp. infantia legendi rerum Germanicarum annales. De Franciſco II. & Carolo IX. Galliæ Regibus vid. *Lanſ.* (Orat.contra Galt.p.277.) De Antonio vid. *Flor.* (l.4. c.4.) Decreuit Senatus, ne quis Auguſtum puerum diceret, ne majeſtas tanti Imperij diminueretur. (*Seruius* ad Virgil.1. *Georg.* verſ.500.] Rudolphus II. Imp. quum Chriſtiano Regi

Venia ætatis finit tutelã. Regum tutores.

an.1593. d.26. April. anno decimoſeptimo ætatis veniam ætatis, ob regias dotes & qualitates ſolenni decreto (quod Reinkingius exhibet) indulſiſſet; ipſe an. eod. in conuentu regni Flensburgi à tutoribus (Kaaſio, Roſenkranzio, Manckio, Valckendorpio) poſt actas gratias

Intereſſe regnorum in extruendis vrbibus.

adminiſtrationem ſuſcepit. Inde pacis tempore plures exſtrui curat arces Chriſtianſtadium, Chriſtianiam, Chriſtianopolin, Glückſtadium ſiue Tychopolin, Chriſtianpreis. Ann. 1611. primum ei cum Carolo Sueciæ R. bellum, ob detentas naues per Helleſpontum Danicum itantes; quod bellum, in Guſtauo Adolpho continuatum, ann. 1613.

Controuerſia Schavvenburgica.

pace rurſus fuit mutatum. An. 1620. ei cum *Erneſto Schavvenburgio*, qui à Ferdinando II. Principis & Comitis Holſatiæ titulum reportarat, contentio orta. *Rex* enim *in ſui præiudicium illud fieri aſſerebat*, quod ex maioribus nullus Principatus nomen nec poſt ceſſionem 1460. Holſatiæ titulum geſſiſſent; vnde neque ſeſſionem in Comitiis haberent, nec onera Imperij exempti ab Holſatis portarent. *Erneſtus contra* contendit Principatus nomen illis ditionibus datum, quæ ſine controuerſia ad ſe ſpectarent; Holſatiæ verò titulum ab ipſis Holſatis ſibi tributum. Pro Erneſto Cæſar literas etiam ſcripſit; Erneſtus verò armis vt cederet, adactus. Poſtea exorto Bello Bohemico quum à Cæſareanis Circulus Inferioris Saxoniæ miſerrimè premeretur, nec medela à Cæſare impetraretur, indictoque Lüneburgi an. 1625 conuentu copias pro circuli defenſione eſſe conſcribendas, & quidem Rege Duce, decerneretur: hinc ortum eſt *Bellum Cæſareo-Danicum*, de cujus mirabili viciſſitudine ſupra (*Diſcurſ. I.*) actum. Rationes Daniæ hoc maxi-

Pecunia eſt belli neruus.

mè conturbauit, quòd non procedebant promiſſa à Gallis & Anglis ſubſidia pecuniaria, indéque equitatus ob ſtipendia non ſoluta ad Lutteram obſequium detrectauit. Deinde etiam Georgium Ducem Brunſuic. ac Lynæburgenſem, Comitem Schavvenburgicum, & alios in iſto circulo habuit aduerſos, quod non parùm Regiæ magnanimitati obfuit. Pace tandem Lübecæ an.1629. concluſâ, Rex in regnum ſuum ſe recepit, nec tamen intermiſit tentatæ pacis conſilia promouere & compoſitionem vrgere. An.1643. Rex à Suecis iterum, Torſtenſohnio Duce, bello petitus. Cauſæ allegabantur, detentio octo nauium in freto,

partium,

partium Cæſareanarum ſtudium, & occultæ machinationes, &c. Pax dein rurſus an. 1645. coiit, ac tandem an. 1648. die 28. Febr. ex hiſce miſeriis decedens pro ſpineâ terreſtri coronâ auream in cœlis recepit. Princeps fuit pace belloque omnibus virtutibus illuſtris, & regnum quod lateritium inuenit, marmoreum reliquit. Concluſæ Paci Germanicæ Rex non fuit ſuperſtes; æterna tamen ipſi ſit gratia, quod Saluberrimæ illius paci negotium, primo lapide Hamburgi poſito, omni ope promouere non deſtiterit: Spargatur ſepulchrum eius roſis & liliis, ſuaui hyacintho cum molli viola ac purpureo narciſſo. Succeſſit in eius locum filius FRIDERICVS III. qui ſceptra Daniæ ac Noruvvegiæ nunc regit. Hic defuncto *Philippo Sigiſmundo*, Duce Brunſuic, ac Epiſcopo Oſnabrugenſe ac Verdenſe, Epiſcopus Verdenſis fuit electus an. 1623. Quum itidem *Ioannes Fridericus* Dux Holſatiæ an. 1634. die 4. Septembris diem ſupremum obiiſſet, Archi-Epiſcopus Bremenſis declaratus fuit: Patri verò ſucceſſit an. 1648. die 6. Iul. Bremam & Verdam retinuit vſque ad an. 1644. quo à Suecis ejectus, & Broemſebroemſi Pace ditiones illis permiſſæ cui conceſſioni Pax Monaſterienſis (*art.* 10.) etiam calculum adjecit. Primum huic Sereniſſimo Regi negotium domi fecit *Cornificius Vleſeldius* (de quo poſtea) & *Hannibal Seeſtett*, Prorex Noruvvegiæ, quorum vterque è regno profuit. An. 1657 grauiſſimum bellum cum Carolo Guſtauo Rege Succiæ, in Polonia tum herente, geſſit, quod, varia fortuna geſtum, vſque in annũ 1660. durauit. Suecus è Polonia advolans, *Buchvvaldio* ac *Bildio* inter ſe diſſidentibus in ipſam Iutiam penetrat, & anno 1658. menſ. Ian. per mare concretum ad *Aſſens* Fioniam inuadit, ipſeque Hafniæ imminet: quo factum vt cita ac tumultuaria Pax Roſchildæ concluderetur. Interea dum executio Pacis, iniecta mora, procedit, Suecus nihil moratus Croneburgum capit, Hafniamq; ſed fruſtra, obſidet. Commiſſum dein anceps prælium in freto Sundæ, vbi duo Hollandorum Admirantes ſiue Architalaſſi *Wittenus Witteni*, *Petrus Florentij* cecidere & Cõfœderati dein, in Friderici, optimi Regis, gratiam, Suecos à tergo adoriuntur, & tandem in Fioniæ inſula peſſimè excipiunt an. 1659. vnde *anno ſequ.* Septentrioni Pax rurſus reddita. Ex eo, *Nobilitate* reluctante à reliquis ordinibus regni, regi abſolutum imperandi, & *ſucceſſione* regnum ſuis tranſmittendi, ius conceditur. Et ita *in melius mutatus tot turbis obnoxius, ac rebus gerendis minus idoneus*, qui ante hæc tempora inualuerat, *ſtatus; ortumque ex contrario* (nempe bello) *contrariiſſimum*, vt ſcilicet, electio in ſucceſſionem hæreditariam transformaretur. Hiſce ita ſtabilitis ignouit etiam Rex, mitiſſimi ingenij Princeps, *Seeſtedio* & *Vleſeldio*, qui tamen poſterior, *Daniæ Seianus*, è carcere dimiſſus nouas machinabatur turbas. In hoc Cornificio Vleſeldio ſumma extitere

Encomium Chriſtiani IV.

Fridericus III. Dan. R.

Brema & Verda cedit Suecis.

Ducum belli diſcordia publicum bonum impedit.

Pax Roſchildenſis.

Vvitte- Vvittens. Peter Floris.

Noua epocha mutationis Regni Dania

Machinationes Cornificii Vleſeldij.

omnia, quæ hominem aulicum commendant, Illuſtris & Heroicæ familiæ gloria, ſtatura corporis procera & formoſiſſima, vaſtus animus, magna apud omnes auctoritas, & laus ciuilis prudentiæ maxima. Vnde illum Chriſtianus IV. multis iam honoribus auctum in altiſſimum dignitatis faſtigium euehere, & in regno Daniæ Aulæ Magiſtrum conſtituere, data ipſi in matrimonium *Eleonora*, filia maiore natu, quam, poſt mortem Reginæ, ex *Chriſtiana* Nobili fœmina procreauit. Omnibus numeris abſolutus dici potuiſſet Vlefeldius ſi innata ſibi ambitio, quam habendi libido plerunque comitatur., & nimia ſui vindicta abfuiſſent. Vix dum Rex Hafniæ vita conceſſerat, ſtatim inſurgere, omnium rerum adminiſtrationem ſibi potiſſimum arrogare, & plurima miſcere cæpit. Magnum priuati affectus ſui indicium primo erupit, quùm paucis à Regis deceſſu interpoſitis diebus, concubinam Regiam, cui *Wibicha* nomen, propero fato, & præ mœrore, vt aiunt, extinctam, denegatis obſequiis, nocturno tempore, viliſſimo vehiculo contumelioſè impoſito funere, extra vrbem in pauperum cæmiterio ſepeliri curaret. Fuit hæc, Chriſtinæ, cuius ſupra meminimus, à cubiculis, cumque Regi reuelaſſet ipſi à Domina ſua venenum parari, Rex illam, repudiata Chriſtina, eius loco amauit. Hac de cauſa incenſum erga eam totius Vlefeldianæ familiæ odium indeſinenter flagrauit. Tunc quoque illi certamen aduerſus *Brochmannum* Seclandiæ Epiſcopum, de coronæ ac ſceptri cuſtodia exortum eſt, quæ Regni inſignia Epiſcopus pro officij ſui ratione, durante interregno, ſibi committenda eſſe antiquo jure probauit. Inde, vbi in ordinum concilio penes quos eligendi arbitrium erat, de nouo Rege conſultatum eſt, ipſiq; ceu Aulæ Magiſtro propoſitionem facere incumberet, plurimas difficultates mouit. Ex Regiis filiis, vnicus Frider. Archiep. Bremẽſis ſupererat, ad hanc electionem proximus. Huic ne deferretur imperiũ niſi vetera Nobiliũ priuilegia redintegrare, & in nouas leges jurare, ac promittere vellet, ſe de nulla re, inprimis initio regiminis, ſine Procerum conſenſu decreturum, maximopere annixus eſt. Qui altiora ſecreta ſunt ſcrutati Vlefeldium ſpe occulta ſemetipſum hac fortuna gaudere, ac pendentib. ſuffragiis iniectiſq; impedimentis, rerum potiri poſſe exiſtimant. Cunctorum tamen ſententiis, qui vnanimi voto Fridericum ſibi Regem depoſcebãt, pręfractè refragari, quicquid etiam moliretur, ipſi non fuit integrum. Electo itaq; & an. 1648. menſ. Nou. coronato Friderico, Vlefeldius portam triumphalem, ſub qua è templo redeunti Regi palmarum rami ab obuiis exhiberentur, nocte proxima demoliri juſſit. Quo facto Reginam, Sophiam Ameliam, Luneburgenſem Ducıſſam, quæ poſtridie eius diei, vt & illa dicto in templo coronaretur, per eandem viam ex arce deſcenderat, vehementer irritauit. Atque idem

VVibicha & Chriſtina concubinæ Regiæ.

Arcana molitio Vlefeldii.

ab illo

ab illo tempore, quùm varias indueret formas, non ſine cauſa omnes eius actiones Regi ſuſpectæ fuerunt. Ipſe Senatorum Princeps, rarò in aula comparere, anniuerſariis comitiis ſe ſponte abdicare, rem quamcunque ſimulare ac diſſimulare: Vxor virilis audaciæ fœmina, omnibus ſe ferociter opponere, cum ipſa Regina ſimultates exercere. Exacto interim triennio, quid vterque eorum in animo volueret, ac inſidiæ, quas Regi ſtruebant, detectæ ſunt. Initium huius tragædiæ fecit *Dina*, cum qua, inſciâ vxore, conſueuit Vlefeldius. Hæc Dina valde familiariter etiam vtebatur *Georgio Walthero*, Regij exercitus in Holſatia Colonello, cui fortè enunciat, Regi ab Aulæ Magiſtro perniciem imminere, additis certis circumſtantiis. Quùm Rex iſta cognouiſſet tempus expectare decreuit, quo ſe res ipſa proderet, ſimul tamen animum ad cauendum ſedulò attendit. Dina poſt, quùm Vlefeldij conatus ſe prodidiſſent, publicâ autoritate fateri iuſſa, idem, quod antea Regi ſecretò memorauerat, ordine & iiſdem verbis coram iudicio repetit. Dies dicitur Vlefeldio, qui per Procuratorem comparet. Cauſa tàdem diſceptata, Dina in vincula coniicitur, Vlefeldius dein ipſe in iudicium venit, ac Dina, ſpe cum aduerſario forſan redeundi in gratiam, omnia dicta reuocauit, quæ res huic miſeræ fœminæ poſtea capite ſtetit. Vnde diſcimus ad criminales proceſſus perſequendos, vbi non de papauerum capitibus, ſed de vita & ſanguine hominis agitur fœminas eſſe ſubiecta admodum incapacia. Vt verum ſit illud *Virgilii* (lib. 4. Ænead. verſ. 569.) --- *Varium & mutabile ſemper*, *Fœmina*. Item illud *Natal. Comit.* (lib. 7. Mythol. c. 11.)

In crimine laſæ maieſtatis citandus eſt reus.

Inſcriptio non antiqua.

Mulierum inconſtantia in proceſſu forenſi.

Quid levius fumo? flumen Quid flumine? ventus.
Quid vento? mulier? Quid muliere? nihil.

Vid. *Alciat.* 1. Præſumpt. 47. Supplicio à Dina ſumpto Vlefeldius rebus ſuis conuaſatis cum vxore & liberis naui in Hollandiam demigrat, atque inde factum, vt abſenti Senatoria dignitas, ſubiecto in eius locum *Ioachimo Geſdorſio*, auferretur. Hinc ad Suecos deficiens Holmiæ à Chriſtina Comitis titulum impetrat. Mox vbi Chriſtina corona Suecica ſe abdicaſſet, ac dein arma Suecica ſub Carolo Guſtauo, R. in Daniam migrarent, Vlefeldius occaſionem vindictæ adeptus, nullam Daniæ R. nocuit. Veriſſimum ſcilicet eſt, miniſtros potentes aut non eſſe fodicandos, aut occidendos, aliàs viperæ iſtæ numquam ſibilare deſiſtent. Agrippa iam tantus erat apud Auguſtum vt vel generi eligendus vel occidendus. Heu quantus ab extremo in extremum ſaltus, qui nimium magnis aulis familiaris. Adeò inter ſumma & ima apud Statiſtas nihil mediū eſt (Dn. *Bœcler.* ad Vell. Paterc. l. 2. cap. 93.) Communis tamen omnis Principatus cautio eſt: Neminem vnum magnum facere, ſed plures. Seruabunt enim ſe mutuo.) *Ariſt.* l. 5. Pol. c. 11.) Quod

Arcanum medium in Monarchiis

ſi vnum oportet magnum facere, non tamen is faciendus eſt magnus, qui audaci ingenio prǽditus eſt. (*Ariſt.* l. cit.) Talis fuit Perennis ſub Imp. Commodo qui nihil non autoritatis adeptus, imperium iam ipſum inuaſerat, (*Herodian.*l.1.c.9. vbi vid. Dn.*Bœcler*) in eorumque catalogo etiam numerari meretur noſter *Vlefeldius*. Pace factâ Rodſchildi Vlefeldius quoque in integrum reſtitutus, omnia ſua bona & fundos recepit. Pace iterum diſruptâ Vlefeldius id molitus, vt Scania in poteſtatem Suecorum deueniret. Id quùm non bene celaret, in Scania in cuſtodiam traditus, è qua elapſus Hafniam excurrit, ac dein, quùm ibi ordinibus cum Rege bene de ſucceſſione conueniſset, Bornholmiam in cuſtodiam, ne iterum res nouas moliretur, miſsus. Rebus in Dania ex voto compoſitis, & populi vniuerſi poteſtate ita in Regem tranſlata amicorum interpoſitione Vlefeldius Regi reconciliatus eſt. Hafniam deinde reuerſus deprecatoriis literis ac iureiurando teſtatur ſe tenaci fide in Regem priorem maleuolentiam emendaturum. Quibus peractis in horto Regio publicum illi appoſitum eſt prandium; quo omnium ſubſelliorum homines cateruatim confluxerunt, quemque olim ætate integra ſummis honoribus maximè florentem venerati erant, nunc variis caſibus collabefactum ſenem tanto auidius ſuſpexere. Totus ex captiuo liber, & ſuus factus, idem beatus eſse poterat, ſi affectibus ſuis tandem aliquando modum impoſuiſset. Bene *Mantuanus*:

Affectus rectæ rationis habenis regendi.

Fortior eſt, qui ſe quàm qui fortiſſima vincit
Mœnia, *nec virtus altius ire poteſt.*

Et *Claudian.* (de 4. Honor.Conſ.verſ.261.)

—— *tunc omnia iure tenebis*
Cum poteris rex eſſe tui,

Imperare enim ſibi maximum eſt imperium (*Senec.* Epiſt.113.) Contra homines vindicatiui vitam fere agunt veneficarum, quæ, vt aliis ſunt exitiabiles, ita ipſi plerumque exitum infauſtum ſortiantur, vt ſapienter monet *Baconus de Verulamio* Cancellarius quondam Angliæ, & ſapientiſſimus magiſter (in Serm. fidel. de Vindicta) vti contigit etiam Vlefeldio, qui affectibus nimium quantum indulgens, mutatum nuper regni ſtatum nunquam approbauit, quem ne coram aſpiceret, rogata breui profectionis venia. Amſtelodamum ſe contulit. Quùm ibi quoq; nonæ Vlefeldij Machinationes palam eſsent factæ, tandem totius *Collegij Status* ſententia læſæ maieſtatis & proditionis patriæ condemnatus, ſupplicium de eius effigie ſumitur. Ipſe extorris in Heluetia deliteſcens an.1664. in nauicula, qua Baſilea in Rheno vehebatur, prope Neoburgum moritur. Hic fuit exitus tanti noſtro ſeculo Viri, qui ſuo infeliciſſimo exemplo nos docuit, quam graui lapſu res humanæ ad ſummum perductæ, propria noſtra culpa plerumque decidant. (*Vid.Anon.Script.*

Baconus de Verulamio.

Vlefeldii condemnatio. Sententia in crimine læſæ maieſtatis. Pœna in effigie. Eius mors.

cui

cui titulus: Machinationes (Cornificy Vlefeldy.) Adeò magni & potentes aulici

Aulicorum Rota fortunæ.

——— Tolluntur in altum
Vt lapſu grauiore ruant
Ie hæher Berg, ie tieffer thal:
Ie græſſer Mann ie ſchvverer fall.

Ita Plautianus Imperatoris Seueri Imperator à genero ſuo interfectus? obſtupeſcente Imperio tam repente *Nihil* qui erat *Omnia*. Hunc Plautianum, *Ioh. Mich. Moſcheroſch* qui ſeculi noſtri Satyras Germanico idiomate ſub ficto nomine Philandri von Sittvvalt conſcripſit (p.1. Viſion.7.) ita introducit loquentem: *Ich vvar in Wehrenden meinem Leben einer Rackette zu vergleichen, Welche nachdem ſie angezündet VVird, in einem augenblick in die lufft fahret, ſchœn vnd hell leuchtet, vnd als ich im hœchſten VVar, vnd mit einem füncklein als mit* 1000. *ſternlein prangete, Da ließ ich plœtzlich einen Krach, verſchvvande für den augẽ deren, die mir zuſahen, fiel auff den Boden vnd bin zu Staub vnd Aſchen VVorden.* De metamorphoſi Fridlandij ita ſcribit *Richterus* ad Gronouium: Fabulam Seiani aliorumque id genus, quos fortuna euexit, vt lapſu grauiore ruerent cum eo actam agnoſcimus [*Richter.* in Epiſt. pag.212.] Qualem exitum habuerit Buckingamius Angliæ Seianus, notum eſt ex Hiſtoriâ noſtri temporis: Seianus eo die, quo tribunitiam, id eſt, conſortium Imperatoris operiebatur, ſubitâ rotæ conuerſione cum filiâ obtruncatus. Vix vllus ad imperium admotus propius: vix alius tam repentino caſu excuſſus eſt. Proinde excelſo natus ſit ingenio oportet, qui fauorem eximium concoquat: Quemadmodum enim alimentorum copia ſtomachum onerat, calore naturali ſuffocato, ita nimia beneuolentia plurimis mortalium adimit mentem, vt ebrij aliquo modo vſum prudentiæ amittant: Hinc fortunæ beneficio ad vltimam lineam rerum perfruuntur: Cum viciſſim per omnia ſecula occurrant, qui à fortuna ouantes ad ſummum gloriæ gradum producebantur, in profunda miſeriarum ſemet præcipitarint, ad fauorem, tanquam rupem exitioſam colliſi [*Minister. Kichel.* l.3.c.14.] Et ita aulici per varios gradus adſcendunt ad ſumma honorum cacumina, aſt quando in ſummo felicitatis apice ſunt, vnicus tantum gradus ſufficit, vt redeant ad Nihil. (D.*Schuppius* de Præſtant. Nihili p.6. Vid. *Baronis Enenckely* Seianum.) Pace porrò in Dania ſtabilitâ, ſtatus hactenus turbidus, in tranquillum portum deductus. Veneror filium Dei, Deum Deo natum, vt illum ſtabilem & fixum in ſeris Friderici III. nepotibus iubeat perennare. Hic Sereniſſ. ac Potentiſſ. Rex FRIDERICVS [cuius regna firmat pietas] ex Sereniſſima Regina *Sophia Æmilia*, Ducilla Brunſvvigo Lynæburgica filios duos habet CHRISTIANVM, deſtinatum ſucceſ-

Philander von Sittvvalt.

Iudicium de caſu VVallenſteiny.

ſorem, qui ex itinere iam domum rediit, & cui non ita pridem ex Serenis. Domo Haſſo-Caſſellana Principiſſa Charlotta matrimonio eſt iuncta. Alterum germen Regium eſt filius GEORGIVS: Ex filiabus maior natu ANNA SOPHIA Principi Electori Saxoniæ *Ioh.Georg.III.* deſponſata Inter Miniſtros Regis hodie primarius eſt Annibal Seeſtede maximâ ciuilis prudentiæ laude clarus: Dn. *Petrus Retz* magnus Regni Daniæ Cancellarius, & *Ovve Bielche* regni Norvvegiæ Cancellarius. De prætenſione R. Daniæ in ciuitatem Hamburgenſem infra (*ad art.* 10.) dicetur. Tantum de regno Daniæ eiuſque ſtatu poſt Chriſtiani II. tempora, Veterum Danorum præcipua & quæ ad rem inprimis pertinent inuenire eſt apud *Saxonem Grammaticum* (cuius egregiam editionem dedit Stephanius) *Meurſium*, &, cuius accuratiſſima in his conquirendis & digerendis cura fuit, Iſaacium Pontanum. (*Dn. Eric. Maurit. de Princip. iur. publ. c. 2. num.14.*) Vernacula & patria lingua etiam extat *Huitfeldij Hiſtoria Danica.*

Autores rerum Danicarum.
Iſaacius Pontanus.

Status Sueciæ poſt Chriſtianum II Guſtavus I. Rex Suec.

VII. Vt nunc etiam ad reliqua regni Sueciæ nos conuertamus; communibus viribus & Danorum ac Suecorum ita eiecto Chriſtiano II. apud Suecos Trollorum familia regnare cæpit. Inter alios obſides, quos Chriſtianus II. ex Suecia abduxerat, fuit quoque *Guſtauus Ericſonius* ex nobili Tollorum familia, qui ingemiſcẽs patriæ ſuæ calamitatibus, ex Dania inter venandum habitu piſcatorio adſumpto Lübecã clam euaſit, & ab illis in Sueciam clam traductus Darlecarlios, montanam & aſperrimam gentem, ad arma contra Chriſtianum concitauit, atq; ita popularibus ſuis vexillum ad libertatem oſtendit. Quumque magna Sueciæ parte expuliſſet Danos, communi ordinum ſuffragio Rex creatus fuit Guſtauus, Princeps prudẽtiſſimus & fortiſſimus, qui prima Sueciæ potentiſſimæ fundamenta iecit, eiuſq; poſteri vſque ad Reginam Chriſtinam imperarunt tantæ potentiæ incremento, vt à Guſtauo Adolpho Germania in ordinem redacta, ipſa Italia ad Suecorum mentionem trepidare inceperit. Sapientiſſimus Rex Guſtauus, *videns ex legem Reges creandi libertatem paci publicæ noxiam eſſe*, ab ordinibus impetrauit, vt *Suecia ex electiuo regno fieret hereditarium.* Succeſſit ipſi filius. *Ericus II.* qui grauiſſimum per 8. annos cum Friderico II. R. Daniæ bellum geſſit. Hic Legatos in Angliam miſit ambiens nuptias *Eliſabethæ* Reginæ, quæ inſtantibus Legatis per Laconiſmum reſpondit: *Ite, miſſa eſt.* Hæc Eliſabetha, Angliæ Semiramis, regnandi adeò cupida, vt nuptias Principum repudiaret, quò ſola regnaret (*Paul. Piaſec.* in Chronic. noſtr. temp. p.32.) Adeo mel melli dulci dulcius, quod homines ineſcare poſſit, ſunt hæ regnandi illecebræ, & nemo eſt qui non dulciſſimam inde capiat voluptatem. Re itaque infectâ in Sueciam reuerſi, Rex vaga libidine exhauſtus, humili loco natam Catharinã, (quam alij lictoris alij gregarii

Regnum Sueciæ fit hereditarium in Guſtaui poſteris.
Ericus II. Rex tyrannus.

militis

militis filiã fuiſſe ſcribunt) vxorem duxit. Sexaginta Proceres regni poſtquã ſua manu confodiſſet, tandem propter tyrannidẽ regno ſpoliatus in carcere miſerè obiit. Poſt hunc regnauit filius *Ioannes III.* qui Liuoniam Ruſſorum tyrannidi ereptam regno ſuo adiecit, ac Suecicum Imperium latè per Finlandiam, Ruſſiam, Ingriam & Liuoniam protulit. Huius filius *Sigiſmundus* an. 1587. creatus fuit ſimul Poloniæ Rex. ſed hac conditione, vt Liuoniam regno Poloniæ in perpetuum vniret. Hic an. 1593. patre mortuo Sueciæ quoque regnum tanquam hereditatem paternam adiit. Sed quod eſſet Pontificius ac Ieſuitas cum Religione Romano-Catholica in Sueciam etiam introduceret, deniq; vim & arma abnuentibus inferret; opponere ſe illi patruus *Carolus, Sudermanniæ Dux*, cœpit, cuius flagrans apud Suecos gratia & autoritas erat. Ieſuitæ vnic intempeſtiuis ſuis concionibus pro religione Pontificia Regem Suecis ſuſpectum reddidere, adeoq; Sueci caueri ſibi voluerunt iureiurando de ſola Auguſtana Confeſſione in regno conſeruanda, excluſa Pontificia, quod niſi Rex faceret denegandam ipſi fore Coronam & adminiſtrationem regni. Annuit tandem Rex, & obligationem illam in templo primario Vpſalienſi flexis genibus ante altare iurauit, & dein adminiſtratione regni Carolo Patruo commiſſa, in Poloniam reuerſus eſt. Quum eo abſente multa immutarentur, Sigiſmundus præſentia ſua ſubueniendum ratus, cum milite in Sueciam rediit, vbi Carolum patruum reperit aduerſarium, infelicique pugna, dum immatura arma patriæ infert, cum eo cõmiſſa eò redactus eſt, vt coactus fuerint Sueciam deſerere an. 1598. Hinc regnum ei abrogatum, non tamen excluſo à ſpe ſucceſſionis regni Ladiſlao filio, ſi in regnum veniat, & in religione ac legibus Suecicis inſtitueretur. Tandem *Carolus* ann. 1600. menſ. Mart. in comitiis Vpſaliæ omnium acclamatione Rex Sueciæ fuit ſalutatus, eique iuſiurandum præſtitum. Hinc nata ſunt bella inter Suecos & Polonos. Carolus hic perpetua contra Ruſſos, Polonos, & Danos bella gerens, ſuam gentem armorum quotidiano exercitio ad bellum Germanicum quaſi præparauit. De huius filio Guſtauo Adolpho, Chriſtina, ac Carolo Guſtauo videbimus inferius in Diſc. peculiari. Ex hactenus dictis aliquatenus deprehendere eſt, ſenſiſſe Regnum Sueciæ mutationes quum Guſtauus I. poſt eiectum Chriſtianum II. rebus præfuit, quo tempore regnum quod electitium hactenus fuerat, conſenſu Statuum factum eſt hereditarium, ſed tum ſolùm, ſi maſculi ſupereſſent. Ætate Guſtaui Adolphi ſecutæ ſunt aliæ iuris publici mutationes, & delata regni ſucceſſio etiam ad fæminas, quod loquuntur Regni Receſſus, præſertim poſtremus qui prodiit an. 1660. die 3. Nouemb. In iis comitiis aliam compoſitam eſſe regiminis formam aſſerit *Dn. Maurit.* (*de Princ. Iur. publ. c. 2. nu. 18. 19.*) In reliquum de rebus Suecicis ſunt conſulendi 1. *Iohannis Loccenij*

Ioannes III. Rex intereſſe Sueciæ promouet.

Intereſſe Sueciæ armis creſcit.

Sigiſmundus Rex Sueciæ.

Ieſuitæ in cauſa ſunt quod Suecia & Polonia regnum ſit diuiſum.

Carolus IX. Rex Suec.

Origo belli Sueco-Polonici.

Mutationes regni Sueciæ.

Nouiſſimè etiam Fæminis in Suecia ſucceſſio collata.

Autores rerum Suecicarum. Hiſtoria Sueco-Gothica, Holmiæ ante aliquot annos typis deſcripta. 2. *Pauini* Hiſtoria Arctoa, *Ioannis Meſſenij* Sueco Pentatropolis, &c.

Status regni Sueciæ. Quod ſtatus regni Sueciæ attinet, in tres claſſes illi diuiduntur. 1. Clericorum. 2. Nobilium. 3. Ruſticorum. Confecto bello Germanico nobilitatis gradu quaſi vilipenſo plures Comitatum & Baronum titulis inſigniti ſunt, præſertim à Chriſtina Regina. Ruſtici nullibi maiorem quàm in Suecia habent libertatem, quùm de publicis regni negotiis per Oratores ſuos quoque ſuffragium ferant. *Hodierna Suecia è lateritia facta eſt marmorea.* Facies huius regni longè alia hodie eſt, ac olim: Caſulæ ex ligno concameratæ cum muratis palatiis commutatæ, ac Sueci ante hac incultioribus accenſiti hominibus, aulicos iam exhibent mores: Suecia illa ante ſat rudis & egena, viris, ædificiis & moribus hodie eſt expolita; theſauris & deliciis refertiſſima: Subtilitas ingeniorum in Suecia hodie Italiæ non cedit. *Oxenſtirna verſus de Suecis,* Magnus Suecici regni Cancellarius *Axelius Oxenſtirna* (*referente Luca de Linda in Deſcript. Orb. p. 975.*) verſus Virgilianos (*l. 9. Æn.*) de ſuis Suecis ſæpius allegauit magnis viris. Sunt autem tales;

Durum à ſtirpe genus gnatos ad flumina primùm
Deferimus ſæuoque gelu duramus & vndis,
Venatu inuigilant pueri ſyluaſquè fatigant:
Flectere ludus equos & ſpicula tendere cornu
At patiens operum paruòque aſſueta iuuentus,
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello,
Omne æuum ferro teritur, verſaque iuuencum
Terga fatigamus haſta, nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem;
Canitiem galea premimus ſemperque recentes
Conuectare iuuat prædas & viuere rapto.

Intereſſe Sueciæ primatum maximam partem in armis ſitum. Multi hodie credunt, quum populo animoſiſſimo referta ſit Suecia, illam vix vnquam æquo animo pacem ferre poſſe, præſertim cum regionis natura ita ſit comparata, vt tantæ multitudini alendæ vix ſufficiat. Quum etiam hodie coloniis plures regiones amplius non pateant, Sueci rationem ſtatus in eo maximam partem Hiſpano-Ieſuitiſatis ponere videntur, vt ſemper occaſiones bellorum quærant, ac turbidis Germaniæ rebus ſe vlterius immiſceant. In acerbo ſcripto quodam anonymus (Ieſuita fuerit nec ne alij videant) ſcribere non erubeſcit: A defeneſtratione Bohemica vſque ad hæc tempora religionis prætextum regioni quærendæ inſeruiiſſe; pallium religionis (*Die Religions Kappe*) *Pallium religionis.* Suecis in Pomerania, Marchia, Sileſia, Boruſſia, & alibi plurimùm profuiſſe: Præterito bello Sileſiorum de *Stalhanſio* Suecorum Generali communem querelam fuiſſe: *VVir gedachten Stehlhans ſolte den ſchlüſſel zur Kirchen bringen ſo hat er ihn zum Kühſtalle gebracht.* Ita autor ille paſſim

differit

diſſerit & cum eo alij, quibus Suecorum collapſa diſciplina militaris in præterito bello Germanico multa vulnera, quæ nondum obduruerunt, inflixit. Specillis ſtatus [*Staatsbrillen*] etiam in tractatu Pacis Suecos multum eſſe lucratos, paſſim declamitant, qui Suecis iniquiores ſunt, inter quos *Ioachimus Paſtorius* actorum publicorum collector. Ego in hiſce, quæ vltra horizontem meum ſunt, judicium meum libens ſuſpendo; quum de actis magnorum Deorum ſanctius & reverentius ſit credere, quàm ſcire. Id vnum tantùm addere lubet, admodum difficulter hodie diſcerni poſſe, quæ juſtæ vel iniquæ ſint bellorum cauſæ, quum imperantes veras cauſas occultare, prætextus verò pro veris cauſis allegare ſoleant. Nam apud vulgus verba plurimùm valent, bonáq; ac mala non ſua natura, ſed vocibus & interpretationibus callidiorum hominum æſtimantur. Iam verò quiſque ſibi voluntates populorum & opinionem ad decus & ſubſidium bellandi parare cupit. Hinc plerunq; ante & ſub initia bellorum ſpecioſiſſimi ſanctiſſimique tituli ſermonibus, rumoribus ac ſcriptis vulgantur, in quibus continentur meræ juſtificæ bellorum cauſæ, ſed quæ reſpectu vſurpantium meri prætextus. Nam cauſæ ipſæ ſuaſoriæ, quæ reuera impulerunt ad ejuſmodi conſilia ſtudioſè teguntur & diſſimulantur. *Ferdinandus Catholicus* omnes ſuas cupiditates velo religionis inuoluere ſolitus. (*Guicciardin. l.* 12. *Hiſt. add. Grot. l.* 2. *de I. B. & P. c.* 22. *n.* 1. *Dn. Bœcler. ad l.* 1. *Ann. Tac. c.* 10. *§.* 4.) Qui pro regula habent, vt omnia vtilitate metiantur, illi cum Tiridate barbarè putant: *De alienis certare regiam laudem eſſe.* (*Tacit l.* 5. *Ann. c.* 1. *§.* 6.) quum tamen in naturæ libro ſcriptum extet: *Non concupiſces domum proximi tui: Es ſtehet hierin zugleich auch dieſes: Du ſolt nicht begehren deines Nechſten Zepter, Kron, Thron, Kœnigreich, Land, vnd Leute*) *Reinking.* in Politic. Biblica. *l.* 2. *Axiom.* 144.) Ad Philippum Valerium Sulcimannus: *Haud*, inquit, *bellagero, vt diuitias & opes comparem, ſed ad gloriam, famam, immortalitatem, & prælationem imperij tendo: Etenim Regis ſanguine Regum orti, proprium eſt, rapere atque inuadere aliena non quidem auaritia ſed glorioſa cupidine dominandi*, cui cum obſtat vicinus, armis & vi eum tollere ſatis habeo. (*Iacob. Fontana de Bello Rhodio.*) A Chriſtianis etiam commiſſa interdum, quæ alio, quàm ambitionis, auaritiæ, commodique titulo cenſeri haud poſſunt, quicquid etiam purpuriſſi ac fuci tunc illeuerint, quibus abſtruſa & colorata, adeoq; fallens fraus, pro iuſtitia erat. Exempla, quia in promptu ſunt, odioſa. In maximis ſplendidiſſimiſque ingeniis extiterunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ validiſſimæ cupiditates, quibus maximè adducti plerique, vt eos juſtitiæ caperet obliuio. Intimè hi affectus mortalibus hærent, & flagrantiſſimi ſunt; vt etiam mentibus non malis aliquando inanimaduerſi obrepant; aut cum deprehenduntur, ſemper ferè generoſis honeſtiſque

Specilli nationis ſtatus.

Hodie difficillimum eſt veram belli cauſam indagare

Prætextus & color bellorum.

Color ſæpe iuri quæritur.

Quid iudicandum de Manifeſtis quæ vocant.

Barbara vox Sulimani quietum Rerumpubl. ſtatum turbans.

vocabulis vel excuſentur vel defendantur. Etiam in magna poteſtate conſtitutis frequens ſchema neceſſitatis ſuccurrit; ita ſcit: opus eſſe vt reipub. labens ſtatus conſeruetur. (*Vid. Diſſert. de Magnis Imperiis ſub præſid. Dn. Ramſpecky Heidelbergæ habita. p.97.101.*) Sed rurſus ad rem.

Suecorum potentia formidabilis.

Hodie multi vicini Suecorum ſibi à formidabili illorum potentia magis ſecretò, quàm palam metuunt, ſine dubio cogitantes *fluuium, multis auctum riuis tandem maiori cum impetu erumpere.* Sanè præſens ſeculum Suecis dedit, quod maioribus eorum nulla ætas contulit; vt non immeritò hodie inter majora ſeculi nomina extet, inque titulem famæ publicæ formulam iuerit *Suecia*. *Klockius* de ærario, diuitiis, & viribus Regis Sueciæ ita ſcribit (*l.1. de Ærar. c.9*) *In Schvveden gibts viel Stein vnd doch Kein Steinern Heuſer: es gibt viel Holz vnd doch Kein vvarme ſtuben, viel VVaſſer vnd VVenig Fiſche. In Schvveden gibts Keine Kirſchen, als auf I.L. Torſtenſohns Gut.* An rectè ita iudicauerit vir ille experientiſſimus, id ego in medio relinquo. De Prætenſione Suecorum in

Miniſtri Coronæ Suecicæ.

ciuitatem Bremenſem videbimus infra (*ad art.10. Inſtr. Pac.*) Præcipui miniſtri ſtatus Regni ac Prouinciarum Sueciæ hodie ſunt Dominus Comes VVrangelius Dominus Comes Tot. Dominus Georgius *Flemming*, Dominus Matthias *Biœrenklou*, Dominus *Coyet*. Hæc Corona in Germania & alibi etiam certos *Reſidentes* habet, qui intereſſe Regni probè attendunt, qualis hodie eſt ſucceſſor Domini *Snolsky Dn. Ha[illegible]* omnium ciuilium rerum peritiſſimus Magiſter, in Sueuicum & Rhenanum Circulum oculos circumcirca dirigens. Hamburgi itidem Dn. *M[illegible]ü[illegible]terum* habent, qui in locis vicinis coronæ Sueciæ com-

Reges Daniæ ac Sueciæ certo reſpectu ſunt Imperij Status.

moda probe attendit. Coronidis loco in hoc diſcurſu notandum Reges Daniæ ac Sueciæ certo reſpectu hodie eſſe Imperij Germanici Status. Rex Daniæ ratione Holſatiæ Regalis (*Kœniglich Holſtein*) non verò ratione Sleſvvici, (vt putat *Dn. Textor.* in *nouiſſ. Tract. de Rat. Stat. Imper. Germ* p.90.) Vid. *Dn. Conring.* de Finib. Imp. vbi etiam docet *an Dania olim ad Imperium pertinuerit:* Rex autem Sueciæ, quomodo Status imperij ſit. Vid. infra art.10. Inſtr. Pac.

DIS-

DISCVRSVS VIII.

DE

IMPERATORE ROMANO-Germanico in Genere.

Ad Proem: verb. Imperatorem.

I. IMPERII Germanici corpus multis magiſtratibus geri eoſque nomine Capitis ac membrorum efferri, (Vulgò *Haubt vnd Glieder*) inter omnes conſtat. Vnde Dn. *Stamlerus* (*de Reſervat. Imper. p.180.*) pulchrè loquitur: *Imperium noſtrum hodiernum ratione Vniuerſitatis repræſentare myſticam perſonam & corpus intellectuale.* Inter illos magiſtratus vnus eſt ſummus, quem Imperatorium, Cæſareum aut Regium appellare moris eſt. German. *Kayſer.* Reliqui autem magiſtratus dicuntur Status Imperij: *Die Stende des Reichs.* De Imperatore nunc agemus, de Statibus autem infrà ad art.3. *Imperium conſtat Capite & Membris.*

II. Imperator Germanicus ad præſens ſeculum ita poteſt definiri: *quod ſit ſupremus Princeps, qui ſecundùm Conſtitutionem Carolinam legitimè electus Reip. Romano-Germanicæ cum reliquis Imperij membris præeſt.* *Definitio Imperatoris.*

III. Imperatorum prima origo debetur Romanis. Quando enim bellum illis indictum exercitui præponebant Ducem, virtutibus militaribus maximè conſpicuum. Hic quum aliquot hoſtium millia occidiſſet, milites plenis buccis ei acclamarunt: *Salue Imperator.* (*Vid. Speidel. Notabil. voc.* Kayſer.) Quando autem Senatus approbauit illam militum acclamationem, tum ex iſto Duce fiebat Imperator. Et hoc quidem ita obſeruatum in liberâ Romanorum Repub. poſtea *Caius Iulius Cæſar* quum fundamenta regni Romæ jaceret (*Auguſtus enim Imperij ædificium abſoluit, poſtquam Iulius primum lapidem poſuiſſet*) ac nomen Regis Populo exoſum eſſe videret, præſertim quum probè *Imperatorum origo.* *Sophiſma Politicum.*

noſſet Tarquinio Superbo ejecto Romæ eſſe ſancitum: *Ne quis in poſterum Rex diceretur* (*Liv. l.1. Hiſt.*) rejecto Regio titulo vim regiam nomine Imperatoris exercere maluit, perinde ac ſi exercitui adhuc præeſſet, & imperando ſalutem populi quæreret. Simile ſtratagema Politicum ante paucos annos in Anglia adhibuit *Olivier Cromuvel*, qui ob eandem rationem noluit dici Rex ſed *Protector*, hocque nomine plus quàm Regiam poteſtatem in populum Anglicanum exercuit.

Cromuvel.

Imperatorius titulus factus hereditarius.

IV. Quum itaque Caius Iulius nomen Imperatoris ſibi primùm adoptaſſet, inde eſt, quòd ſucceſſores eius, iure quaſi hereditario, adhuc hodie etiam in Germania Imperatores audiant. Vnde & hodierno curiæ ſtylo Imperator ſalutatur: *Das allerhœchſtbefehlende Haubt des H. Rœm. Reichs*; vtpote quum ſummitas, cacumen & faſtigium Imperij in Capite reſideat. Hodierni enim Imperatores Germanici tanta & adeò abſoluta poteſtate non gaudent, vt priſci illi Romani; vt in *Diſc. de Majeſtate Imperatoris* audiemus. Germanos ſemper exhorrere ad nimiam Imperatorum ſuorum potentiam notant Itali inter quos *Guicciardinus*. Hodiernus itaque Imperator non poterit dicere: *Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* Neque ſimiliter illæ excuſatoriæ regulæ in Imperio noſtro locum inueniunt: *Ferenda eſſe Regum ingenia, neque vſui crebras mutationes* (*Tacit.*) 2. *Bonos Principes voto expeti qualeſcunque tolerari*; (*Tacit. l.4 Hiſt. c.8.*) tanquam ſterilitatem & nimios imbres & cætera naturæ mala (*Tac. l.4. Hiſt. c.74.*) Et quòd alius licèt non æquè latinè: *Bene loqui de qualicunque Superiore, facere ſuum officium taliter, qualiter, & ſinere ire res quomodo vadunt.* (*Dn. Forſtner. Epiſt. p 122.*) Hæc enim Monarchica carmina ibi cantari debent, vbi mori præſtat, quàm precariò Imperatorem eſſe.

Poteſtas tamen non manſit hereditaria.

Germani abſolutæ poteſtatis Siren cane & angue peius odio habent.

Excuſatoria regulæ male imperantium.

Lex Regia Romanorũ.

V. Prima itaque Imperatorum conſtitutio debetur Romanis, qui lege Regia (illam nunquam extitiſſe vult *Dn. Schock in Diſsert. de Figmento Legis Regiæ.* Cæterùm minus rectè) abſolutum regimen in Imperatores ſuos priuatiuè, vt loquuntur, tranſtulit. (*Vid. Dn. Conring. de Summa poteſt. ſubj. l. 1. D. de Conſt. Princ.* Romani tenuerunt hoc Imperatorium ἀξίωμα. Sede autem Imperatoria Conſtantinopolim tranſlata, atque ſic abſente & longius remoto Domino, Barbaris Occidentis Imperium prædæ habentibus; quùm Romani à Græcis Imperatorib. deſererentur, illi præeunte Papa, tanquam primario ciue Romano, Imperatoriam dignitatem, cum Imperij Romani veteris reliquiis, (dominio ſcilicet, in vrbem Romam, ſedem Pontificiam ac Patrimonium Eccleſiæ Romanæ) in *Carolum M.* Francorum ac Longobardo Itaq

Imperatoria dignitas ad inſtar Serpentis.

do Italorum Regem contulerunt; id quod poſtea Græci Imperatores, cum Carolo tranſigentes, confirmarunt. Hoc modo dignitas illa *Imperatoria* ad Franco-Germanos, in Carolo peruenit. Carolina familia extincta, aut ab Imperio dejecta tandem *Ottonis M.* victricibus armis poteſtas Imperatorem conſtituendi a Romanis, æterno pacto, ad Germanos peruenit, atque hodie num hoc ius Germani ſartum tectumque poſſident; quæ Imperatoria dignitas hodie per *Leges Regias Germanorum* (longè à Lege Regia Romanorum diſcrepantes) Imperatoribus per Electores, nomine Imperij, confertur (*Vid. inſignem Tract. Carpzovij de Leg. Reg. Germ.*) *Poteſtas conſtituendi Imperatores à Romanis deuenit ad Germanos iure ceſſionis*

VI. Tametſi verò Imperatorio iſto titulo, nunc ad Germaniam devoluto, paucæ reliquiæ nomine Imperij Romani veteris comprehendantur, nihilominus tamen eo ipſo titulo maxima in terris dignitas Regibus Germaniæ acceſſit. Hoc modo enim Imperator noſter antecedit omnes Reges Mundi. Et Imperatorem Romanum præcedere Turcam, ipſe etiam *Bethlem Gaborus* (Ferdinando II. Imp. aliàs infenſiſſimus) agnouit. Vid. *Mercure François. Tom. XII. fol.* 124. Hinc ICti veteres, *Bartoliſinos* imitantes, Imperatorem vocant, corporalem Mundi Deum, eminentem ſuper omnes, tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis. Omnes autem vniuerſi orbi Principes Chriſtiani primas Imperatori cedunt lubentes (*Vid. Dn. D. Cruſii inſignem Tract. de Præcedentia, nouiſſimè Bremæ editum*) *Guntherus* in Ligurino l. 1. ita canit. *Præcedentia Imperatoris* *Bartoliſmus*

Suſcipe cunctorum Regnator maxime Regum,
Suſcipe Lux Mundi, cui nullum parue prinſvè.
Sperat in orbe caput: ———
——— *Te Solis ab ortu*
Solis ad occaſum, ſubmiſſo vertice, cuncti
Suſpiciunt, Dominumque ſimul Regemque fatentur:

Ipſi infideles & Imperij hoſtes barbari, hanc Cæſari noſtro prærogatiuam tribuunt. Turcarum Imp. ita Chriſtiani orbis caput ſalutat: *Deß den Potentaten Jeſu Vornembſter, vnd zwiſchen dem Geſchlecht Jeſu erwehlter Vornembſter Herr aller Chriſtlichen Vælcker, ein Verſorger und Adminiſtrator der Gerechtigkeit, vnſer Nachbar und guter Freund.* (*Speidel. in Notabilib. verb.* Kaiſer.) Hinc *David Ungnadius* Cæſareus Legatus quum Conſtantinopoli Sultano valedicturus eſſet, & Legatus Perſicus eadem de cauſa ad *Diuanum*, in loco audientiæ ſe contuliſſet; ille ſeriùs adueniens, & Perſam iam primum locum occupaſſe conſpicatus, inſalutato Sultano diſceſſurus erat, niſi Mechmetes Baſſa Vezirames, ea re animaduerſa, Perſam, licèt Mahumetanum loco inferiore ſedere iuſſiſſet. (*Beſold. de Præceden. c. 2. n. 2. Dn. Limnæ. l. 2. de i. p. c. 7. n. 27. & ſeqq.* *David Vngnadius.*

VII. Quin etiam ipſi Turcarum Imperatori noſtrum Imperatorem eſſe præferendum, non eſt ambigendum: licet enim ille in locum Conſtantinopolitanorum ſucceſſerit, tamen Romanus cum antiquitate, tum autoritate, præcellit. (*Dn. Baro à Spruzerſtein. in Facie Imperij Rom. mod. p.1. n.4.*) Ita quidem de iure; ſed de facto Turcicus Imp. repugnat, nec primas partes noſtro Cæſari concedere vult. Hodie quando Legati noſtri Imperatoris, & Ottomannici Cæſaris, in finibus Hungariæ ſibi inuicem obuiam veniunt, ſolent porrectis dextris ſe inuicem in orbem circumagere, ne tumultus ob priorem locum obueniant, & ita mutua ſalute dicta, quilibet itineri ſuo inſiſtit? idquod etiam *Dn. Comitem Leſlæum*, an. 1666. die Lunæ in Feſto Pentecoſtes Vienna abeuntem, (Magnificam illius diſceſſus pompam ipſemet tum inſpexi) prope Comorram feciſſe mihi relatum eſt. Huc pertinet judicium *Alphonſi* Arragoniæ & Neapoleos Regis, qui Fridericum III. Imp. cum aliquando Neapolim veniſſet, nullo non honoris cultu proſecutus eſt; & cum ab aulicis eo nomine reprehenderetur, Alphonſus illos ita coarguit: *Veſtrum non eſt de Regibus iudicare, Nos Reges omnes debemus reuerentiam Imperatori, tanquam ſummo Regi, ille eſt caput & Dux Regum.* (*Panormitan. in Apophț. Alfonſi.*)

Singulare circa præcedentiam noſtri & Ottomannici Cæſaris.

Alphonſi iudicium de Cæſaris præeminentia

VIII. In tota Europa nemo de prærogatiua Imperatoris ſerram contentionis reciprocat præter Gallos; quod demum ſuperiori ſeculo, orta ingenti potentiæ æmulatione inter Carolum V. Imper. & Franciſcum I. Galliæ Regem, cæpit. Quomodo Franciſcus I. coronam ſimilem Imperiali confici iuſſerit ſupra dictum. *Bodinus* (qui patriæ ſuæ per mendacia inſeruire, honeſtum arbitratur) in lib. 1. de Repub. c. 9. ſcribit: Turcam Francorum Reges cæteris omnibus anteferre. Cæterum haud vnquam Francorum Regum Legati auſi fuerunt præcedentiæ ius Imperatoriis adimere Nunciis? Sed eos tantum pro Regis Hungariæ Legatis agnoſcentes, illis vlla ex parte cedere noluerũt. Non enim aliter in Porta Ottomannica Imperatoriis Legatis controuerſia mota fuit, quam quod eos ſolummodò vt Legatos Regis Hungariæ aduenisse putabatur. (*Vid. Leunclau. in Supplem. Ann. Turc. ad an.* 1581.) Nimirum Galliæ Rex ægrè fert Imperatoriam dignitatem tam longá ſerie in Domo Auſtriaca reſidere. (Videantur Thuani Hiſtoriæ paſſim) Quid Henricus IV. Rex Galliæ agitarit ſuperioribus annis in perniciem Domus Auſtriacæ de eo vid ſupra (*Diſc* 1. vbi actum de Hiſpanorum & Contra-Hiſpanorum factione & *Dn. Pellerum in Politico Scelerato denuo impugnato. p* 331. *& multis ſeqq.* vbi admiranda videbis) Nimirum dudum Galli in eo deſudant, quomodo Imperiale axioma cum Liliis ſuis conjungere & ita prærogatiuam, Auſtriacis Imperatoribus nunc competentem, ſibi acquirere poſſint. Vnde *Autor. Prodromi Cromvvellii detecti* (p. 8.)

Bodinus notatur cenſoria virgula

Reges Galliæ Imperatorũ æmuli.

Gallorum arcana moliziones.

(*p.*8.) ait: *Vndique vigilare Galliam, vt ſuffragia huc vſque libera modis varijs ſufflaminent, ac Bullam auream, per ventum aureum, bullam faciant.* Sanè *Cardinalis Richelius*, dum adhuc erat ſuperſtes, ex inteſtinis Germaniæ cladibus augurium ſumendo, Regem ſuum publica comædia (par vn Ballet) in Germanos animauit, *repræſentando in theatro quendam Imperij Romani globum, igne artificiali repletum & comburentem, à quo tandem conſumptus in quatuor partes fruſtillatim concidit:* (*vt refertur in Theat. Eur.*) pari modo (dicens) nunc inſtare diem, quo Imperium Romano Germ. inteſtinis ſimultatibus attritum & fractum, vrgentibus fatis, quatuor Imperij hoſtibus diuiſum eat. Aſt Deus prouidebit! (*Dn. D. Müllerus. in Diſput. de Statibus Imperij pag.* 8. referente *Dn. VVagner. lib.*6. *Inſtit. Hiſtor. p.*390.) Sanè ſuperiori ſeculo *Franciſcus* I. R. Gall. vt Carolo V. Aquilas præriperet, iam aliquos ex Electoribus in ſuas pertraxerat partes eiuſque rei adeò fuit auidus, vt, (teſte *Guicciardino*) ſaltem alternationem, illamque ſententiam: *Imperium vt prænobilem ac pulchram puellam, à pluribus poſſe ſucceſſiue amari:* Carolo V. perſuadere niteretur.

Cardin. Richelij arcana intentio.

Ciuiles bellorum flammas exteri cum ruina reip. extinguunt.

Wie iſt doch des Rœmiſchen Reichs Apfel ſo ſüſs.

Adeò inexplebilis maioris potentiæ cupido, ſuâ ſorte haud contenta, moderationiſque neſcia, ſemper plus vltra tendit. (*Machiauell.* l. 4. Hiſt. Florent.) Franciſci enim animus, æmulatione incenſus ac inuidiæ plenus, ſuperari ſe à meliore haut paſſus, ſuaſque ſpes ipſe anteire parauit. Cæterùm meminerimus hic, quod ambitioſorum tricæ ſoleant eſſe temerariæ & quod ignominiam in picturâ gloriæ reperiant. Venatores vt Pantheram capiant, aconiti manipulum, quo fera mire delectatur, ex alto ſuſpendunt, vt aſſultu aſſequi nequeat. Sed illa ex adſpectu tanto inflammatur deſiderio potiundi, vt ſubſultibus continuis tandem exſpiret. Eodem certè modo fortuna de ambitioſo eiuſque vanitate triumphat. Quamquam verò qui ab eo vſque tempore ſucceſſerunt Galliarum Reges, Imperij habenas non videntur tanto ardore quæſiiſſe, tamen ab illius partibus, datâ occaſione non abſtinuerunt, imò affectus ſuos ad vlteriores Germaniæ progreſſus ipſis factis non potuerunt celare. Philippopolin ad Rhenum quum pleno iure retinere non liceret, in ea tantum Galli ſibi reſeruarunt ius præſidij. Quid ita? Nempe vt tranſitum in Germaniam liberum ac perpetuum haberent, ſupra Briſacum, infra Philippopolin tenentes. Potuit etiam ſubfuiſſe ratio, vt decem Alſatiæ vrbes, quarum querelæ præſentibus Comitiis ſatis ſunt declaratæ, tanto firmius in ordinem redigerent. [*Vid. pl. Dn. Textor. de ration. Stat. Imperij moderni p.* 82. 83. 84.]

Ambitioſi vani & inuidi.

Gallorũ arcana contra Germaniam.

Philippopoli Gallus habet ius ſeruitutis in Germania præſidio publicè conſtitutum.

IX. Vt porrò Gallorum affectum erga Imperium perſequamur, in

Potentiores vaſalli ſæpe fidelitatem negligunt feudalem.

conſeſſo & quod Romano Imperio iuſta diu non perſoluerint, ſeque in multis ſubduxerint. Patet illud vel vnico exemplo *Regni Arelatenſis*, cuius ratione eos Imperio fidelitatem debere *Arniſæus* (*de Iur. Maieſt. l. 1. c. 5.*) ſcribit. *Goldaſt* (*in Præfat. Conſtit. Imper.*] ita hac de re: Kayſer Maximilianus *Auſſchreiben vvieder den Franzoſen, vveiſen auſs das der Kœnig in Franckreich. vvegen des Kœnigreichs Arlen, ein Lehnman des Reichs ſey, vnd ſol* Carolus Delphinus, *als ein Fürſt des Reichs, auf dem Reichſtag gen M zan.* 1356. *beruffen, ſeinen ſiz vnd Ort neben andern Fürſten des Reichs vertretten, vnd Kayſer* Carolo IV. *Gegenvvart aller Chur-vnd Fürſten des Reichs, vnd Bæpſtlichen Legaten, den Leben-Eyd offentlich geleiſtet, vnd die* Regalia *der Herzogthumben Delphinat, Prouinzen &c. von ihrer* Mai. *als ordentlichen Lehenhern empfangen haben.* Principes Delphinatus item ſemper fideles Imperij vaſallos fuiſſe, & eâ lege Principatum ſuum ad Reges Galliæ tranſtuliſſe, vt eum tanquam vaſalli ab Imperio recognoſcerent: & filium Regis natu maximum, Delphini cognomento appellarent, deducit *Dn. Limna.* ad Capitul. Cæſar. fol. 122. An Carolus IV. regnum Arelatenſe (ſub quo & Delphinatus) pro vno ſolenni prandio abſolutè ab Imperio alienarit (vt vulgo ex *Theod. de Niem* [*l. 1. Tr. 6. c. 33.*] tradunt) id non immeritò in dubium vocat Dn *Conring.* [*de finib. Imper. pag.* 592. 593. 577. 602.] qui in ea opinione eſt, quòd per titulum Archi-Ep. & Elect. Treuirenſis, qui dicitur Archicancellarius per Galliam ſiue Regnum Arelatenſe, Imperio ius adhuc ſeruetur integrum. Iacobus *Spiegel.* (*in Schol. Alponſin ad Æn. Sylu. lib.* 1.] & alij tradunt: Regnum Arelatenſe, exceptâ Sabaudia & Burgundia, iamdudum Imperij eſſe deſiiſſe. Hermannus tamen Kirchnerus (*in Legato l. 1. c. 21. n. 8.*) ait: *Viâ facti lilium Francicum bicipitis volucris ſubiectioni ſe ſubduxiſſe, iuris tamen vinculo perpetuò obligatum manere.* Videmus vel ex hoc vnico, quàm bene Galli ſanctam feudorum fidem ſeruent. Quum in Tractatu Pacis Monaſterienſi Gallis loco ſatisfactionis *Alſatia* cederetur quæſitum an illa, Imperij hactenus prouincia, abſolutè, an verò feudi titulo ipſis ſit concedenda? Galli enim cum Imperij Principis honore oneribuſque maluiſſe præ ſe ferebant, vt aliquoties ex Comitis Seruientij dictis in Theat Europæo T. 6. patet: Treuir & Saxo, quibus plerique adſtipulati, idem maluerunt, quorum rationes affert, iiſque reſpondet *Dn. Forſtner.* (*in Epiſt. p. 46. & ſeqq.*) qui tandem ita concludit: *Satius eſſe ex antiqua repudij formulâ, Gallo renunciare; conditione tuâ non vtor: Tuam tibi habeto Alſatiam: Hoc pluribus expedit Auſtriacis, Proteſtantibus & etiam Catholicis.* Hæc ille & nos cum illo

Delphinatus feudum Imperij

Intereſt Imperij vt iura in regnum Arelatenſe & Delphinatum rurſus vindicentur.

Alſatia Gallis ceſſa, an cum Imperij intereſſet

Arcanum circa conceſſionem Alſatiæ

illo. Arcanum Auſtriacorum circa ceſſionem Alſatiæ Vid. Forſtner. Ep. p. 55. Galli porrò quum videant Regem ſuum ad Imperialem dignitatem peruenire non facilè poſſe, Imperatorium titulum quaſi ludibrio, & tantùm non pro Chimærâ, habent. Hinc paſſim aiunt: *Imperium non eſſe niſi ſimplicem titulum, & dignitatem ſine reditu: Imperatorem non habere tantùm terræ, quæ ad Imperium pertineat, quantum ſpatij pollex occupare poſſit.* Cæterùm hæc capita elleboro digna ad Anticyras nauigare iubeo, vtpote quum planè ignorent, quid titulo Imperatorio Regibus Germaniæ acceſſerit. Idem olim putabat *Granuella nus*, Caroli V. conſiliarius, dum ad Philippum Haſſiæ Landgravium dicit: *Cæſarem ex Imperatorio titulo nihil emolumenti habere*: Cui tamen bene ac prudenter reſpondet Landgravius apud *Sleidan.* (*l.* 17. *Comm.* p. 500.) Miror etiam *Schneidevvinum* Ictum (*in comm. ad Inſt.* ſub rubric. de ſucceſſ. fiſci. n. 5.) ſcribere non erubeſcere; Imperatori ex publicis reditibus tantùm non prouenire, quantùm ſuffecerit ad alendas Poſtas. Vt enim nihil nunc dicam de inſigni dignitatis præeminentia, quæ multis auri myriadibus potior, hoc titulo Regibus Germaniæ accedit, notum eſt omnes Imperij ſtatus (vt de Principibus Italiæ jam nihil dicam) etiam Auſtriacos Imperatores, quatenus ſunt Archiduces, omnes hereditarias Prouincias ab Imperio recognoſcere, Imperatoremque Regum illorum Regem, pro domino directo recognoſcere, qui tempore neceſſitatis armis & pecuniâ adſiſtunt. Illud verò non officit, quod Germani extinctâ Caroli M. familiâ, & poſtquam Regalia in Principum ac Statuum Patrimonium tranſierunt, Imperatori ex publico patrimonio tantum non ſuperſit, vt ſumptibus, qui ad Imperialem ſplendorem conſeruandum requiruntur, non ſit bene proſpectum. Sufficit enim ſi is, qui è Proceribus Germaniæ eligitur, tot feuda ab Imperio poſſideat, quorum reditus Imperialem Magnificentiam ſuſtentare queunt. Hinc quum Auſtriaci tantis opibus Imperialibus polleant, vt tertiam ferè Germaniæ partem poſſideant, inde eſt quod Archiducalem pileum tot ſeculis Imperialis carbunculus illuſtrarit. Eſſet verò maximè è re Reip. noſtræ, vt ea quæ per vim & fraudes ab Imperio avulſa ſunt (inter quæ eſt dominium Vrbis Romæ, & Patrimonium D. Petri, quod Imperatorius titulus inuoluit, Regnum item Arelatenſe & alia) rurſus Imperio adjecta in publicum Imperij patrimonium cederent, & tum multum, plus, plurimum adeſſet, vnde Imperialis aula per ſe ſuſtentari poſſet. Illud verò ridiculum eſt quod *Schneidevvinus* de poſtis affert. Notum enim eſt Poſtarum Imperij directionem, tanquam feudum ab

Gallorum contumelia in Imperium.

Quid emolumenti Imperator habeat ex Imperatorio titulo?

Intereſſe Imperatorum in collatione tituli Cæſarei.

Schneidevvini error.

Intereſſe Imperij quod tamen negligitur.

Imperatoribus Comitibus de Taſſis eſſe collatam, tantumquè fru-ctuum ex ea prouenire, vt curſus publici ſe ipſos facilè alere poſſint. ſed vt tandem cum Gallis, in Imperatores noſtros valde iniquis, de bellem; ego concludere non hæſito: *Maximum Imperij intereſſe in eo verſari: Ne Rex Galliæ in Imperatorem Romano-Germanicum eligatur.* Non primum intererit Catholicorum Principum: Certiſſimum enim eſt, nullos ambitioni limites, neque ſacros neque profanos obſtare, omnia perrumpit, disjicit, calcat? nec quiſque alienum ſeruitium dominationem ſibi occupauit; quin religionis & libertatis ſpecioſa vocabula vſurparet: In Galliis rex facit Epiſcopos, & de Eccle-ſiarum bonis prope eadem, qua de ſuis, libertate diſponit; forſan & Galliæ Rex Imperator factus Germanorum Epiſcoporum longas togas reſecare poſſet. (*Vid. pl. Dn. Forſtner. Epiſt. p. 54. Comitiol. Ratisbon. p. 1. pag. 28. & ſeqq.*] Quum Dux Sabaudiæ Henrico IV. auxilium offerret ad Imperium Romanum acquirendum, vt hac ratio-ne Marchionatum Saluciæ à Rege rurſus impetraret, Rex reſpondit: *Se Imperij non eſſe cupidum: vtpote quum Cæſareus titulus non plus im-portet, quàm* Dignitas *Ducis Veneti.* (*Mathieu de vita Henrici IV. lib.* 3. *p.* 510. Idem ad ducem Sabaudiæ dixit: *Si Imperium in ſuam manum eſſet deuenturum, ſe aut Auguſtum, aut ad minimum Caro-lum* M. *in eo repræſentare debere,* (*Mathieu l. c.*) Olim in Gallia cum Rege regnarunt tres ordines. Iuſtitia, Nobiles & Populus quam Poli-tiam Hottomannus frenum appellat, quo Reges coërceantur. Sed quan-tùm preſens ſtatus mutatus ab illo! (*Vid. ſupr. Diſc. de Regn. Gall.*) Si Franciæ rex ad Imperium euehatur, an eundem capitulationis articu-lis intra cancellos & legitimos tramites coërcebimus? Minimè. Galli enim ambitionis ingenio impulſi, occaſione incitati, proſperitate ſu-periorum temporum elati, omnibus augendæ potentiæ adminiculis inſtructi, modeſtiæ nunquam litabunt. Accedit eò quod Galli, quam-uis perperam, adhuc prætendant in Germaniam, quaſi illa iure heredi-tario ſibi ab antiquo debita poſtliminio debeat reddi. Quod autem Proteſtantium ſecuritati pernicioſiſſimum hoc ipſum futurum ſit, ſi Rex Franciæ ad Imperatoriam dignitatem euehatur, vel vnicæ *Matu-tina Pariſienſes* an. 1572 peractæ ſatis documento eſſe poterunt. Tan-tum de Gallis Imperatorum æmulis.

Intereſt Imperij ne Rex Galliæ in Imperatorem eligatur. *Ambitio* *Monarchia Galliæ non conuenit cũ libertate Germaniæ.* *Henrici IV. Imperatorum iudicium de Imperatore.* *Sortex ſuo ſe indicio prodit.* *Libertas Galliæ dudũ periit.* *Prætenſio Gallorum in Imperialem coronam.*

X. Imperatori porrò, tanquam Capiti, à Membris Imperij debe-tur ſumma reuerentia, quum danda ſint Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. Vnde mihi *Lapidea & intractabilia Hippoliti conſilia* non probantur, dum Cæſarem ad incitas redigendum, Domumque Auſtriacam, è quo hodie Imperatores eliguntur, funditus exſtirpandam ſuadet. Perni-cioſus ſanè quietis Germanicæ conſiliarius, qui blandè inficit aut

Imperator ſemper venerabilis. *Hippolitus à Lapide.*

inter-

interfecit multorum animos. Nemo inficias ibit quod, diſſidiis Ligiſtarum & Vnitorum in Imperio ortis, multa quidem ſæpenumero ſint attentata aut peracta quæ cum Capiti tum Membris plurimum nocuerunt. Hodie tamen poſt Pacem Weſtphalicam, mitigatis plurimorum animis tam Proteſtantium, quàm Catholicorum, meliora ſperamus omnes: Vtinam modo Hiſpano-Ieſuitæ ea non agitarent, quæ *Ieſuitæ.* plus quàm ciuilia ſunt, & Ignatianis ſuis flammis omnia corrumpere tandem intermitterent.

XI. Vltimo loco hic notandum Imperatores dici etiam *Cæſares*; *Imperatoris Synonymum Cæſar.* ſcil. à Cajo Iul. Cæſare, è Cæſarum familia oriundo. Is adoptauit in Imperij conſortium Octauianum Auguſtum, qui tanquam filius adoptivus nomen Cæſaris adſumpſit; atque inde factum, vt omnes ſucceſſores vſque ad noſtra tempora dicti ſint Cæſares.

DISCVRSVS IX.

DE

CONSTITVTIONE SEV Electione Imperatoris.

I. IMPERIVM noſtrum Romano-Germanicum hodie eſſe electitium nemo, niſi *Hippolitus à Lapide* eiuſque ſpiritu afflati, negat. Quomodo autem poſt Carolingorum tempora illum habitum induerit, id paulò altius nobis erit repetendum.

Definitio Electionis Imperatoriæ.

II. Quæritur *quid ſit Electio*? Eſt actus legitimus, quo perſonæ idoneæ adminiſtratio Imperij Romano-Germanici iuxta præſcriptum Aureæ Bullæ per Electorale collegium, aut partem illius majorem confertur; Credo quod hæc definitio Aureæ Bullæ textui ſit planè conformis.

Hiſtoria electionis Imperatorum.

III. Imperatorum conſtitutio quomodo ſeſe habuerit à temporibus Caroli M. vſque ad noſtra tempora, iam videbimus. Ex quo Imperatoria dignitas ad Francos in Carolo M. deuenit, Imperium Francicum Romanum (vt loquitur *Onuphrius Panuinius*, c.5. de Comit.) hereditarium in ſui primordio fuit; ita vt ſucceſſorum, qui viuo Imperatore quodammodo Imperij Domini erant, coronatio nil niſi ſolemnis inauguratio eſſet. Nam **Carolus** *M*. filium *Ludouicum* Imperij heredem deſtinauit. (*Chron. Carion. l.3. Paul. Æmil. l.3.* de reb. geſt. Franc. *Sigon.* l.4. de Regn. Ital. *Otto Friſing.* l.5. c.33.) Ludouicus *Lotharium* filium Regem Italiæ fecit ac in conſortium Imperij adſumpſit. [*v. Peücer. Æmil. Spangenb.* c.97. Chron. *Mansfeld.*] nec de requiſito prius nouo Pontificis & Populi Romani conſenſu aliquid ſcriptum extat. Lotharius *Ludouico II.* filio Italiam Auguſtique titulum attribuit (*P. Æmilius, Sigonius, Peucerus.*) Ludouicus ſine liberis maſculis decedens ſucceſſoré reliquit

Imperium Franco-Romanum hereditarium.

Carolum

Carolum Caluum, ex Iuditha Ludouici Pij ſecunda vxore filium. (*Paul. Æmil. Sigon. Peucer.*) quem excipit filius *Ludouicus Balbus* (*Paul. Æmil. & Sigon.*) cui dein ſucceſſit *Carolus Craſſus* Ludouici Germaniæ Regis filius (*Sigon.*) Hi omnes ex ſola hæreditate nullo electionis iure ſibi inuicem ſucceſſerunt, ac Auguſti vel Imperatoris nomen non die ſuæ coronationis à Romano Pontifice aſſumpſere, ſed eo potiſſimum die, quo filij à Patre appellabantur Imperatores, & reliqui qui ex latere proximi erant, hereditatem adiere. Satis hoc ex illorum priuilegiis & diplomatibus liquet, in quibus tam antè quàm poſt Romani Pontif. coronationem, (quod filios ſupradictos attinet) ſe ipſos Imperatores Cæſares Auguſtos appellant. Ludouico II. mortuo (quum *Carolus Caluus malis artibus à Pontifice Rom. Ioanne VIII.* excluſo fratre Ludouico Germanico herede proximiore, *dignitatem Cæſaream ſibi fuiſſet mercatus*] obtinuit ferè, vt nemo poſterorum titulum quidem Imperatorium ſibi ſumpſerit priuſquam à Romano Pontifice eſſet coronatus. Et ſi verò titulo Imperatorio abſtinuerint Germaniæ Reges, contenti tantum Reges vel electi Imperatores audire, ſemper tamen firmiter illis perſuaſum etiam ante tituli Cæſarei plenam conſecutionem iura Cæſarea in vrbem Romam, Papam, & reliquias Imperij veteris ſibi competere; licet Romani Pontifices conati fuerint docere homines, ne regia quidem iura ipſis ante conſenſum ſuum impetratum conuenire (*Dn. Conring. ad Lampad. p.3.c.2.§.3.*]

Ex renunciatione paterna, non coronatione Pontificis dicti imperatores.

Nonnulli Reges Germaniæ titulo Imperatorio abſtinent.

IV. *Carolo Craſſ.* (in quo n. 3. præced. ſubſtitimus] Proceres Germani regnum abrogarunt, & *Arnulphum* Carolomanni filium ſuffecerunt. [*Spangenbergius, Cruſius* in annal. Sueu. p. 2. l. 3. c. 2. *Huld. Mut. l.* 12. *Münſter. Sigebert. Gemblac. Regino, Lambert. Schafnab.* Marian: *Scotus. Otto Friſin.* l. 6. c. 9.) Solus *Cario* ait à Carolo conſtitutum Arnulphum. *Welchen alle Stände zum Könige aufgeworfen* ait *Spangenberg.* (Chron. Mansf. c. 122.) *Dieſser* in Millen. ii. 5. Non autem ſtatim factus videtur Imperator *Arnulfus*, ſed *Caroli* Craſſi *curator* teſte Æmilio. *Autor compilationis cronologicæ* (in Tom. 1. vet. Script. Germ. Ioan. Piſtor.) vocat eum *Vice Imperatorem.* Arnulpho ſucceſſit filius *Ludouicus* (*Cario*) qui tamen electus dicitur à *Spangenberg* (in Chron. Mansfeld. c. 113.) Forſan Cario reſpicit ad Imperium Rom. quod hereditarium: Spangenb. autem ad Franc. regnum. Hic Ludouicus putatur vltimus è ſtirpe Carolina Imperator.

Arnolfus Imp.

V. Ita ſe res habuit quoad Imperium Romanum: Quod verò ad ipſum Francorum regnum, à Romano Imperio diſtinctum, attinet (ſi non ſucceſſionis nudum factum vacui regni capeſſendi, ſed ius & modum ad regnum perueniendi reſpicimus) neque merè hereditarium neque electitium dixeris. Habuit enim Regum Francorum ſucceſſio aliquid

De conſtitutione Regum Francorum.

Regnum Francorum magis electitium, quàm hereditarium. hereditarij, vis tamen ipſa creationis in populi electione fuit. Ab antiquiſſimis ſcil. temporibus mos fuit omnium Germaniæ populorum Reges ſuos ex nobilitate ſumere (vt *Tacitus* loquitur) id eſt, habitâ ratione generis, atque adeò ex ſanguine Regum ſibi Reges creare quamdiu quidem pateretur Prouinciarum & idonei regendæ Reip. ex regio ſtemmate ſupereſſent. Id verò inprimis de Francis probari facilè poteſt. De *Pharamundo* Rege *Trithemius* in compendio Annalium ex Hannibaldo ſcribit: *Poſt obitum Ducis Genebaldi conueniſſe in vnum Proceres & Maiores natu Francorum, conſiliumque habuiſſe inter ſe maturum, vtile iudicantes, vt more veterum ſibi Regem conſtituerent ex Ducibus, qui bonus viſus fuerit in oculis omnium.* Idem de *Sigeberto* habet *Gregor. Turonenſ.* (l. 4. c. 51.) De *Gundebaldo* idem (l. 7. c. 10.) De *Carolo* & *Carolomanno*, *Eginhardus*: *Francis facto ſolenniter generali conuentu, ambos ſibi Reges conſtituunt.* Carolomanno defuncto idem *Eginh.* narrat: Carolum conſenſu omnium Francorum Regem conſtitutum. (Vid. etiam *Hincmar.* Epiſt. 1. ac Ludou. Balb.) Idem *Eginhard.* & *Theganus* (in vita Ludouici) de Ludouico: *Ludouicus congregatis ſolenniter de toto regno Francorum primoribus cunctorum conſilio conſors regni & Imperialis nominis heres conſtitutus.* Fuit ergo hæc electio ita comparata, vt filij, regno digni, prærogatiuam haberent. (Vid. *Hotom.* Franco Gall. cap. 6.) Quale ſucceſſionis genus [nam & qui per electionem ad regnum atque imperium adſcendit mortuo anteceſſori ſuccedere dicitur] etiamnum in Romano Germanico Imperio, regnoque Germaniæ obtinet, & in Polonia hactenus ferè obſeruatum eſt. Conf. *Montzambano.* de Stat. Imp. Germ. c. 4. n. 1.

Electionis Imperatoriæ initium. VI. Deiectâ dein Regio ſolio Francorum ſtirpe Carolinâ, ex quo Francorum Imperatoria dignitas Germaniæ regno, ſeu, vt tum vocabatur, regno Francorum Orientali acceſſit, eadem ratio obtinuit conſtituendorum eligendorumque Imperatorum, qui Regum. Liberrima autem electione Germaniæ Procerum, regnum Germaniæ fuit delatum *Ottoni* Saxoniæ Duci, qui tamen ſenium cauſatus oblatam dignitatem recuſauit. *Chronicon Scabinorum Magdeburgenſium* ita de hiſce temporibus narrat: *Das die vier Churfürſten (nach dem Tod Kayſer Ludevvigs) Mantz, Trier, Cœln und der Pfaltzgraue zuſammen* kommen &c. *und die Sachſiſchen Herrn auch zu rathe genommen, und dieſelbe gebetten ihnen Hulffe zuthun, damit das Reich bey den Francken bleiben mœchte. Darauf die Sachſen geantvvortet, das ſie ihnen hierin gern rathſam und behülflich ſein vvollen, allein dieſes beduenckte ſie gar eine vnbillige Sache ſein, das ſie (die Francken die kühre und vvahl alleine haben, und ſie [die Sachſen] allerding davon außgeſchloſſen ſein ſolten, brachtē dadurch zu vvegē mit allerley reden, das aus den Sachſen zvveen Fürſten, mit in die Kühre genommē vvürden,*

den, vvelches darnach vber ezliche zeit auf das Haus Sachſen vnd Brandenburg erblich gevvidmet vvorden. Aber hievon (ait *Spangenberg* in Chronic. Mansfeld. c. 116.) *vvird gleichvvol von andern* Hiſtoricis *nicht gemeldet.* Spangenberg ita pergit : *Als nun Kaiſer Ludvvig geſtorben vvar, fiel groſſer zvvieſpalt für vnter den Fürſten des Teutſchen Reichs der Kaiſerlichen vvahl halben: Dan die Francken vnd Sachſen vvolten Herzog Otten von Braunſchvveig zum Kayſer haben, aber er vvolt ſolche angebottene Ehre nicht annehmen, entſchuldigte ſich mit ſeinem hohen alter,* &c. *Er hat aber mit des Erzbiſchoffs zu Mainz vnd der Frankiſchen Herren Rath vnd Vervvilligung die vvahl auff Herzog Conrad zu Francken vnd Heſſen gegeben.* Hæc Spangenberg.

Conradus Cæſar electus neceſſitate.

Ottonis itaque conſilio electus fuit Rex Germaniæ *Conradus* Franconiæ Dux, quem nonnulli adhuc Caroli poſteris accenſent. Huius itidem conſilio electus fuit Rex Germaniæ Ottonis Saxonis filius *Henricus Auceps*, qui ſolâ contentâ Germaniâ, (quam Hungari tum valde infeſtabant) à Pontifice quamuis inuitatus, Imperatorium titulum noluit recipere. *Pencerus* ait quod Cõrado an. 919. mortuo frater eius Eberhardus Imperium vltima voluntate Conradi Henrico Aucupi collatum ad Henricum detulerit, Locus, vbi in aucupio ipſi Eberhardus hoc lætum nuncium attulit adhuc hodie in Ducatu Brunſvicenſi dicitur *Der Henrichs winckel. Spangenb.* (in Chron. Mansfeld.) ita hac de re : *VVievvol Herzog Heinrich ohn der andern Fürſten vnd Reichs Stande Erklahrung nicht annehmen noch bevvilligen vvollen; ſo beſchrieben ſich an. 920. des Reichs Furſten aus Francken, Thüringen, Sachſen, Schvvaben, Beyern vnd andern Landen zuſammen gen Frizlar, vnd koren da einmütiglich zū Rœmiſchen Kayſer Fürſt Henrichen.* Idem tradit *Cranz.* (l. 3. Saxon. c. 1,) qui addit, quod tum nondum fuerit legitima Principum Electorum conſtitutio. *Cranz.* c. 4. idem narrans addit: *Quamquam diſpoſitio de regno non tam erat in arbitrio eligentiũ, quã in ordinatione decedentis.* Pergit. *Cranz. Nam abinde Carolo M. pater filio reliquit Imperiũ, niſi quod aliquoties propter ignauiam ſuccedentis ſe interpoſuerint Principes ordinationi.* (Vide n. 4. de Carolo Craſſo) *Tum verò etſi Conradus deceſſor de Henrico, uti diximus, ſucceſſuro ordinaſſet, ex abundanti tamen hunc fecere conuentum, vt omnium voluntate regnaret.* Hæc ille. Ex quo patet iam inde ab extincta Caroli M. familia ſucceſſionem Imperij fuiſſe hereditariam, ita tamẽ vt ſi fortè deficerent deſcendentes, vel alia graui de cauſa, electio ad deſignandum ſucceſſorem in ſuppetias venerit. Henricum I. non ex electione Principum Electorum, qui ſunt hodie, ſed à cunctis Principibus & natu maioribus Francorum, Alemannorum, Bauarorum, & Saxonũ fuiſſe electum ait *Lupold. de Bebenburg* (de Iurib. regn. c. 2.) Idem de Ottone I. filio Henrici Aucupis tradit *Cranz.* [l. 3. Saxon. c. 13.] *Otto Rex fi..ũ*

Henricus I. Imp.

Iudicium Cranzij de Conſtitutione Imperatorum.

Imperium Germanicũ partim hereditarium partim mixtum.

Regem poſtea creant. Spangenberg (in Chron. Mansf.) addit: *Mit der Stande des Reichs Wiſſen, ja und vol. vvort.* Notandum hic quod *Otto M.* Subactâ Italia, Romam & [illegible] Eccleſiæ ita cum Germania conjunxit, vt citra nouam electionem Romanorum, Imperator eſſet, quem Proceres Germaniæ in Regem ſuum elegiſſent, coronatione Pontificis non niſi ſolennis ritus vim habente, Vid. pl. *Monzambano* c. 4. de Stat. Imperij German. Mortuo Ottone II. ex more celebrato, Germani Proceres, qui tum Romæ frequentes aderant de ſucceſſoris electione agere cœperunt. & in *Ottonem III.* conſenſerunt (*Cranz* l. 4. Saxon. c. 21. *Chron. Car.*) atque adeò hereditaria ſucceſſio obtinuiſſe videtur in tribus Ottonibus. *Cranzius* (l. 4 Sax. c. 27.) *Henricum II.* Ducem Bauariæ primùm ab Electoribus in vim nouæ conſtitutionis electum putat: non tamen Cranzius erit intelligendus de Septemviris Electoribus, quod nunquam ipſi in mentem venerat. Henrico II. ſubſtitutus fuit à Principibus Electoribus *Conradus II.* (*Cranz* l. 4. Sax. c. 6.) Ab omnibus electus eſt in Imperium (*Gotefrid. Viterbienſ.*) ſed non vnanimiter ait Huld. *Mutius* (*lib.* 14) Ao. 1028. Conradus Imp. filium ſuum *Henricum* Principibus regni, cum tota multitudine Populi id probantibus, à Peligrino Archi-Epiſcopo Colonienſi in regalem apicem apud Aquiſgrani Palatium ſublimari fecerat (Vid. *Wippo* in vita Conradi II.) Conradus Imp. *Henricum* filium puerum octennem Romanorum Regē ac Cæſarem dixit autoritate Hildebrandi Cardinalis (*Cranz.* l. 4. Sax. c. 45.) Hereditaria itaque ſucceſſio etiam poſt Conradum II. obtinuit ſaltem in Henrico III. & IV. vt de Henrico V. iam nihil dicamus. Contra hunc Henricum IV. Papa mandaſſe dicitur Moguntino & Colonienſi vt *Rudolphum Sueuum* eligerent (*Cranz.* l. 5. Sax. c. 7. *Otto Friſing.* de Reb. geſt. Frider. l. 2. c. 7.) Deinde Saxones & Sueui, quos Alemannos vocant, colloquium habuere in Orientali Francia, initoque conſilio *Hermannum Lotharingiæ* Ducem Regem Romanorū declarauere. (*Cranz.* l. 5. Saxon. c. 10.) Hoc Henrico imperante Proceres Germaniæ, rebellantes frigidâ ſuffundente Pontifice, in Imperatorem inſurrexere, eumque regno deiicientes, conſtitutionem quam Pontifex corroborauit, *Forchemii* edidere an. 1077. *Vt regia poteſtas nulli per hereditatem, ſicut ante fuit conſuetudo, cederet, ſed filius Regis etſi valde dignus eſſet, per electionem ſpontaneam, quam per ſucceſſionis lineam Rex proueniret: Si verò non eſſet dignus filius, vel ſi nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in poteſtate populus*, vt loquitur *Autor Belli Saxonici* iſtis temporibus coæuus [Vide *Goldaſt.* T. 1. Conſt. Imper. fol. 238. Vid. *Paul Bernriedenſ.* in vita Gregor. VII.] Hoc modo laxior quædam eligendi ratio introducta, ac à priſco in Germania more cœpit recedi: idq; ex conſilio & hortatu Romanorum *Pontificum quorum intererat, vt robur Imperij licentia eligendi frangeretur.*

Otto Magnus Pater Germanici Imperij Romani.

Henricus II.

Conradus II.

Papa Imperium turbare incipit.

Liberrima Imperatorū electio quando cœperit.

Arcanum Papæ in Imperij perniciem.

Magna

Intereſſe Papæ ſemper cum Imperij damno coniunctum.

Magna inſtantia ſe immiſcuerunt Romani Pontifices ad dandum Imperium, vt ſuam perinde amplificarent dignitatem. (*Alb. Cran.* l. 5. Sax. c. 1.) Sublata hoc modo hereditaria ſucceſſione, electio à toto populo (nēpe Principibus, Epiſcopis, Nobilibus & ciuitatibus) peracta. (Vid *Lehman.* l. 5. Chron. Spir. c. 7.) vt ita ab omnibus comprobaretur quod omnes concerneret [*Ecco de Repkau.* in Specul. Saxon. l. 3. art. 57. §. vlt. *Albert. Stadenſ.* in Chronic. ad an. 1240. *VVippo* in vit. Conradi II.) An. 1103. victis iam ab Henrico Saxonibus & compoſitis Germaniæ ac Italiæ rebus nihilominus ab Henrico IV. Imperator electus eſt *Henricus V.* filius; qui tamen denuo à Germaniæ Principibus Rex electus, atque ab Apoſtolicis Legatis approbatus fuit (*Pantaleon* de Vir. Illuſtr. German. part. 2.] Poſt Henricum V. an. 1124. ſine filiis mortuum, *Lotharius II.* Saxoniæ Dux ab Electorib. Cæſar creatus eſt, (*Cario*) cum Albertus Moguntinus in Regem à cunctis, qui aderant, Principibus eligi perſuaſit *Otto Friſing* l. 1. de reb. geſt. Frider. c. 16.) An. 1138. Lothario Saxoni in regno ſucceſſit *Conradus Sueuus*, ab Henrico V. Princeps Francorum factus. (*Cario*) electus & hic à Principibus regni, & quidem ab omnibus qui aderant. (*Friſing* l. 1. de reb. geſt. Frider. c. 22.] Conradus filium *Henricum* puerum, Francofurtum Principes conuocans, per electionem illorum Regem conſtituit [*Friſing.* l. 1. de reb. geſt. Frid. c. 43. & 72.) An. 1152. Francofurti *Fridericus* Sueuorum Dux, cunctorum fauore in regem ſublimatus (*Friſing.* l. 2. de reb. geſt. Frid. c. 1. & 2.) An. 1190. Henricus morte Patris Friderici miſit nuncios ſuos ad Clementem Papam & ad Cardinales & Senatores Vrbis petentes Romanorum Imperium (*Roger.* in Annal. Anglor.] Eum inter Imperatorum deſignauerat an. 1181. vt ſcribit *Mutius.* Sed Principum conſenſu addit Henricus *Pantaleon.* [Proſopogr. part. 2. p. 183.) Poſt Henrici mortem curam Imperij Dux Sueuiæ Philippus Henrici Germanus frater ſuſcepit nomine pueli Friderici, tanquam tutor. Quò autem maiori autoritate polleret, quidam Principum Moguntiæ *Philippum* elegerunt & coronarunt in Regem, quod malè habuit Pontificem & alios multos Epiſcopos. Propterea Archi-Ep. Colonienſis & alij quidam Eccleſiaſticorum & laicorum Principum *Ottonem* Saxonem in Regem Romanorum eligunt Aquiſgrani, accedente calculo Papæ. [*Mutius.* l. 19. *Bzouius.* annal. Eccl. ad an. 1198. n. 13.) Imò factum vt aduerſus Philippum ab Electoribus Cæſar eligeretur *Berchtoldus* Dux Zaringiæ [*Pantaleon* Proſopogr. p. 2. pa. 205.] Electionem autem factam non à Septimuiris ſed aliorum Principum parte, deprehendimus ex Mutio. Pax tandem inter Philippum & Ottonem interceſſit, vt hic mortuo Philippo regnaret (*Mutius.*) Poſt mortem Philippi conueniunt Francofordiæ Principes Electores, & electus eſt ad Imperium *Otho.* (*Mavius.*] Sed mox Sigfridus Moguntinenſis

Lotharius II.

Fridericus I.

Tutela Imperatoris.

Diſſidium inter Philippum & Ottonem IV.

Archi-Epiſcopus, Bohemiæ Rex, Epiſcopus Treuirenſis, item Hermannus Comes Thuringiæ, Dux Auſtriæ & alij quidam, conuenerunt, communique ſententiâ *Fridericum* appellant Imperatorem loco abrogati Ottonis. (*Mutius.*) Pontifex etiam à Germanis petiit, vt ab Ottone, anathemate percuſſo, & ab Imperio depoſito, recedeant, & Friderico II. obtemperent, qui olim puer ab iis electus ſit, & cui præſtiterint iuramentum à quo nondum abſoluti ſint. (*Mutius.*] Fridericus II. in Comitiis Herbipolenſibus à Principibus Electoribus impetrauit, vt in Germanorum Regem elegerint *Henricum* filium ſuum, ſed hic ante patrem mortuus. (*Mutius.*) Huius loco *Conradus* filius Friderici II. electus in Regem Germanorum à Principibus, hoc petente patre Imperatore. Iterum hic electus Ratisbonæ, præſente Patre, in frequentiſſima Principũ congregatione. Tertiò mox Nemeti electum eſſe, traditum eſt memoriæ; (*Mutius*) vt adeò in Friderico I. Philippo & Friderico II. adhuc electione circa reſpectum ſit ad ſanguinem Imperatorium.

Fridericus II Imp.

VIII. Seculo demum XIII. ſub Friderico vaga eligendi licentia inualuit, Pontifice Romano, (qui illud: *Diuide & impera*, ſemper pro horribili arcano adverſus Germaniam habuit) Germaniæ Proceres mirum quãtum in diuerſum diſtrahente. Inſtinctu Papæ tum alius Imperator electus Francofordiæ *Henricus Landgrauius* Thuringiæ an. 1246. Conradus itaq. patris repulſum indigniſſimè ferens, collecto per Sueuiã exercitu, Francofordiam ducit (*Mutius.*) Poſt Henrici mortem Francofordiæ Principes elegerũt *Wilhelmũ Hollandiæ Comitem.* (*Mutius.*) Cæſo Wilhelmo an. 1256. Pontifex hortatur Germaniæ Electores, vt alium eligant. Francoforti ergo quidam *Alphonſum* Regem Caſtiliæ, quidam *Richardum* Anglum Cornubiæ Comitem maluerunt. Ex illa diſſenſione à Papa omnium malorum ſcaturigine orta infinita incommoda emanarunt, & interregnum per ſedecim annos durauit. Tandẽ Pontifex (Imperij ille iniquus Dictator,) præcepit Electoribus ſub pœna excommunicationis, vt eligerent Imperatorem, idq; citò. Quare ambobus, Alphõſo & Richardo, repudiatis, conuenerunt in tertio, elegeruntq. *Rudolphum* Comitem de Habipurg (*Mutius.*) Poſt mortem Rudolphi, conuenerũt Principes Electores Francofordiæ, & elegerunt *Adolphum* Comitem de Naſſau (*Mutius.*) Mox Moguntiæ communi ſententiâ omnium ferè ab Imperio depoſitus eſt Adolphus, & in locum electus, hoſtis eius *Albertus* Dux Auſtriæ (*Mutius.*) Poſt occiſum Albertum Imperij Electores Francofordiæ elegerunt concorditer *Henricum VII.* (*Mutius.*) Poſt huius mortem Imperij Electores conuenerunt Francofordiæ, alij elegerunt *Ludouicum Bauarum*, alij *Fridericum Auſtriacum.* Autoritate Papæ mox electus alius Imperator *Carolus Rex Bohemiæ*, (*Mutius*) contra quem quidem Electores Imperium obtulerunt *Edoardo* Angliæ Regi; quo recuſante *Fridericus Marchio Miſniæ* electus

Anti-Cæſares creantur. Me Chriſte quomodo ficititius & falſus vicarius tuus Germanicam affligit. Arcanu Papæ.

Interregna Imperio Romano-Germanico nocent. Pap. Imperium maxima incrementa tempore Friderici III. capit. Aduerte orbis terrarũ quantopere Papa Imperium ludificet.

Carolus tamen mutauit hujus animum (*Mutius.*) Anno igitur 1350. conueniunt denuo, *Güntherum* Comitem Svvarzburgenſem elegerunt; ſed is grauatim conſenſit, nec aliter, niſi Francofordiæ primùm decernatur à Principibus: quòd Imperium vacet, & prius Carolus per Principum ſententiam deponatur. Congregati itaque ſunt Francofurdiæ Principes Electores quatuor, & multi præterea Principes alij, qui concordi ſententia iudicauerunt; electionem Caroli eſſe ſeditionem contra Rempub. Legibus & armis puniendam: *Decretumquè eſt, quatuor Principes Electores, qui tum Francofordiæ erant, habere ius & plenam poteſtatem eligendi Imperatorem Romanum.* Ludovicus igitur Brandeburgenſis Marchio, Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Henricus Dux Saxoniæ, Henricus Archi-Epiſcopus Moguntinenſis, eligunt in Imperatorem Güntherum Comitem de Schvvarzburg (*Mutius.*) Ante Güntheri mortem inter ipſum & Carolum Imperatorem pax eſt compoſita; (*Mutius.*) atque ita Carolus deinceps Imperium abſque æmulo retinuit. An. 1370. procurante parte, electus eſt *VVenceſlaus* Imp. Francofordiæ (*Mutius.*)

Diſſidium in electione Impp.

Turbatiò Imperij tempore Caroli IV & Güntheri Schvvarzburgici.

IX. Ex hac enarratione conſtat Catholicorum Regum temporibus Imperium Romanum hereditario iure tranſmiſſum occupatumuè eſſe. Nam fabula de quatuor Electoribus à Carolo M. inſtitutis (quam *Reuſnerus* in VII. Illuſtr. quæſt. Hiſt. enucleat, & *Cruſius* in annal. Sueu. refert (atteſtante, *Spangenberg.* (in Chronic. Mansfel. *l.* 5. c. 7. (vno tantum teſtimonio, *der Magdeburgiſchen Schoppen Chronic*, nixa, rebus ipſis abundè refellitur. *Paulus Æmilius* (lib. 3. de reb. geſt. Franc.) & *Sigonius* (l. 4. de Regn. Ital.) ſcribunt: *Id à Carolo M. inſtitutum, poſteros Reges tenuiſſe, vt viuentes filios alios ſibi ſocios Imperij cooptarent, alios regnorum heredes relinquerent.* Et hoc factum eſſe ad Carolum Calvum vſque *Sigonius* (l. cit.) teſtatur. Aſt Carolo Craſſo imperium abrogarunt Proceres, & ex eadem ſtirpe ſuffecerunt Arnolphum, non tanquam electionis recepto iure; ſed ſicut etiam in hereditariis regnis vſu venit, vt Principes & populus, vno Rege deſerto, alij adhærent. Iam ab eo tempore ſpecies electionis tenuit; ſed vt omnes Imperij ſtatus eo iure vterentur. Etiam antiquitus aliquam, ſed inter liberos tantum regios, electionem Populo fuiſſe conceſſam ex teſtamento Caroli M. palam fit.

Electores non ſunt à Carolo M. inſtituti.

Non niſi Germanus in Imperatorem poteſt eligi.

X. Notari hic meretur *ab Ottone III* quod filiis careret, Gregorij V. Pontificis autoritate accedente, eſſe *conſtitutum, vt deinceps ab Electoribus Germanus aliquis Rex crearetur.* Hanc conſtitutionem factam an. 1002. ſcribit *Hieron. Balbus*, Epiſcopus Gurcenſis (in libell. de Coronat. p. 35.) qui tamen cum plerisque aliis credit illa conſtitutione Septem Electores eſſe conſtitutos. Sed hanc opinionem firmis rationibus

confutat *Baronius*[ad an.1096. nu.54.] ſimpliciter tum inſtitutam electionem aſſerens, cum hac lege, vt Germanus vtique eligeretur numero Electorum neutiquam finito. id quod ante cum iam tum obſeruarunt *Auentinus* & *Onuphrius*. Germanum eſſe in Imperatorem eligendum itidem in Aur. Bulla (tit.2.) non quidem explicitè, ſed implicitè conſtitutum. Rationes ſunt hæ 1. Ne ſplendor Imperij, per Ottonem M. firmiter in Germaniam traductus, ad exteros transferatur 2. Quod originarij melius Patriæ affectu, quàm exteri ducantur. *Galliæ Rex* ex eo ſolùm ab Imperatoria dignitate excluditur, quod ſit exterus. Adeòque *Dn. Forſtnerus* indicat prudenter eſſe factum, quod Rex Galliæ ratione conceſſæ *Alſatia* (per Inſtr. Pac.) non ſit inter Principes Imperij receptus: Quippe ſi eſſet Princeps Imperii, non iam peregrinatis odio prægrauatus, Imperij rebus veluti ſuo iure miſcebitur; nec iam intra Principis conditionem & æqualitatem conſiſtere volet. Regis enim nomen & opes maius aliquid requirunt, & Cæſareæ dignitatis faſtigium nemini magis, quàm ſibi conuenire arbitrabitur, ad quod arte, vi, armis enitetur. *Ita Forſtnerus*. Neceſſe autem eſt, vt eligendus in Imperatorem non ſit origine vltima Germanus, aliàs etiam Galli, Itali, Angli, Germani dicendi forent, ſed qui ipſe in Germania & ex Germano ſanguine quàm proximè creatus ſit. *Dn.Strauch.* Diſſ.Exot.4. num.5.

Intereſt Imperij ne Rex Galliæ eligatur.

XI. Ex hactenus adductis patet in longum tempus duraſſe, quod certus Electorum numerus non ſit conſtitutus. Mentio quidem Electorum eſt in Henrici I. rebus, ſed tum conuocata eſt omnis Saxonum & Francorum nobilitas cuius tum in Imperio autoritas fuit maxima. Nec aptior cauſa reddi poteſt, cur Francofurdiæ ad comitia creandi Imperatoris conuentus inſtitui ſoleant, quàm quòd ex aduerſo ſit *Saxenbuſa*. Electioni Friderici II. adhuc interfuit Hermannus Comes Thuringiæ, & inter alios Dux etiam Auſtriæ. In ſecutis demum temporibus, factum videtur, vt ad pauciores ius electionis deueniret. Ergo & in veteribus eius æui cantilenis iam ſeptem Electorum fit mentio: *Sieben Fürſten ſind das vvert, Das ein Ræmiſch. Künick iſt zu vvelen benant.* Imò in electione diſcordi poſt mortem Henrici VII. octo enumerantur; Septem illi Solennes, & præterea Ludolphus [an Rudolphus ?] Dux Bauariæ. Et ſtatim in prima electione Caroli IV. præter tres Archiepiſcopos, multi alij Eccleſiaſtici Prælati interuenere. Quod demum *Carolina lege aurea* prohibitum videtur. [Vid. *Kirchner* Diſp.4. de Repub. th.2.) Ex quibus apparet, Collegium illud Electorum Septemuirale, non ita multo eſſe Bulla aurea vetuſtius Vid. plenius *Gratianum Philoecum* de Vicariatu Palatini c. 6. & in tot. *Goldaſt.* in replic. pro Imp. c.38. *Lehman.* Chron. Spir.l.5.c.17. *Thuan.*l. 2. Hiſt.)

Quare Francofurti Imperatoris Electio inſtituatur?

XII.

XII. Quum itaque per A. B. tandem effrenis & exlex eligendi licentia ſic eſſet refrenata (quæ ſeculo XIII. & XIV. miris modis Imperium conturbarat) tandem ſeculo XV. neceſſitas adegit Electores Principes à Friderici III. temporibus ex vna familia Auſtriaca Imperatores Romano-Germanicos Regeſquè Germaniæ creare; quòd nimirum in Germania nulla familia ſupereſſet par ferendis ſumptibus, quos Maieſtas Imperatoria ac Regia requirit, omnibus fiſci bonis iam in priuatam Principum poſſeſſionem redactis. Et hoc modò iterum tantum non hereditariæ ſucceſſionis forma aliqua neceſſitatibus Reip. expreſſa eſt. (*Dn. Conring.* ad Lampad. p. 3. cap. 2. 5. 3.) Hic verò eligendi modus ad tranquillandum Imperium videtur omnium optimus. (Vid. nouiſs. *Dn. Textor.* de Rat. Stat. Imp. Germ. c. 11.) arcanumque Collegij Electoralis non paucis apparet, vnanimiter & conſtanter in Sereniſs. Domo Auſtriaca continuare Electionem. Quum Ferdinandus IV. an. 1653. Auguſtæ Vindelicorum omnium Electorum votis eſſet in Romanorum Regem Electus, pater Ferdinandus III. Imp. (in quo rei militaris ſcientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agendæ Reip. atq; omnium prærogatiua virtutum conſtituta erant) hoc ipſum reſciſcens, præ gaudio lachrimas tenere non potuit. Quamquam autem negari nequeat, non adeò bene proſpici liberæ electionis legi, in theſi conſideratæ, vbi ex vna eademque familia electiones continuantur ſerie non interrupta, rectè tamen obſeruarunt prudentiores; ſicut veteris Germaniæ moribus commoda valde fuerit, illa ex ſucceſſione hereditaria & libera electione miſta conſtituendorum Regum ratio, ſic optimè hodie contigiſſe Germaniæ, quod ducentis iam amplius annis placuerit Electoribus ex parte illam cognaticam ſucceſſionem veterem rurſus obſeruare, quod niſi factum fuiſſet, ne vmbram quidem Imperij Germanici iam ſuperfore. Ne autem ad meram ſucceſſionem negotium tandem deueniat, ſolitum eſt iuramento in Capitulationibus præcaueri, ne electus taliter ius aliquod hereditarium ſibi in Imperio arroget (*Vid. Dn. D. Dieterich.* in not. ad tit. 1. A. B. Vid. *Das Polit ſch: Bedencken ob das Rœmiſche Reich noch bey freyer vvahl ſtehe, oder ob es bey dem Hauſe Oeſterreich erblich verbleibe*) in coronatione etiam quando Moguntinus Imperatorem inthronizat, ſic eum affatur: *Sta & tene locum regium, non hereditarium, ſed libera Principum electione tibi delegatum.* (*Sprenger.* in Iuriſprud. publ. Rubric. de Coronatione.) Vide inſuper *Dn. Strauch.* (Diſſ. Exoter. 4. n. 24.) Hippol. à Lapide p. 341. & ſeqq. putat ob continuam Auſtriacorum ſucceſſionem hodie non amplius in Imperio ſupereſſe veram electionem ſed falſo. Sequeretur enim, ſi eligendo Auſtriacos electio vera eſſe deſineret, quod aliquid dum tale ſit, tale eſſe deſinat, quod eſt contradictorium. Dn. *Strauch. D. 4. n. 24.* De forma &

Electio Imperatoris tandem iterum ad certam familiam deuenit.

Intereſt Imperij ut electio in certa familia inſtituatur.

modo electionis ac coronationis conſule Auream Bullam, & *Paſtorij Labores Electorales*. Circa hanc materiam quoque lectu jucundiſſimum eſt *Collegium Electorale*, quod an. 1658. in Electione Inuictiſſimi Leopoldi Imp. prodiit, cuius Autor à nonnullis creditur eſſe Dominus Frischmannus.

An Electus Imperator, & à Papa nõ confirmatus Imperium adminiſtrare poſſit?

XIII. Quæritur hic *an Electi noſtri Imp. poteſtatem adminiſtrandi Imperii habeant, licet non ſint coronati? Aff*: Primus Clemens V. Papa (c. Paſtoralis de Sent. & re jud.) & poſt illum Iohannes XXII. (in Extrauag. Ne ſede vacan.) decreuerunt, vt Imperator electus non habeat poteſtatem adminiſtrandi Imperij, priuſquam fuerit à Romano Pontifice confirmatus. Et verò huic conſtitutioni inhærentes Papæ Ludouici IV. Imperat. acta omnia irrita pronunciauerunt. Huic inſolentiæ ipſe Ludouicus ſe oppoſuit cum Imperij Electoribus, & contrariam legem condiderunt ann 1339. quæ habetur integra apud Albericum de Roſate & alios. Vſus docet omnes noſtros Electos Imperatores à momento electionis, non ſubſecuta aliqua Romani Pontif. approbatione plenè omnia adminiſtrare. Ferdinan. etiam I. Imp. Pontificis Pauli IV. conatib. acriter ſeſe oppoſuit. [Cóſ. *Thuan.* Hiſt.] Si antiquiora tempora reſpicimus, patet iam poſt tempora Henrici IV. ingeſſiſſe ſe Romanos Pont. Conſtitutionib. Cæſareis, Ordines quoq; Imperij Germanici pro ſuperſtitione illorum temporum haud parum indulſiſſe. Et verò iam tum Lothario Cæſare cæperunt Papæ cum ſuis curialibus prætendere, quaſi noſtri Reges in dominium dignitatem Imperialem à Pontificibus conſequantur. Notant omnes in Lothario II. Imp. quod Pontificibus nimium fuerit addictus, ac proprerea quieta habuerit tempora. Fridericus tamen Barbaroſſa generosè adegit Romanum Papam aliam de hoc negotio dare ſignificationem. [Vid. *Otton. Friſing. Radeuicum* & *Guntheri* Ligurinum] ſequentibus temporibus confirmatio Imperatorum à Pontificibus expetita verbi gratia quum Otto IV. contra Philippum eſſet electus. Tum enim Otto Pontifici Innocentio III. commendatus à Principibus Imperator, vt confirmaretur, atque huc reſpexit Innocentius Papa in *c. Venerabilem.* (Ad quod capitulum. Vid. Diſſert. quæ ſub præſidio Dn. *Strauchij* habita, inter opera iuris publici. Dn. *Friſchii*) Ad hoc cap. Venerabilem reſpicit etiam Carolus IV. in A. B. (tit. 1. §. 19. Tit. 18. 19. 20.) Hinc etiam eſt, quòd multi in Romanorum Reges electi, titulo ac nomine Imperatoris abſtinuiſſe legantur, donec à Papa fuerunt vncti & coronati, quod inani quadam reuerentiâ factum eſt erga religionem, quum rem ipſam & Imperii iura virtute electionis Imperatoribus conferantur. (Vide *Lehman.* lib. 7. Chron. cap. 17.) Optimè *Guntherus* lib. 6. ita.

Ludouicus Bauarus Imp. intereſſe Imperij rectè attendit.

Intereſſe Imperii neglectum.

Lotharius II. Imp. intereſſe Imperii negligit, Fridericus II. illud vindicat.

Imperij nitidam ſummo ſacrare coronam
Pontifici ius, vt vero nomine poſſit
Non dator Imperij, ſed confirmator haberi.
Hac ego magnorum ſuſcepi iura parentum,
Hac retinere lubet.

Hoſtienſis etiam & Hieronymi Balbi verum teſtimonium eſt, quod per electionem quis fiat verus & legitimus Imperator. Corona enim non eſt de eſſentia conſtituendi Imperatoris, ſed tantùm eſt maieſtatis ſignum per electionem collatæ, quemadmodum ſertum in capite virginis eſt ſignum virginitatis. Proinde ſummâ iniquitate egit *Ioannes* XXII. Papa, quando excommunicauit Ludouicum Bavarum Imp. eâ de causâ, quòd Imperatoriam potentiam vſurparit ante coronationem (vt refert *Abb. Vrſperg.*) Imò illud Pontificis inſtitutum Pariſienſis & Bononienſis Academia (teſte *Aventino* l. 7. Annal.) iniquum judicarunt, & an. 1338. in Comitiis Rhemenſ. rectè eſt conſtitutum, Regem Romanorum ſtatim poſt electionem appellandum eſſe Imperatorem, teſte Georg Sigiſm. *Seldio* (in Conſil. ad Ferdinandum *I. Von Kayſerl Maieſtat Hoheit.* Dn. *D. Dieterich.* ad tit. 2. A.B. §. Et quia) Dn. *Conringius* (in lib. de German. Imp. Rom) probat ante Hildebrandi tempora electos Cæſares etiam ante omnem coronationem ac confirmationem aliquam Pontificiam non in Germania ſolùm, ſed etiam in Italia imò in ipſa Vrbe Roma inque Pontificem Romanum Cæſarea iura exercuiſſe, ac quum regnum Germaniæ ac Italiæ, à propriè dicto Romano imperio ſit diſtinctum, inde confirmationem Papæ, ſi quæ fortè ipſi competat, ad ſolum illud propriè dictum Romanum Imperium pertinere. *Reddat* ergo *Papa Cæſari quæ ſunt Cæſaris*, nempe Vrbem Romam, Patrimonium D. Petri ſeque ipſum Apoſtolicà modeſtià ſubmittat Imperatori Domino ſuo, & tum ad conſilium referri poterit, an confirmatio illa Pontificia ſit admittenda nec ne? Fatendum ſanè eſt Imperium, quod Otto M. potenti manu apud Germanos retinuit, ab aliquot iam ſeculis multùm defeciſſe; animo verò excidiſſe Germanis recuperationem amiſſorum haud crediderim, quum Electores Trevirenſis & Colonienſis adhuc titulum Archi-Cancellariorum per Galliam & Italiam retineant. Certè Caroli V. temporibus de recuperanda Italia & reſcindendis ibi temerariis geſtis Wenceſlai Imp. ſerio actum eſſe ſubindicat *Hartmannus Maurus* (in Coronat. Caroli V.) vbi Italiam auitam poſſeſſionem, regni legitimum domicilium & Imperij ſedem rectè nominat.

Coronatio non eſt de eſſentia Imperatoris.

Intereſſe Imperij neglectum.

XIV. Quamuis autem nonnulli Principes electi confirmationem Pontificiam petierint, eo ipſo tamen non pereunt iura Imperij, multò minus illa Innocentij III. pro Ottone IV. miſſa epiſtola meretur atten-

Iudicium de c. Venerabilem.

di, quum ſit profecta à paucis admodum Principibus, inque vehementiſſimo ciuili motu. Porrò id etiam liquet Romanorum Pontificum verba, etiamſi in ius Canonicum tranſierint non habere vim aliquam legis aduerſus Imperatoris Germanici dignitatem & iura, vtpote quum in propriâ cauſa ius dicenti nemini temerè fides habenda ſit, atque tantùm valet Imparatoris Germanici contradictio, quantùm valet Romani Pont. aſſertio. (Vid. *Lupoldi de Bebenburg. Tr.* de iure regn. & Imp. Rom. quem Ludouici IV. tempore conſcripſit. *Dn. Conring. ad Lampad.* p. 3. c. 2. §. 17.)

An coronatio Romana in deſuetudinem abiverit?

XV. Sunt nonnulli Scriptores, qui neſcio quâ præcipitantiâ coronationem Lombardicam & Romanam in deſuetudinem abiiſſe pronunciant, quorum in numero eſt *Carpzou.* [de Leg. Reg. Germ. c. 11. ſec. 10. numer. 11.] Sed refutantur ex ipſis Impp. capitulationibus, quæ ſemper Regiæ & Imperialis coronæ diſtinctam mentionem faciunt. (Vid. Nouiſs. *Capitul. Ferdin.* IV. art. 17.) Ecquid enim quilibet electus ſe obligaret Electoribus de adhibenda diligentia pro conſequenda corona Imperiali, ſi in deſuetudinem abiiſſe verum eſſet coronationem Pontificiam? Certè eiuſmodi obligationem dicis causâ Capitulationibus inſertam veriſimile non eſt. Verum quidem eſt, multos Impp. hactenus non ſuſcepiſſe Romanam coronam; imò & id verum eſt Electores vanam & fruſtraneam ſæpius iudicaſſe Pontificis coronationem: Sed exinde nondum ſequitur coronationem Pontificis boni ominis ergo prorſus eſſe intermittendam, vti rectè obſeruauit *Dn. Limnæ* (in annot. ad Capitul. Caroli V. art. 30. verb. *zum beſten befleiſſigen.* Dn. *Dieterich.* ad A. Bull. tit. 26. p. 110.) Conſilium ergo egregium eſſet (vtinam etiam in aurea praxi vigeret!) ſi Papa præſtanda, vt loquuntur, præſtare velit, vt coronam Romanam Viennam aut alibi in Germaniam deportandam curet, ſemperque, ſimul ac inaudierit Imperatorem eſſe electum à Germanis, Nuncium in Germaniam mittat, qui Imperatoris caput coronâ Romanâ redimat, ac ita Imperatorem pro vero & legitimo Domino ſuo rurſus agnoſcat. Vt verò noſter Imperator iter ſumptuoſum Romam verſus iterum ſuſcipiat, (*Rœmerzug* olim vocârunt) non erit neceſſarium. Imperatoriæ enim Maieſtati minimè conuenit Papam, qui multùm de iure inferior eſt Imperatore, accedere, quum potius Seruus Seruorum Domino ſuo legitimam obedientiam hac in re præſtare teneatur. Et quid prodeſt tam immenſis ſumptibus, ad expeditionem iſtam neceſſariis, Germaniam noſtram expilare?

Intereſt Imperii, vt Coronatio Romana rurſus in bonum vſum veniat.

Conſilium Imperio ſalutare.

Rœmerzug.

An adhuc obtineat libera electio in Imperio?

XVI. Nunc vlterius *Hippolitus à Lapide* & alij qui in eius verba iurarunt, erunt paulìſper adhuc perſtringendi ob id, quòd liberam Electionem in Imperio quaſi cum lance & licio euanuiſſe putant. Vani! falſi!

falſi! Si enim electio deſiit eſſe libera, aut id ideo euenit, quia ius in familiam Auſtriacam fuit collatum expreſsè, aut tacitè ipſo facto familia illud acquiſiuit ex actuum frequentia. Expreſsè id ab Electoribus factum nemo dixerit, & obſtant Capitulationes, quæ adſtringunt ſub iurejurando Electum, ne auſit ſucceſſionem ſibi arrogare. Quod ergo expreſsè vetatur per Capitulationem, id neque tacitè etiam ex mille actibus pro confeſſo poteſt haberi. Et licèt ſola familia Auſtriaca ius ad Imperium haberet, tamdiu tamen vera electio foret, quamdiu vel duo ſubjecta eligenda in ea ſupereſſent, quia determinatio materiæ in vniuerſali non poteſt tollere libertatem electionis, quæ in indiuiduum fertur. Nec poteſt dici hac ratione ſucceſſio, quia neque familia Auſtriaca, vt vniuerſa jus ſuccedendi habitura ſit, neque ſinguli in ea. Tertium autem non datur ad ſucceſſionem. Nulla itaque eſt ſucceſſio. (*Dn.Strauch.*Diſs.Exoter.4.)

XVII. Coronidis loco in hoc Diſcurſu quæritur: *An electus Imperator poſſit rurſus ab Imperij Statibus deponi?* Quod liceat, ab officio deponere Imperatorem ex eo, quòd Capitulationi juratæ contraueniat aſſerit (*Carpzovius* (*de Leg. Reg. Germ. c.*14.*ſect* 5. *&* 6.) Ratio ejus eſt, quod Capitulatio Cæſarea ſit quaſi conditionalis ſtipulatio, cujus conditio ſi deficit, ipſa ſtipulatio dicatur committi (§.4. Inſt. de V.O.) Sanè abſque dubio vera eſt affirmans ſententia, ſi ordines regni in caſu contrauentionis jus eligendi alium & deponendi contrauenientem apertè ſunt pacti, vt in regno Sueciæ obſeruatur (*Ioan Skyte* orat. 1. ad R. Angl. Vid. ſupr. *Diſcurſ. de regno Sueciæ.*) Talis lex commiſſoria in Imperio Germanorum non reperitur, vnde non immeritò regulariter negatiuam iuribus regni conuenientiorem exiſtimo [per text. *Capit. Caroli V. art.* 33. vbi in caſum contrauentionis ſolum diſponitur: *Das alles ſoll Krafftlos todt vnd ab ſein.* Repetitur idem in Capitul. *Ferdin.I.* art. 30. Capit. *Ferdin.IV.* art.39.] Contenti Electores iſthoc remedio, quòd acta Imperatoris contrauenientis de iure ſint nulla, & in Comitiis de eiuſmodi rebus edocti Status facilè remedium ponere poſſint, cautè omnino amittendi Imperij ſcopulum prætererierunt, & hactenus omni ſtudio prohibendus Imperator & commonendus jurati officij eſt, vt contrauentiones tollat; Quod ſi verò caſus adeò funeſtus & inſperatus eueniret, vt Imperator nullâ admonitione corrigi, aut à contraueniendi ſcopo auerti queat, ſed injuſtis bellis ac perſecutionibus Imperij ordines grauare pergat, cauſaque ſit deſperata, nec ſaluti Reip.aliud,niſi mutata Imperatoris perſona remedium applicare vtile ac neceſſarium ſit,hoc extremo demum caſu Electoribus Imperij adhibito propter grauitatem negotii Statuum Imperii conſilio, ius deturbandi à ſolio Regem,competere nullus dubitarem.Quod dictum eſt

An electus Imperator poſſit deponi?

Conditionalis ſtipulatio.

Lex commiſſoria regni.

Conſilium egregium de abdicatione Imperatoris. Tendens ad tranquillitatem Imperij conſeruandam.

An Capitulatio Cæſarea ſit conditionalis Stipulatio. ſupra de ſtipulatione conditionali, nihil horum applicari poteſt Capitulationibus Imperatoriis, quibus ejuſmodi pactum vel clauſulam contineri nullibi conſpicitur: Neque enim Imperator, ſi contravenit contractui vel Capitulationi juratæ, deſinit eſſe Imperator; ſed tantum ea dicuntur nulla eſſe, quæ Capitulationi ſecerit contraria, adeòquè poterit huc applicari regula: *Utile per inutile non vitiatur.* (*Dn. D. Dieterich.* ad tit. 5. A. B. p. 44.) *Regula iuris. Intereſſe tranquillitatis Imperialis.* Hujus prudentiſſimi Viri conſilium, moderatum magis placet, quàm Hippolyti à Lapide & aliorum violenta ac ſcintillantia conſilia, qui ex *Hemoldi Chronico Sclavorum* Electoris Moguntini vocem in depoſitione Henrici IV. Imp. *Quem meritum inve[illegible], quidam immeritum depoſuimus*, inconſultè ac feruidè in hac re laudant. Hujuſmodi enim voces non, niſi quando omnis ſalus deſperata eſt, locum inveniunt. Imperator enim non poſtulatur, vt Medicus, cujus Imperium tamdiu durat, quamdiu placet ægroto, vt dixit Valerianus ad Prætorianos. *Henrici IV. Caroli Craſſi & Wenceslai depoſitio.* Sanè non pauci ſunt, qui violentam Henrici IV. depoſitionem improbant. Caroli Craſſi quoque depoſitio ex Imperij throno occaſionem quoque dedit varias invadendi Imperij partes, & nova regna per Italiam, Burgundiam & alibi conſtruendi. Et quamvis Carolus Craſſus animo, mente ac corpore defecerit, tamen civilius mihi ſapere videntur, qui alia remedia, quàm depoſitionem hiſce caſibus in medium afferunt, vt adeò depoſitio quæ Carolo huic evenit, nimis craſſa & incivilis dicenda ſit, & inter novercantis fortunæ ludibria meritò numeranda veniat. *Epitaphium Caroli Craſſi.* Epitaphium ejus, quod in cœnobio Kœnigsfelden in Helvetia ſaxo inciſum, ita finit:

—Bene quas juvenis regni tractarat habenas.
Heu iterum ſemper diſſolutus ebit.

(*Chytra.* in Delic. Itin. p. 558.) Quin potiùs tarda Imperatoris Senectus commiſeratione, non tam violento odio digna erat. Cæterùm proceſſus ille excuſandus erit in polito & violentis quaſi veteris Germaniæ genio, qui hodie tanto melioris literaturæ lumine accenſo, non adeò craſſus ac rudis eſt. De degradatione Wenceslai an legitimè facta fuerit, Vid. ap. *Weber.* De Metamorph. Rerum pub. cap. 1. fol. 7. Cæterùm de his aliàs pluribus.

DISCVR-

DISCURSUS X.

DE

MAIESTATE IMPERATORIS & Regis Germaniæ.

Ad art. 1 verb. Cæſaream Maieſtatem.

I. SI antiquæ Reip. Germanicæ memoriam repetimus, apparet olim in varios populos & varias Reſpublicas Germaniam fuiſſe diuiſam donec tandem feliciſſimis Francorum armis, cumprimis autem iis, quæ geſta ſunt à Carolo M. in vnum corpus collata fuit. *Taciti tempore* pauciſſimi Germanorum populi Reges ſuos habuerunt, ipſique Franci non niſi ſeculo V. Regem ſibi creauere. In vniuerſum apud omnes Germaniæ populos inſignis obtinuit libertas, & licet alicubi Regia dignitas prævaleret, illis ipſis tamen Regibus nunquam libera, nunquam infinita poteſtas fuit. Vbivis ferè partem dimidiã Reip. Populus ſibi retinuit. Apud majores noſtros Reges erant autoritate ſuadendi magis, quàm jubendi poteſtate, ait *Tacit.* (de Mor. Germ. c. 11.) vti apud Lacedæmonios quoque fuerant Reges nomine magis quàm imperio [*Corn. Nep.* in Ageſilao. pag. 274.] imò legibus Spartanorum cuivis Ephoro licebat vincula injicere Regi. (*Corn. Nep.* in Pauſan. c. 3) Ambiorix Germaniæ regulus ipſe fatetur: Sua eſſe ejuſmodi Imperia, vt non minus haberet in ſe juris multitudo, quam ipſe in multitudinem (*Cæſar.* l. 5. de Bell. Gall.) in Germania nunquam fuit regnatum vltra libertatem, vt ait Tacitus (V. Dn. *Ludol. Hug.* de ſtat. Region. Germ. c. 4. §. 4.) In Germania veteris illius Reipub. formæ luculentiſſima veſtigia ſuperſunt hodieque, vt adeò rerum Germanicarum non adeò periti exiſtimari poſſint, qui Regum ac Cæſarum noſtrorum reſtrictam poteſtatem, vt nouum quid & inſolitum, criminantur. Falluntur itidem *Bartolus, Baldus*, & inter modernos, *Rein. king, Wizendorf. Stamlerus* & alij qui Regibus & Cæſaribus

Poteſtas veterum Germaniæ Regum fuit non abſoluta ſed limitata.

Germaniæ Regnum liberum.

Reges Germaniæ non gaudent abſoluta poteſtate.

Germanicis tribuunt infinitam Regiam poteſtatem, quæ olim competiit Imperatoribus Romanis, idque ob titulum Imperatorium: quum tamen nihil ſit notius, quàm titulis integris ſuperſtitibus Reipubl. tamen rationem mutari plurimum, atque adeò ex ſolo titulo Rerumpub. formam accipi non poſſe. Proinde eſt ineptiſſimum iuris publici ſcriptorum argumentum, qui ex titulis ſummam reip. poteſtatem metiri conantur. Interdum enim nomen maius, & ſplendidius eſt, quàm res ipſa, interdum minus eſt re. Ex vocabulis enim & rebus extrinſecis non eſt iudicandum, nec argumentum ex titulo ſumendum, vt nonnulli Regem Poloniæ abſolutum putant, quum tamen apud Polonos Reſpub. obtineat, vt olim Dn. *Boecler* ad Hug. Grot. l. 1. de I. B. & P. c. 3. expoſuit, noſque alibi latius ad oculum demonſtrabimus. Ita etiam inſignem ſolœciſmum committeret is, qui Principes Arauſionenſes in Fœderato Belgio Principatum & vim imperij poſſidere aſſeueraueri. (Vid. *Boxhorn.* de Stat. Fœder Belg. cap. 4.) Et quamuis Autor quidam anonymus (*der gulden Legenden der Studthouders van Holland*) ſtylo ſatis inclementi illos arcana dominationis intendiſſe velit, vnde etiam eos *Souueraine Meeſter Knechte* appellat, tamen Batavi *intentiones illas hodie facilè eludere norunt.* Tempore Wilhelmi II. quum quidam pinnam arboris nauticæ (*des Prinzen Flagge*) inuerteret ac ima ſummis mutaret, ortum eſt prouerbium in Belgio minore latum: *Die Holænder hengen den Prinzen bey den füſſen auff.* Quod dictum tamen licentiam exlegem redolet. Imò Imperatores Germanici Germaniæ imperant non iure Imperatorio ſed Regio. Propriè enim ad Imperatorium titulum nihil præter Poteſtatem in Papam, vrbis Romæ & reliquarum vrbium veteris Imperij Romani Dominium pertinet. (*Dn. Conring.* ad Lampad p. 3. c. 2. §. 2.) Adeòquè Imperatoria Maieſtas de iure eò reſtringenda erit. Etiamſi verò Germaniæ Reges ſummâ & abſolutâ poteſtate in Repub. non gaudeant tamen non ferenda ſunt exterorum nonnulla iniurioſa dicteria, quibus Imperatoris noſtri ſemper venerabilem majeſtatem proſcindunt & tantùm non pedibus proculcant. Præ cæteris autem in illorum catalogo eminet Andius ille ſine Bono Iohannes Bodinus, qui (l. 1. de Repub. c. 8) Imperatorem noſtrum vocat Principem ranarum, cui populus pro libidine inſultat, eumque in illo ſecutus *Hippolitus à Lapide*, qui paſſim contumelias in Cæſares non paucos euomit, ac Imperatorem cum Duce Veneto confert, quibus nos illud reponimus:

Tandem vipera ſibilare deſiſte.

II. Dn. *Lampadius* [de Repub. Rom. Germ. p. 2. c. 2. §. 11.] putat vſque ad Ottonum tempora Cæſarum Germanicorum poteſtatem infinitam ac liberam fuiſſe. Cæterum pace tanti viri dixerim, minimè hoc ipſum concedi poteſt, aut debet, Certum enim eſt ab antiquiſſimis vſque temporibus

Ex titulo Imperatorio vel Regio nõ eſt metienda ſumma poteſtas.

Status Regni Poloniæ.

Gubernatores Belgij Fœderati.

Intereſt Imperij vt maieſtas Imperatoris aduerſus exteros defendatur.

Lampadij error.

poribus in nullo Populo Germanico fuiſſe infinitam Regibus poteſtatem (ceu ex iis quæ n.1.h.Diſc.adduximus conſtat) Francorum itidem Reges neque belli & pacis, neque ferendarum legum, neque indicendorum tributorum, nec vitæ & necis primariorum ſubditorum ius plenum habuiſſe; ſed quicquid horum eſt ad ſummam Reip. regendæ poteſtatem pertinens, non niſi de ordinum conſenſu potuiſſe in comitiis decerni, ex monumentis Francorum liquidò apparet.

Quâ occaſione Regnum Germaniæ poteſtas decreuerit.

Certum tamē eſt poſt Ottonum tempora, ſenſim decreuiſſe Regiam poteſtatem, quę fuerat hactenus; vtpote quum primum permiſſum fuerit magnos magiſtratus, quales ſunt Ducatus & Comitatus, ad heredes transferre, tantū ſuperſtite aliquo feudi vinculo.

Intereſſe Regiæ autoritatis in Germania quomodo decreuerit.

Non prouiſum etiam fuit, ne multi Comitatus, atque adeò ampliſſimarum prouinciarum bona ad vnum Dominum transferrentur, atque adeò ne excreſceret nimia potētia Procerum ſubditorum. Ad hoc Epiſcopis à Cæſaribus nimis ampla data fuit potentia, temporalem quam vocant, quo effectum, vt Epiſcopi creuerint in potentiam Regibus ipſis æmulam. Cumprimis verò multum diminuta fuit autoritas Cæſarum Regumque noſtrorum, quando Cæſaribus erepta fuit libera poteſtas, quâ hactenus fuerunt vſi, conferendi omnes Epiſcopatus & Abbatias Imperij. In cumulum denique vbi acceſſit, prodiga donatio omnium pæne regalium & fiſci regij prouentuū facta Principibus aliiſque ordinibus; de omni Cæſarea poteſtate antiquæ pene actum fuit. A temporib. Caroli M. non fuit fas Populo Rom. creandi Pontificem niſi conſenſu Imperatoris, quæ autoritas creuit, vt & Henricus III. liberè non ſolùm creauerit Pontifices, ſed & poteſtatē habuerit conferendi Epiſcopatus. Sed Henrici IV. & V. temporibus & illa autoritas periit.

Iudicium de depoſitione Cæſarum.

Nonnulli etiam Imperatores non iuſtis de cauſis, ſed inſtinctu potius & prauis artibus Romanorum Pontificum, ſunt depoſiti, etſi aduerſus Henricum IV. initio quidem Saxonum arma iniuſta eſſe haud dixerim. Caroli Craſſi & Wenceſlai depoſitionem non aliter excuſare licet, quàm eo, quòd Electoribus & ordinibus fas ſit omnibus modis cauere, ne quid Reſpub. detrimenti capiat ab ignauis Regibus quales fuerunt Carolus ille & Wenceſlaus. *Dn. Conring.* ad Lampad. l. c. *Dn. Textor.* de Rat. Stat. Imper. c. 2.

An Imperator habeat maieſtatem?

III. An itaque Imperator & Rex Germaniæ hodiernus habeat majeſtatem? nunc paulò penitius nobis erit inquirendum. Sane hæc quæſtio tēpore Rudolphi II. Imp. quum inualeſcere cæpere infauſta nomina *Liga & Vnions*, acerrimè fuit in nonnullis conuentionib. Vnitorū agitata. Nos hoc modo procedemus. In Politicis conſtat Maieſtatē eſſe ſummā in ciuitate poteſtatem. Maieſtas autem quum ſit totum poteſtatiuum, ſequitur vtique quòd is, qui maieſtate propriè dicta præditus, quoque omnes maieſtatis partes ſiue iura poſſidere debeat. Illa autem iura quum non ſolus Imperator poſſideat, ſed coniunctim cum

Statibus, hinc facile patet non ſoli Imperatori ſed toti Imperio, id eſt, Capiti & Membris ſimul Maieſtatem competere. Quod ſoli Imperatori Maieſtas non ſit adſcribenda, videbimus nunc in ſpecie. 1. Imperator & Rex Germaniæ non habet ius conſtituendi magiſtratus, quum tamen conſtitutio magiſtratuum in qualibet Republ. ſit Summæ Maieſtatis. Imperij noſtri magiſtratus ſunt 1. *Vicarij*, qui iam ſunt ordinarij & perpetui per A. B. in Imperij comitiis confirmati. Imò mortuo Ferdinando III. Imp. quum nullus eſſet Imperator, Solus Imperij Senatus Bauarum tanquam tertium Imperij Vicarium admiſit quamuis Electo. Palatinus ſtrenuè huic attentato contradixerit, vt infrà audiemus.

Imperator non habet ius conſtituendi magiſtratus Imperij. Vicarius Imperij tertius per iniuriam & turbas quaſi intruſus.

2. *Archi Cancellarij*, qui etiam ordinarij & certi ſunt (Vid. *Bernhard. à Mallinckrodt* Tr. de Archi Cancellariis) certiſque Cathedris) iſta dignitas inſeparabiliter adhæret 3. *Duces Belli*, qui non ab Imperatore, ſed vniuerſo Imperio creantur. (*R. I. de* an. 1500. Tit. *Des Reichs hauptman bereſend.*) & ab Imperio quoque dependent (*R. I. de* an. 1500. Tit. *Der Haubtman ſol ohne beſchlich.* & tit: *Des Haubtman Eid.*) eidem etiam reſignant (*R. I. de* an. 1500. Tit. *VVie der Haubtman Vrlaub nehmen ſoll.*) 4. *Duces circulorum*, *Crais Obriſten* qui etiam à circulorum ordinibus eliguntur: *Directores* quoque *circulorum* iam perpetui ſunt olim dicti? *Vnterhaubtleute in den Circken*, poſtea *Crais auſzſchreibende fürſten.* [*V. R. I. de an.* 1512. §. *Vnd als vorbenor. Declar. et Pac. Publ. de* an. 1522. *Tit. VVelcher geſtalt durch einen iegl. chen* Krais.] 5. Quæſtores ærarij, qui ab Imperio creantur. Vnde quoque dicuntur, *des Reichs Schatzmeiſter*, *Reichs-Pfenningmeiſter*. 6 Iudices quoque Camerales ab Imperatore & Statibus, id eſt, Imperio dependent (*Vid. Receſs. de an.* 1654.)

Duces & Directores Circulorum.

Ab initio Duces Comiteſquè Germaniæ magiſtratus propriè dicti erant æuo Carolino. Insignè autem hodie ſerepit, Imperij Status ſi Magiſtratus titulo inſigniuntur quum illi ipſi prouinciis ſuis magiſtratus, præficiant & magiſtratus propriè ſint, inſtrumenta & miniſtri Regum & Principum (Confer *Dn. Hahn* & *Dn. Struv.* ad tit. D. de Iuriſd.) Neque vllus ex Imperij Statibus concedet, quod Cæſar per ipſos populum, ſuæ ditioni ſubiectum, gubernet, aut quod ipſorum ſubditi Cæſaris ſint. Dicunt enim *Vnſere Vnterthanen, unſere Land und Leüte.*

Duces & Comites Imperij hodie non ſunt magiſtratus iuridice [nō Politicè] accepto vocabulo.

Poteſt quidem Imperator Principes, Comites & Barones creare: Cæterùm Statum Imperij, id eſt, qui ſtationem in Imperij Comitiis habeat, abſque ordinum conſenſu creare nullo modo poteſt. [*Vid. Rec. Imp.* de an. 1654. & *Capitul. Leopold.* art. 44.]

Imperator ſolus nō poteſt facere Imperij Statum.

Si enim pro lubitu Imperatori concederetur, quoſlibet in ſubſellia Imperij Statuum recipere, verendum omnino erit, ne Cæſar fiduciariis ſuis in ordinem iſtum receptis, multitudine votorum, quum illa (paucis articulis per *Inſtr. Pac. art.* 5. §. 19. exceptis) non ponderari ſed numerari ſoleant, Imperij Status tandem vincat. Ferdinandum

Vota in Comitiis vt plurimum non ponderātur ſed numerantur.

2. Imp.

2. Imp. hoc ipſum creatione tot Ducum & Comitum titularium intendiſſe multi ſibi perſuaſum habent.

Imperator non habet ius indicendi tributa Rœmerzug.

IV. *Deinde* ſummæ maieſtatis eſt poteſtas collectarum & tributorum indicendorum. Tributa ab Imperatore indici Germanis auribus eſt inauditum; ſi neceſſitas Reip. exigit collectas, in plenis comitiis de eo erit conſultandum. (V. art. 8. *Inſtr. Pac.* §. *Gaudeant.*) Deſcriptiones tributorum Imperij nos vocamus *Rœmerzug.* Quondam enim Imperatore ad coronam Romanam proficiſcente, ab ordinibus armanda & alenda erant IV. equitum & XX. peditum millia. Expeditionibus illis ceſſantibus, deſcriptiones tamen eam ob cauſam conceptæ adhuc hodie durant & huic fini inſerviunt vt, ſi extra ordinem quid conferendum ſit, ratæ partes ſingulorum ordinum ſtatim ſciantur. Cæterùm multi hic ſe opponunt & ſuper iſtis deſcriptionibus inæqualibus querelas publicè mouent, quorundam patrimonio lapſu temporis diminuto, aliorum autem opibus auctis. (Vid. infra p. 3. Diſc. de Redintegrandâ matriculâ.)

Ius belli & Pacis non eſt ſolius Cæſaris. §. Gaudeant Inſtr. Pac. Reinhardi Kœnigs error.

V. *Tertium* maieſtatis ſummæ ius eſt, arbitrium belli & Pacis. Et hoc quoque non ſoli Cæſari, ſed ſimul Statibus competit,) per *art.* 8. *Inſtr. Pac.* §. *Gaudeant.* qui §. verè aureus Principes & Status ſimul ad Imperij auream menſem admittit; *Gaudeant* ob id Status, quia vberes fructus inde percipiunt.] *Reinhardus* Kœnig. [in Theat. Polit. c. 23. n. 107.) autoritate l. 3. D. ad L. Iul. Mai. l. Neminem, poteſtatem belli inferendi ſoli Imperatori tribuere videtur. Cæterùm huiuſmodi leges præſenti Reip. ſtatui, à priori longè diuerſo, minus rectè accommodantur, vt bene iudicat *D. Cellar.* [l. 2. Pol. c. 11. n. 4.) Intereſt autem Imperij Ordinum omnibus modis impedire, ne Imperator bellum alteri inferat. Hac enim occaſione tota Germania turbis inuolui poteſt, ac Cæſaris victoriæ potentiam illius magis Principibus formidabilem reddent. [*Vid. art.* 13. 14. & 16. *Capit. Leopoldina.*) Quamquam enim nullæ contra Cæſaris maieſtatem fœderum tabulæ publicæ extent, tamen eò tendunt Germanorum & Italorum Principum conſilia, ne vnquam priſtina Imperatorum potentia reuiuiſcat. (*Guicciardin.* l. 7. & 13. Hiſtor.] Plus eſt, quod quidam ſcribit, ideo nec in tempore, nec juſtis viribus in bello Turcico Germanos Cæſari adeſſe, quò vereantur, ne is recuperatum Hungariæ regnum, non Imperio, ſed ſuæ familiæ vindicet, & hoc modo maior virium Auſtriacarum, iam ante formidandarum acceſſio fiat. (D. *Forſtner.* ad Tacit. p. 495.)

Intereſſe Imperij Statuū circa ius belli.

Arcanum Imperij Principum.

Ius fœderū non competit ſoli Imperatori.

VI. *Quartum* ſummæ poteſtatis ius eſt arbitrium abſolutum ineundorum fœderum. Neque hoc ſoli Cæſari competit. (*Vid art.* 8. §. *Gaudeant Inſtr. Pac.*) Vide etiam *Capitul. Leopold.* nouiſſ. art. 10.

Et *Capitulation. Caroli V.* articul.7. & ibi Domin. Limnæ.

Ius ſacrorũ non eſt Imperatoris.

VII. *Quintum* ſummæ poteſtatis ius eſt circa ſacra: Ex hoc iure Imperator & Catholici Principes, Papa vetante per ſummam iniuriam, nihil ſibi arrogare debent; adeóque ius ſacrorum in Imperio ſibi Papa arrogat cum ſuo clero ſcil. quod ipſam ordinationem & diſpoſitionem ſacrorum attinet: Aliàs ius Protectionis Eccleſiæ Imperatori noſtro competit. Feliciores in eo ſunt Status Imperij Euangelici, qui iuriſdictionem ſacram, poſtliminio quaſi ſuperiori ſeculo receperunt, quæ per Pacem religioſam quoque ipſis confirmata ann.1555. Auguſtæ Vindelicorum. §. *Vnd damit ſolcher Fried.* *Capitul. Ferdinand. III.* art.2. *Leopoldi. art.2. Inſtr. Pac. art* 5. in princ. Hac pace religioſa non Romano modò Præſuli, ſed & Imperatori Pontificatus abrogatus eſt, eique omne ius præciſum in religionis negotio, cauſiſque illi annexis quicquam ſtatuendi, ordinandi, aut innouandi. *R. I. Aug. §. cit. & §. Solches vnd iedes.* Ius ſacrorum eſt itaque penes Ordines Euangelicos; ac Imperatori non licet quicquam in Eccleſiis Proteſtantium innouare aut mutare. Imò in cauſa religioſa, Imperator non vt caput, ſed vt pars ſpectatur, propterea quod ipſe ſit Pontificius, ac in ea ſententia omnes Proteſtantes acquieſcunt. Quod igitur ius ſacrorum in Imperio attinet, hodie illud ad cynoſuram *artic.5. Inſtr. Pac.* erit dirigendum neque Imperator iſta placita vllo modò infringere poteſt. *Melior itaque quoad ius ſacrorum eſt conditio Proteſtantium, quam Imperatoris & Catholicorum, quum hi à Pontifice dependeant, illi de ſuis ſacris proprio iure diſponant.* (*Monzambano* de Stat. Imp. Germ. c.5. §. 12)

Pax religioſa intereſſe Proteſtantium circa ſacra promouet.

Proteſtantiũ intereſſe creuit Inſtr. Pac. art.5.

Poteſtas ferendarum legum non ſoli competit Imperatori

VIII. *Sextum* maieſtatis ius eſt in poteſtate ferendarum legum. Ea quoque non competit ſoli Imperatori, ſed ſi quid ſtatuendum, quod omnes obligare ac tenere debet, id non niſi Ordinibus vniuerſis iunctim in Comitiis, velut vnum corpus cum Imperatore conſideratis, poteſt decerni (*art.8. §. Gaudeant. Inſtr. Pac.*) Hinc Receſſus Imperij non dicuntur *Kayſerliche* ſed *Des H. Reichs Abſchiede.* Nec aduocantur Status ad Comitia vt Conſiliarij, ſed tanquam ὁμογνώμονες. Nihil enim Cæſar poteſt decernere inuitis Statibus, quod quidem ad vniuerſum Imperium pertineat. Promulgantur quidem Receſſus Imperatoris nomine, ſed inde non ſequitur, quod ſolus Imperator Receſſus condat. Nam & in Reipub. Veneta Decreta nomine Ducis promulgantur, & ſubſcribuntur; Inde tamen non ſequitur, Dux Venetus eſt Monarcha. Sunt etiam Receſſus qui ordinum nomine ſunt promulgati, verbi gratia Ordinatio Cameræ, de an.1555. Quin & quod ita in plenis Comitiis ordinatum eſt, non minus Imperator, quam reliqui Status obſeruare tenetur. *Capit. Leopold. art.2.*

Status Imperij in Comitiis non ſunt nudi conſiliarij.

IX. *Septimum*

Suprema iuriſdictio nõ eſt ſolius Cæſaris.

IX. *Septimum* Maieſtatis ius eſt Suprema iuriſdictio. Neque hæc ſoli Cæſari propria. Etſi enim Camera Spirenſis in decretis ac ſententiis ſuis ſolius Imperatoris nomen præ ſe fert; non tamen à ſolo Imperatore, ſed & ab vniuerſis Ordinibus dependet, eorumque autoritate ius dicit. Verùm de hoc negotio infra ad art. 5. §. 20. agemus.

Homagium an ſoli Imperatori præſtatur.

X. *Octauum* ius maieſtatis eſt Receptio Homagij. Hoc quidem Principes ratione feudorum præſtant Imperatori, ſed intuitu Imperij, cuius caput eſt: *Sie ſchvveren dem Rœmiſchen Kayſer, vnd dem Reich trevvhold vnd gevvertig zu ſeyn.* Hinc in pace publica de an. 1455. Cæſar dicit; *VVir befehlen euch Standen bey den Eyden vnd Pflichten, die ihr vns von Wegen des Reichs gethan habt.* Hinc homagia Principum dicuntur: *Reichshulden.* Apud *Goldaſtum* [Tom. 1. Conſt. Imper. p. 283.) Principes ita loquuntur: *Nos feuda accepimus ab Imperio per manum Cæſaris.* Iurant etiam Principes vt ſinguli, non vt vniuerſi in Comitiis (vbi Imperij Maieſtas maximè repræſentatur.)

Ius cudendæ monetæ non competit ſoli Cæſari.

Ius cudendæ monetæ eſt præſcriptibile.

Hodierna praxis circa ius monetæ.

Arcanum Caroli V. circa ius cudendæ monetæ.

XI. *Nonum* ius Maieſtatis eſt poteſtas cudendæ monetæ; ſed neque hæc eſt Cæſaris ſolius, ſed communis omnium Ordinum; imò multi etiam hoc ius poſſident, qui Imperio immediatè non ſunt ſubiecti [vt vrbes quædam prouinciales, verbi gratia in Ducatu Brunſuicenſi, Hannouera; Hamelia, Göttinga, &c.) vel antiquæ conſuetudinis vel longiſſimæ præſcriptionis titulo ſibi arrogant. Si ipſum iuris exercitium ſpectemus; in illo ex Seruatoris noſtri præcepto icones & inſcriptiones præcipuè conſiderandæ, vt eius, cuius nomen & imaginem præ ſe fert moneta, hoc monetæ cudendæ regale eſſe intelligatur. Olim ſub Imperatore Sigiſmundo prouiſum eſt: *Das die Müntz in allen Stadten an einem theil deſs Reichs zeichen haben ſoll, am andern deſs Herrn oder der Statt Zeichen.* (Vid. *Goldaſt.* Conſt. Imper. p. 199) Ergo illi tempore hoc regale, non Imperatoris, ſed Imperij iudicatum. Hodie quoque (exceptis ciuitatibus Imperialibus, quæ ad circumſtantiam temporis denotandam Cæſaris nomen nummis ſuis præfigunt,) reliqui Ordines Principaliores nulla Imperatoris facta mentione ſua imagine monetam ſignare ſolent, vt experientia probat. Hinc regale hoc dicitur: *Den Churfürſten vnd anderer Stände Gerechtigkeit vnd* Regalien *der Müntz* (*R. I. de an.* 1524. §. *Dergleichen hat.*) Quinimo cum Carolus V. ſua, non Principum effigie monetam à Principibus ſignari vellet, pro inſigni publicæ libertatis grauamine id habitum ab Ordinibus fuit (Vid Alberti Marchionis Reſcriptum apud *Hortleder*. Tom. 2. de Bell. Germ. l. 5. c. 5. n. 12.)

Ius Legatorum non eſt ſolius Imperatoris.

XII. *Decimum* ius maieſtatis eſt Miſſio Legatorum. Quod illam attinet in particulari negotio non Imperatori modò, ſed cuilibet Statui iura Legatorum competunt. Notari hic meretur inſignis ac

Legatio Ducis Holſatiæ in Perſiam.

magnifica Legatio Ducis Holſatiæ ad Magnum Moſcouiæ Ducem, vt & Perſarum Regem miſſa, quam Dn. Olearius nobis deſcribit in Itinerario Rutheno Perſico. In re totum Imperium concernente, Legati non niſi totius Imperij autoritate, mitti poſſunt ac debent. Ita cum Legatio ad componendas in Belgio turbas decerneretur, inſtructio non à ſolo Imperatore, ſed ſimul Ordinum Deputatis, vi mandati, à toto Imperio ſuſcepti, concipi debuit. [*V. R. I. de an.* 1595. §. *Dievveil vor angezeigt.* & de an. 1603. §. *Nicht deſto Weniger doch.*] Ius audiendi Legatos quoque totius Imperij eſt (*R. I. de an.* 1500. Tit. *Wie man mit den Kœnigen zu Hungern vnd Polen.*)

Imperator non eſt ſolutus legibus fundamentalibus,

XIII. Porrò Imperator quoque non eſt Legibus Imperij fundamentalibus ſolutus. Contigit in Conuentu Ratiſbonenſi an. 1623. vt Principes nonnulli dicerent: *Man Wolte von deſs Kayſers gevvalt nicht* diſputiren; *aber man hoffet I. Kay M. Würde halten Was ſie in der Capitulation verſprochen*, vt refert *Lundorp.* (Tom. 1. act. publ. l. 6. c. 152.) In alijs quoque regnis leges præſcribuntur, ad quas Reges tenentur in conſcientia ſua; Si autem illas tranſcendant adigi non poſſunt, vt iurata ſeruent. Imperator verò noſter non tantùm honeſtate exigente legibus obſequitur, ſed ad legum obſequium, præciſa neceſſitate adſtrictus eſt. Nec fundamentalibus tantum Imperij legibus, inter

Capitulationes.

quas eminent Cæſareæ Capitulationes, ſed integris Imperij Receſſibus

Contenta Receſſuum Imperij.

(in quibus præter leges fundamentales, multa etiam, quæ priuatorum negotia concernunt continentur) iure contractus, perinde ac ipſi omnes & ſinguli, obligatur. Imò Imperator poteſt conueniri coram Palatino. (*Vid. A. B. tit.* 5. § *fin.* de quo inferius plenius agemus.

Vis Imperialis maieſtatis ſi in Comitiis exſerit.

XIV. Porrò ſi quid incidat, quod ad ſummam Reip. ſpectat, de eo haud quicquam licet Imperatori pro lubitu ſtatuere, ſed in plenis Imperij Comitiis de eo decerni poteſt ac debet. (Vid. *Capitul. Leopol. art.* 19. *ſub fin.*) Imperator quidem ſolus Comitia indicit, ſed conſenſu Electorum prius explorato. (Vide *Capitul. Leopol. art.* 17.) De hac re pluribus ad art. 8.

XV. Ex hiſce patet ſat clarè, vt puto, potiora maieſtatis Imperij iura non ſoli Imperatori, ſed toti Imperio competere, & vnico *artic.* 8. *Inſtr. Pac.* §. *Gaudeant*, inſpecto, cæcior talpa ſit, & peponem pro corde habeat, qui hoc ipſum non poterit oculis & quaſi tactu depre-

Reſeruata Imperatoris.

hendere. Sunt tamen iura quæ ſoli Imperatori per Germaniam exercere datur. Inter quæ referunt. 1. *Ius primarium precum.* [*Machs Panis Brieffe zu ertheilen*] Dolendum ſanè, quum olim omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum collatio in manu Cæſaris fuerit, ipſi ni-

Ius primariarum precum, reſtre

hil præter vnius beneficij collationem & quidem precariam, vim literarum commendaritiarum habente, eſſe relictum. [*De hoc iure pluribus*

pluribus infra ad art. 5. §. 5. Inſtr. Pac.) 2. *Ius conferendi dignitates*, quod tamen per *Capit. Leopold art.* 43. & 44. valdè eſt reſtrictum. Hodie enim ad hoc, vt quis pleno iure Status Imperij fiat, non ſufficit Imperatoris diploma. Legitur & Imperator Reges creaſſe: Miratur *Hippol. à Lapide* [plurima bona quibuſdam malis in libro de Rat. Stat. miſcens] quod illi, qui ſummam poteſtatem alias habuere, ab Imperatore vel Pontifice Reges ſalutari voluerint. Idem putat non iuris ſed facti hæc eſſe; atque ex vana perſuaſione illud fluxiſſe non nemo reſpondet apud *Goldaſt* (p. 3. p. 3. Polit. Imper. Diſc. 3. p. 631.) vid. pl. *Hippol. à Lap.* p. 299. 301. 3. *Ius inueſtiendi & conferendi feuda Principalia* (*Fahn vnd Zepter lehn* appellantur, quamuis hodie, referente Stamlero, Feuda tam Epiſcopatuum, quàm Principatuum ſecularium non amplius per vexillum, ſed per gladium, cuius capulo oſculum infigunt vaſalli, conferantur.) Et hoc ius inter Reſeruata eſt præcipuum. Stamlerus more ſuo, hoc ius inueſtiendi iuribus maieſtatis accenſet. Sed *ICtus quidam* non adeò pridem quæſtionem: *an Dominus feudi reſpectu vaſſalli ſui maieſtatem habere dicatur?* negabat: *Contrarium enim verius eſſe; neque Dominum feudi abſolutam habere poteſtatem in hominem ſuum, neque vaſallum eſſe Dominum ſui ſubditum. Homagium quidem vaſallum præſtare ſuo Domino* (*Lehen-Eyd*) *verùm hoc non eſſe iuramentum ſubiectionis, ſed tantùm fidelitatis.* Hæc opinio non omni fundamento carere videtur. (Vid. *Arumæ.* Vol. 2. Diſc. Acad. 26. §. 69. Dn. *Cellar.* l. 2. Pol. c. 19. n. 15. & c. 18. n. 8.) Intercedit enim inter dominum & vaſallum vltro citroque obligatio: Imperatorque heredi feudali legitimo, ſub pæna priuationis dominij directi, inueſtituram concedere debet, licèt Ferdinandus II. eiectis Megapolitanis Ducibus in Wallenſteinio, præterito proximo herede Elect. Brandeburgico, contrarium obſeruarit. Et quum maieſtas tantùm in ſubditos exerceatur, Dominum feudi vtique reſpectu vaſalli maieſtatem habere dici non poterit, quum vaſallus, in puris feudalibus, non ſit domini ſubditus, vt inter Feudiſtas conſtat. Quòd, verò Status Imperij iurent non tantùm *Dem H. Reich vnd deſſen Haubt getrevv, Hold*; verùm etiam, *gehorſam zu ſeyn*: & ita non tantùm fidelitatis, ſed etiam ſubiectionis iuramentum præſtent: hoc inde eſt, quia Status Imperij non tantùm vaſalli, ſed ex eo, quando ſub Carolo M. Germania in vnum corpus tranſiit, ſimul immediatè *Imperio*, vt ſinguli ſubiecti ſint vt infra latius explicabitur. 4. *Ius concedendi priuilegia vniuerſalia* (*Vid. A. B. Titul. De priuilegiis.*) Hoc ius olim indubiè Imperatori Romano competiit; Reinking idem ius etiam Imperatori Romano Germanico tranſcribit. Obſeruandum verò hic eſt, in priuilegiis magni momenti Imperatores Germanicos Ordinum con-

adhuc vmbram iuris veteris circa ſacra

Ius conferendi dignitatẽ in Imperio maximam non amplius eſt Imperatoris ſolius.

Ius inueſtituræ feudalis

Stamleri error.

Vaſallus non eſt ſubditus.

Status Imperij quatenus ſint ſubditi Imperij.

Priuilegia magni momenti non ſolus Imperator concedit

ſenſum adhibuiſſe. *De Ottone I.* circa Magdeburgum Vid. *Goldaſt.* (Tom. 1. Conſt. Imper. p. 216.) *De Friderico I.* circa Ducatum Auſtriæ Vid. *Lundorp.*) Tom. 2. act. publ. l. 1. Tr. 2. p. 14.) *De Rudolpho* I. Auſtriaci Ducatus priuilegia confirmante, vide Confirmationem (*de dato Reinfeld durch Hand Meiſter Henrichs deſs Obriſten Schreibers, 11. Iun. an.* 1283.) *de Carolo IV.* circa Ducatum Sileſiæ, vid. *Goldaſt* (*Tom.* 1. *Conſt. Imper. p.* 350.) Vigore Capitulationis Cæſareæ Ferdinandi II. in omnibus magni momenti negotiis, (atque adeò etiam in magni momenti priuilegiis concedendis) Electorum ad minimum conſenſus requiritur. Sunt & alia minoris momenti reſeruata, quæ vide apud publiciſtas. Hoc obiter *Stamleri* error notatur, qui in *Tr. de Reſeruatis Imperatoris*, in iniuriam Statuum ferè omnia Imperij iura Maieſtatica ſoli Imperatori *contra artic.* 8. *Inſtr. Pac.* §. *Gaudeant.* vindicare conatur, Imperium eſſe ſolius Imperatoris ac quaſi in eius marſupio idem, Vir cæterà doctiſſimus, p. 153. aſſerere non dubitat, quum tamen vtique perpendere debuiſſet, Imperium Romanum poſtquam Aquilinis Alpibus ſuperatis in campis Teutonicis conſedit, ac ad Germanos tranſlatum eſt longè alios Gubernatores iam accepiſſe, ac proinde ea, quæ de poteſtate abſoluta Romanorum Imperatorum paſſim à Bartolo, Baldo & aliis circumferuntur, ad hodiernos Romano Germanicos Imperatores, quatenus conſiderantur, vt Germaniæ Reges, applicari minime poſſe, nec deberi. Error is minimè ferendus: Ita enim iura publica tractare conuenit ne Imperator & Statibus Imperij inde iniuria naſcatur, eorumque iuribus nebula & caligo quaſi inducatur. *Obſeruare eſt in Academiis nonnullis Germaniæ,* (quarum Principes ab Vnionis & Ligæ temporibus Cæſarem ſemper ſecuti) *iura publica*, præſertim quòd Maieſtatem Imperatoris attinet, *interdum adulationis purpuriſſo pertractari.* Rectè proinde & Dn. *Bæclerus* [in not. ad *Hug. Grot.* l. 1. de I. B. & P. c. 3. §. 6.) ita iudicat: *Hodierni Scriptores iuris publici explicant iura maieſtatis ex vſu rerum præſentium in gratiam aulæ Cæſareæ.* Vbi per res præſentes maximè illas intelligi puto, quæ feruente tricennali bello hinc inde ſunt turbulenter peractæ. *Helmſtadi* Dn. Conringio Duce & alibi illa omnium optimè docentur. Sanè *Stamlerus* ille cum *Reinkingio ſuo nimio affectu in Imperatorem abrepti plura ipſi ſoli adſcribunt, quam ille forſan ſibi poſcit, poſcere poteſt aut debet.* Reinkingij & aliorum ſcripta, à Ferdinandi II. aulicis diligenter lecta videntur non parùm iuviſſe, quòd ille pleniorem Monarchiam in Imperio, frigidam ſuffundentibus Ieſuitis, ac Hiſpanis reducere fuerit conatus: Et omnino *actum fuiſſet de pulcherrimo noſtro Imperio, niſi Ferdinandus III. Imper. calculum rerum Imperij bene ponens, aureâ Pace* [illegible] *Imperium,* [illegible]

Stamlerus notatur.

Hodiernus Imperatorū ſtatus longè differt à veterum Impp. conditione. Quomodo iura publica hodie ſint tractanda. Intereſſe Imperij.

Iudicium *Bæcleri de Scriptoribus iuris publici.*

Conringius.

Monarchomachi notantur. Reinkingij doctrina arcanum Ferdinandi II. *Imp. promouit.*

tenus ab Hiſpanis & aliis ferrea virga viſitatum, rurſus argenteum reddidiſſet. Memoria tam Auguſti Patriæ Patris ſit in æterna benedictione. Sane iura maieſtatis Imperij, cuius Adminiſtrator extra Comitia eſt Imperator, hodie iuxta nouiſſimum. *Inſtr. Pacis (quod fluctuantem hactenus Reip. nauem in portum rurſus deduxit)* in Academiis Germaniæ omnino tractanda ſunt & quidem abſque omni fuco & adulatione. Nec eſt, quòd ſibi metuant *Monarchomachi*, vt, ſi Imperatoris Maieſtatis iura ſolidè non adſcribantur, exteri Imperatoris præcedentiam ſint in dubium vocaturi. Exteri enim noſſe debent *Imperij Maieſtatem, quæ in Capite & Membris reſidet*, in Capite, tanquam digniori parte extra comitia repreſentari; *nec* illud *caput à reliquis membris quaſi amputatum conſiderari poſſe*: Adeoq; venerabilis Imperij Maieſtas in Capite ab exteris debet adſpici, & reuereri, vt alias, quando vnus alterum conuenit; viſio in caput primum, ac dein in cætera membra dirigi ſolet. *Vnde verò eſt quod hodie Maieſtas Imperij in Capite & membris reſideat?* quum olim apud Romanos ſecus ſeſe habuerit. R. Poſtquam Maieſtas Imperij deficiente ſtirpe, quæ ſucceſſorio iure ſibi eam vindicaret, ad Ordines Imperij, tanquam vacans, delata eſt, & illi per electionem Caput ſiue Imperatorem conſtituendum eſſe decreuerunt, accidit id, quod in eiuſmodi caſu plerunque accidere ſolet, vt quæ ante Monarchia, & pæne illimitata erat poteſtas, eam Proceres [anteriorem atque priſcam libertatem, quæ apud priora ſecula ante Carolum M. obtinuit, reſpicientes] pro lubitu coarctarent, & quum in ipſorum arbitrio eſſet eligere, quemcunque vellent, eidem etiam leges iuxta antiquum libertatis Germaniæ genium præſcriberent, quaſcunque vellent. Hinc factum eſt vt maieſtas illa [quæ à Francicis Regibus & præſertim à Carolo M. in Germaniam inducta & ſtabilita erat] paullatim imminueretur, & potiſſima maieſtatis iura ad Imperium vniuerſum fuerint tranſlata [*Confer. ſupr. n. 2. h. Diſc.*] Hinc etiam apparet iura Imperatoris præcipua melius relicta, quàm reſeruata appellari. Imperator enim tantam, quanta pro lubitu Procerum in electione ipſi defertur poteſtatem ſuſcipit.

Ferdin. III. Imp. encomium.

Inſtrumentum Pacis columen Imperij.

Imperator Imperij maieſtatem repreſentat extra comitia.

Quare Imperij Maieſtas hodie in Capite & membris reſideat.

XVI. Notandum hic vlterius, in nonnullis Imperij iuribus Maieſtaticis Imperij ſtatus inſignem prærogatiuam habere præ Imperatore. 1. in legibus præſcribendis per Capitulationes; quum tamen ſolus Imperator Statibus leges præſcribere nequeat. (*Vid. Inſtr Pac. art. 8. §. gaudeant.*) 2. Status Imperij inconſulto Imperatore fœdera inire poſſunt (*d. art. 8. Inſtr. Pac.*) Imperator verò hoc facere non poteſt (*Vid nouiſſ. Capitulat. Leopold.*) 3. *Euangelici Status* hodie per Pacem religioſam, Inſtrum. Pacis confirmatam, poſſident *ius ſacrorum* [quod minus rectè, quamuis communi loquendi vſu, *Epiſcopale* vocatur) & iuriſdictionem

Prærogatiua Statuum præ Imperatore.

Euangelicorum prærogatiua præ Catholicis.

Eccleſiaſticam in perpetuum ſibi acquiſiuerint. [*Vid. art. 5. Inſtr. Pac. verſ. Ius Diœceſanum.*) quo tamen tam inſigni iure, Imperantibus proprio, Imperator & Catholici Principes adhuc per Romani Pontificis iniurias carent. *Die Eccleſiaſtica iſt eine ſchœne Zierde aller Euangeliſchen Reichs Stænde.* Hoc iure enim freti iura conſtituendi Epiſcopos, id eſt, *Superintendentes* (quomodo Epiſcopos Auguſtinus vocat) ac reliquos Eccleſiarum miniſtros ſibi aſſerunt, iura Conſiſtorij, viſitationes Eccleſiarum, ac ſacrorum bonorum directionem ſibi meritò arrogant, fruſtra ringente Romano-Pontifice cū ſuo cucculligero Clero; Vt adeò Euangelicis rationes iuris territorialis (*Hohe Chur und Fürſtl. Græfl Herl. und Stædtlichen Obrigkeit*) plus omninò, quā Catholicis ſit tribuendum. Hæc ſanè iura, quæ Statibus præ Imperatore competunt, tanti ponderis ferè dixerim, quanti omnia Imperatoris illa, quæ vocantur, *Reſeruata*, quæ plus nomine, quàm vi imperij, inuoluunt. Vnde, *ſi vera potius, quàm dictu ſpecioſa afferre velimus, aſſerendum omnino eſt Imperium ſi non pura ſit Ariſtocratia, tamen mixtum* eſſe ex Monarchiâ & Ariſtocratia, ita tamen, vt Ariſtocratia præualeat atque præponderet. Vt itaque diſcurſum de maieſtatis Imperij iuribus terminemus, ita breuiter habendum: *Quædam iura ſoli competunt Imperatori*, quæ dicuntur *Reſeruata*: *Quædam ſolis ſtatibus, ſed non omnibus*, v. g. ius ſacrorum & Epiſcopale; quod ſolis Proteſtantibus adſcribimus: *Quædam denique & Imperatori ac Statibus ſimul*, vt ſunt pleraque iura maieſtatis *art. 8. §. gaudeant. in Inſtr. Pac.* deſignata.

Reſeruata rectius, ſeparata ac ſingularia iura. Iudicium de forma Imperij. Iurium Imperatoris ac Statuum diſtinctio atq; differentia.

De titulo maieſtatis qui Imperatori tribuitur.

XVII. Dicis quid ni Imperator noſter Maieſtatem habeat, quum ipſi titulus: *I. Kayſerl. Maieſtæt*, tribuatur? R. Quando Imperatori maieſtatis titulus tribuitur, Maieſtas non accipitur pro ſummo Imperio, ſiue iuribus maieſtatis; ſed pro Auguſtiſſima dignitate & eminentia. Quòd verò ipſam Imperij maieſtatem attinet ipſum nucleum ſiue experientiam publicam in conſilium adhibere debemus, non verò corticem & externa curialia, vt & neque Reinkingij, & qui illum ſequuntur, opiniones attendere debemus. Imperatori tanquam Capiti Imperij, tribuitur quidem titulus Maieſtatis; Sed Imperator non eſt tale Caput Imperij, cuius cerebrum pro arbitrio ſuo reliqua corporis membra gubernare queat; ſed quia primus atque præcipuus in Imperio Princeps eſt. Non enim eligitur Imperator, vt Dux Venetus, & quidem talis, qui vt verſatile lignum manibus tractari poſſit, ſed tanquam temporale Caput Populo Chriſtiano. *Hippolitus à Lapide* quando de Imperatoris poteſtate agit, in ſtyli defectu; *Reinkingius* verò. *Wizendorf*, *Stamlerus* & alij in exceſſu peccant. Maieſtas enim Imperij non abſolutè in Imperatoris perſona reſidet, vt Stamlerus vult (Periret enim illa Imperatore mortuo vbi interea

Venbrabilis opinio de capite Imperij. Iudicium de Hippolito à Lapide, Reinkingio, Stamlero, &c.

temporis

temporis donec novus Imperator eligatur, Vicarij vident, ne quid Reſpub. detrimenti capiat.) Eſt ergo Imperij Maieſtas in Capite (nempe Imperatore) & Membris ſiue Statibus. Capiti tamen, tanquam principali parti à reliquis membris defertur titulus maieſtatis, vti alias à potiori & digniori ſolent denominationes deſumi. *Fruſtra* verò & *Reinking.* & *Stamlerus ſunt dum Imperij* noſtri *Status pro nudis conſiliarijs* tantùm *reputant, qui ad propoſitum & nutum capitis non niſi reſonabile Amen in fine addere queant.* Experientia enim tanquam rerum magiſtra longè aliud nos docet. *Die Stende rathſchlagen nicht allein, ſondern helfen auch mit dem Kayſer beſchlieſſen* vt conſtat ex Imperij legibus pro ſalute publicâ hinc inde promulgatis. In *art.8. Inſtr. Pac.* § *Gaudeant.* non habetur vox conſilij, ſed conſenſus & ſuffragij. Si *Reinkingius* librum ſuum aliàs egregium de *Regim. Secul. & Eccleſ.* poſt concluſam Pacem ſcripſiſſet, forſitan ob artic. 8. adeò clarum, vt ne Sol quidem meridiem illuſtret clarius, Monarchiam Imperatoris (quicquid etiam ſit de titulo maieſtatis) non adeò ſtrenuè defendiſſet. Adhoc conſilium nudum non eſt obligatorium, vt ex iure communi & ipſa recta ratione patet. Quod ſi ergo Status eſſent nudi conſiliarij (Miror iſto vocabulo illos Monarchiæ idololatras quod cum venia illorum ſcriptum eſto, Imperij noſtri columnas adeò dehoneſtare!) & non ſimul Archontes, Imperator vtique auditis eorum ſuffragiis aliquid in Imperio decernere poſſet, etiamſi diſſentirent Status, quod eſt contra notoriam Imperij praxin, (& art. 8. *Inſtr. Pac.*) Falſum eſt etiam, quod *Stamlerus* putat: *Si iunctim penes Imperatorem & ſtatus maieſtas in Comitiis reſideat, extra Comitia perire omnem Imperij maieſtatem:* Illa enim nihilominus ſalua manet in Capite & Membris, ex quibus Imperij noſtri corpus conſtat. Exercitiũ verò maieſtatis iurium non niſi in Comitiis obtinet. Quemadmodum itaque caput ſine reliquis membris, ſiue hæc ſine capite totum & integrum corpus minimè conſtituunt; ita *tota imperij Maieſtas neque ſeparatim in capite, neque ſeparatim in membris reliquis eſt.* Et quemadmodum capite cum reliquo trunco vnico corpus maximè viuit & floret; contrà capite ablato truncus reliquus inutilis; ita etiam *in rebus Germanicis obſeruare eſt; quoties caput & membra fuere inuicem vnita, toties maieſtatem Imperij viuidam ac floridam; diſrupto verò ciuili illo vinculo pallidam ac pene intermortuam fuiſſe. Sua itaque autoritas conſtet Imperatori,* tanquam Comitiorum Directori, & extra comitia Imperij Adminiſtratori atque curatori ſeu (vt alij loquuntur) tutori, titulusque maieſtatis ipſi tanquam capiti ſeruetur illæſus. *Iura verò, libertates, &* Synarchia *ſiue* Condominium *Statibus etiam maneat illæſum ac ſemper inviolabile.* Quoties hæc harmonia obſeruata, toties Imperij Orbis fuit tranquillus, vt ſub Ferdinando I. & Maximiliano II. Imperatoribus: Quoties

Vera ſententia de Imperij Maieſtate.

Status Imperij nõ ſunt nudi conſiliarij.

Stamlerus notatur: Et in Comitiis κατ' ἐξοχὴν & extra illa repræſentatiuè floret Imperij Maieſtas in Imperatore.

Intereſſe Imperij genuinum.

autem hæc harmonia ſusque deque habita, vt ſub Carolo V. & Fernando II. contigit, (uti paſſim conqueſtæ ſunt Illuſtres Imperij animæ, ceu ex Diſc. 1. part. 1. ſuprà patet, toties ſine rectore & remigibus fluctuauit Reip. noſtræ navis. *Arſacis* enim *regno acrior eſt Germanorum Procerum libertas, neque adductius regimen Hiſpanicum eorum ſtomachi concoquere poſſunt*, id quod acta huius & ſuperioris ſeculi ſatis manifeſtum dedere. *Maieſtas Imperij non aliter ſibi conſtat, niſi dentur Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & relinquantur Statibus, quæ ſunt Statuum.* Vel maximè itaque *Imperij intereſt, vt reſidua Statuum grauamina* non enſe, non ferro, non armis; ſed ſalutaribus remediis *ſine vlla violentiâ in comitiis terminentur, & Pacificatio Weſtphalica*, quæ diſſidiis inter Caput & Membra amneſtiam (*art. 1.*) induxit, *vnanimiter & conjunctim ſeruetur illæſa.* Notum (eheu!) ſatis eſt quomodo in triennali bello non modò Caput, ſed etiam manus, pedeſque cæteræque Imperij corporis partes rectoriæ dira diſcordia inter ſe commiſſæ ad extremam tandem tabem peruenerint. Ego ex animo Deum ter Opt. terque Max. veneror, vt Reip. noſtræ navis ob cauſam Iuliacenſem (de qua *art. 4. Inſtr. Pac. in fin.*) non in mare nouum deueniat ſed vt fortiter portum occupet. Satis enim nudatum eſt remigio latus, & malus celeri ſaucius Africo antennæque gemunt, ac ſine funibus vix durare carinæ poſſunt imperioſius æquor.

Tranquillitas Imperij in illæſa libertatis Germanicæ conſeruatione conſiſtit.

Alterum intereſſe Imperij genuinum.

Intereſſe Imperij in eius tranquillitate conſiſtit.

O navis — niſi ventis
Debes ludibrium, caue.

An principibus competat regia iuriſdictio ſiue poteſtas.

XVIII. Hactenus egimus de ſummi Imperij Maieſtate quia verò in ſingulis Germaniæ regionibus peculiare regimen, Summi Imperij æmulum, deprehendimus (Vid. *Dn. Ludolph. Hug. Diſſert. Inaug. de Statu Region. German.* in tot.) hinc quæritur non immeritò, an Principes quoque Imperij maieſtatem habeant? Communiſſima eſt Publiciſtarum ſententia (quam *Dn. Ludolph Hugo* l. c. elegantiſſimè illuſtrat.) *Quemlibet Principem in territorio ſuo tantum poſſe, quantum Imperatorem in vniuerſo Imperio* (cæteris ſcil: paribus poſſunt enim ſinguli ſtatus longè plura in ſuis territoriis quæ Imperator non poteſt ſolus in vniuerſo Imperio) *Ein Erbbelehnter Herr mag bey den Unterthanen eben daſienige* (imò plus) *thun, vvas der Rœmiſche Kaiſer im Reich macht hat.* Quum an. 1639. (menſ. Aug.) Rex Perſarum Legatum ad Holſatiæ Ducem, ad commercia promouenda remitteret, talis Duci Holſatiæ titulus fuit attributus: *Dem Groſmechtigen vnd durch Gottes Gnade ſehr reichen, ſanftmütigen, gnadigen, vnd aller Chriſtlichen Fürſten furnembſten, gütigen vnd derſelben lande hœgſten, der den Kœnig Tſchimſchid, (deſſen Haubt vvie die Sonne glanzet] gleich iſt, in Holſtein regierenden Herrn.* (*Vid. Theat. Europ.* ad an. 1639. Videmus ex hoc titulo quàm honorificè exteri de Germanis Principibus ſentiant. Vt autem in rei veritatem penetremus,

ita

ita ſe res habet. Dn. *Lampadius* (p.3.c.3.§.5.) affirmat Principibus Imperij ſummam poteſtatem independenter competere, propter liberam independentemque ſuffragandi facultatem & iura, quæ tamen ſententia videtur planè noua, nec temerè admittenda. Lampadius etiam ſolido argumento non probauit illam ſuffragandi poteſtatem Principibus independenter competere, proptereа quod ſint variarum ditionum territoriorumq, Domini. Talia autem dominia non poſſident ſimpliciter iure proprio, ſed beneficiario, quòd nimium ſint à Cæſare autoritate Imperij conſtituti Duces, Principes, Comites, &c. Principes ergo ſunt capita ditionum, non tamen independenter, ſed Cæſarum atque Imperij beneficio. Longè rectius ſumma quædam & regia poteſtas Principum quærenda fuerit, in illis iuribus Regalibus, quæ domi quiſque habet circa bellum & pacem, ferendas leges, fœdera, &c. Hæc enim qui vnus tenet independenter, is demum regiâ poteſtate fruitur. Hæc autem omnia Principes dependenter habent, quum Principes ferè omnes ſint obnoxij poteſtati ſuperiori, nec plenam horum omnium poteſtatem habeant. Imò certum eſt, omnem poteſtatem eſſe apud Principes iure beneficiario tantùm. Si ergo dependentur, certè non verè regio iure Principes noſtri fruuntur. Quoniam tamen pleraque Summæ poteſtatis munia Principes exercent. illudque beneficiarium vinculum, quo ipſi Cæſari ſunt adſtricti, reapſe ſit exiguum, quippe quum hereditario iure atque plene, ſi pauca demas, ditionibus præſint, hinc Principes in ditionibus ſuis prope regiâ poteſtate fruuntur; ac proinde Germanicos Principatus, ſi non omnino, ex parte tamen, atque adeò imperfecta regna ſunt (Dn. *Conring. ad Lampad. l. cit.*) Notandum hic eſt Sereniſſ. ac Potentiſſ. *Electorem Brandeburgenſem* ante paucos annos *Ducalem Boruſſiam* à Polonis accepiſſe cum liberâ poteſtate, adeòque quoad illam partem Dn. Elector verè Regiam poteſtatem hodie exercet. De Principe Arauſionenſi Vid. *Dn. Conring.* de Finib. Imper. Quomodo Potentiſſ. Domus Auſtriaca hodie in Bohemia & in aliis hereditariis prouinciis regiam ferè poteſtatem ab Imperio tamen dependentem exerceat, alibi exponetur. Noterur hic quod ii, qui illud Doctoribus familiare dictum: *Quilibet Princeps tantùm poteſt in ſuo, &c.* primùm protulerunt, reſpexerint antiquorum Cæſarum Romanorum poteſtatem, credentes eandem iure & Regibus noſtris competere, quâ in re tamen falſi ſunt, vt ex ſupradictis patet. *Non verò, qui confitetur Principibus competere poteſtatem omnem dependenter, quidquam de iure illorum eripit, aut eo ipſo aſſerit, licere Cæſaribus illam Principibus pro arbitrio eripere* (Exemplum in Megapolitanis Ducibus eſt odioſum) vtpote quum non omne quod dependet à Cæſare à mero ipſius nutu & arbitrio dependeat (*Dn. Conrin. ad Lampad. l.c.§.8.*)

Lampadius notatur. Principibus & Statibus Imperij non cōpetit ſumma poteſtas independenter.

Conringij ſententia de hac re.

Elector Brādeburg. ratione Ducalis Boruſſiæ habet abſolutam regiā poteſtatem.

Explicatio dicti: Quilibet Princeps tantùm poteſt, &c.

DISCVRSVS XI.

DE
IMPERATORIBVS
in Specie,

Siue de,

Statu Reipubl. Imperij Romano-Germanici à Carolo Magno vſque ad Rudolphum I. Imp.

I. QVIS ſtatus Reipubl. Imperij fuerit ſub Carolingis, ſatis ex hiſce, quæ ſuprà in *Diſcurſ. de Germanorum* Imperio *Romano, & de Regno Germaniæ*, in medium adducta ſunt, non poterit non eſſe manifeſtum, vbi pluribus expoſitum, quomodo per diuiſiones à Ludouico Pio factas & fratrum diſcordias florentiſſima Caroli M. Potentia corruerit. Errorem dein errore cumulauit *Carolus Caluus* Imp. qui, quum corrupto Pontifice, præ Ludouico Germanico ad Imperium peruenisſet, metu fratris, vt Italiæ regnum firmius muniret, *Duces* nouos *in Italia* creauit, quæ res Carolingis & ipſi Italiæ malè ceſſit. *Carolus* poſteà III. cognomento *Craſſus* clarus & felix fuiſſet, ſi tam ſciuiſſet parta tueri, quàm quærere. Duobus enim ſuis fratribus defunctis, Germaniam omnem, Italiam & Galliam obtinuit, quod Præter Carolum M. & Ludouicum Pium nemini contigit. Adeò plus eſt prouincias retinere, quàm facere, (*Flor*. l. 2. c. 17.)

Mutationes Imperij Franco-Romani.

Caroli Calui Imp. error.

Caroli Craſſi Imp. infelicitas.

Facilius eſt quidam vincere quàm tueri.

Nec minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri:
Caſus ineſt illic: hic erit artis opus.

Omnino

Omnino artis opus excellentiſque ingenii eſt ac ſummæ prudentiæ tueri parta. Fortitudo enim ad acquirendum, ſed prudentia ad conſeruandum prodeſt. (*Campanell.* de Monar. Hiſpan. c. 32.) Infeliciſſimus itaque Carolus Craſſus Imp. vel propria culpa à Normannis in magnas anguſtias redactus, tandem inutilis Imperio, nec animo, nec corpore valens, viuum quaſi ſucceſſorem habuit *Arnulphum*, Carolomanni Bauariæ Regis filium. Hic Arnulphus nullam prouinciarum pacatam accepit, ſciſſumque ſub eo diuerſis modis Imperium, quum ſingulæ prouinciæ ſingulos Reges creare niterentur.

II. Deficientibus hoc modo Carolingis inter Italos ac Germanos de Imperio certatum. Initium factum An. C. 888. primo Arnulphi Imperatoris anno. Tum enim *Berengarius* & *Guido*, Duces Imperatoris Caroli Craſſi, de Imperio Italiæ certare, ſeque Imperatores Romanorum appellare, à quo tempore perpetuos Imperatores Italia habuit vſque ad an. 908. Quippe imminutâ Francorum potentiâ, nec dum adulta Germaniæ autoritate, Itali arbitrabantur, ad nullos potius, quàm ad ipſos ſpectare Imperij dignitatem (vt rectè Dn. *Hornius*, quem hoc & ſequenti diſcurſu maximè ſequimur, cenſet) & maximam rebellandi occaſionem ipſis præbuerunt fatales eo tempore *Normannorum* & *Hungarorum* in Germaniam Galliamque anniuerſariæ eruptiones. Ita bella ciuilia quæ inter ſe poſteri Caroli M. geſſerunt anſam dederunt Normannis & Hungariis, quos olim contuderat Caroli M potentia regnum Francorum rurſus inuadendi, vt ſolent turbatis aquis bene capi anguillæ, & ciuiles clades hoſtibus prodere remp. Quantum tamen otij dabatur à bellis Barbaricis, id Galli ac Germani expeditionibus Italicis contra Pſeudo-Imperatores Berengarios, Guidones, Lambertos & Adelbertos impenderunt. *Inter has turbas Epiſcopi Romani auctoritas magis magiſque inualuit, & Romani inter varios magiſtratus fluctuare*, ac non ſemel ad antiquam ſuam Rempubl. & libertatem reſpicere eiectis Regibus & Imperatoribus Conſules more maiorum ſibi creare.

Mutatio in regno Italiæ.

Bella ciuilia Imperium Franco-Romanum perfunderunt

Bella ciuilia exteros in Remp. attrahunt.

Romani Pontificis Incrementa cum imperii damno.

III. Imperio huic Italico finem impoſuit *Otto I.* qui Adelbertum vltimum Italiæ Regem captum in Bauariam relegauit, ac Italiam Imperio Germaniæ ſubjecit an 969. Initium Imperij Romano-Germanici cœpit A.C. 911. Quum enim *Ludouicus IV.* cognomento *Tranſmarinus* propter immaturam ætatem ad res gerendas difficillimo illo tempore ineptus eſſet, turbatis Galliæ rebus, & Carolingorum familia iam ad extremam tabem deducta; Proceres vtriuſque regni de creando nouo Imperatore ſatagere; nonnullis in Carolum Simplicem Galliæ Regem, aliis in *Conradum* Franconiæ Ducem inclinantibus. Atque *hic ſuffragiis* ac conſenſu Populi ſuperior *primus Imperium à Gallis ad*

Imperii Italici finis.

Italia Regnum Germanico Imperio adiungitur.

Initia Imperii Romano-Germanici.

Gallia amittit axioma Imperij Romani. *Intereſſe Imperij contra Gallos.*

Germanos tranſtulit, à cuius temporibus perpetuâ quaſi lege excluſi ſunt Galli, ac non ſemel armis eò adacti, vt legitimam Imperatorum Germanorum autoritatem agnoſcerent. A temporibus Conradi vſque ad exceſſum Friderici II. Imperium partim fuit electivum, partim hereditarium, ita tamen vt maximam partem ſucceſſio hereditaria prævaluerit. Electio fiebat in communi Principum conuentu, & omnes ius ſuffragiorum primis temporibus habuerunt: Nulla adhuc inter Electores ac alios Principes differentia. Hereditarium fuit ſub Ottonibus: Legimus etiam filios minorennes à Parentibus ſucceſſores declaratos. Cum Henricus V. abſque liberis diſceſſiſſet, mox ſub Friderico I. electio, dein ſucceſſio iterum inualuit. (*Vid. ſupra Diſcurſ. de Elect. Imper.*)

Diuerſi Marchionatus in Germania oriuntur. *Intereſſe Imperij ratione finium conſeruandorũ ac tutandorum.*

IV. Sub *Henrico Aucupe* an. 930. aduerſus Bohemos, Polonos, Sileſios conſtitutus *Marchionatus Miſniæ*; An. 928. contra Hungaros *Marchionatus Auſtriæ*: An. 927. aduerſus Heneros *Marchionatus Brandeburgenſis*, & aduerſus Danos *Sleſuvicenſis*. Hi Marchiones cum multa Barbaris eriperent loca, paulatim auctâ ditione & potentiâ magnis Principatibus originem dederunt. *Ottonum dein* magna Romæ ac in Italia autoritas fuit. Illis Papas creare, & deponere; nondum adulta Epiſcopi Romani potentiâ. Imperium itaque peruenit à Francis ad Saxones, ab his ad Suevos; dein ad diuerſas familias, denique ad Auſtriacos, aliquamdiu interruptâ ſucceſſione. devolutum eſt.

Bambergenſis Epiſcopatus.

V. A. C. 1002. Imperium ad Bauaros tranſlatum, quorum primus fuit Imperator Henricus II. qui *Bambergenſem Comitatum*, maſculo carentem herede, in Epiſcopatum conuertit, à quo ſeculares Electores officia quædam in feudum recognoſcunt, de quibus infrà in *Diſcurſ. de Electoribus.*

Burgundia ad Imperium peruenit. *Intereſſe Imperij quoad fines creſcit.* *Teſtamentis etiam regna deferuntur.*

VI. A. C. 1024. Imperium ad Francos relatum electo Conrado Salico, id eſt, Franco, Sub hoc *regnum Burgundiæ* ampliſſimum, quod totam Helvetiam, Sabaudiam, Burgundiam vtramque, & magnam Galliæ Lugdunenſis partem complectitur, ad Imperium Germanicum teſtamento Rudolphi III. an. 1033. pervenit; quod regnum alio modo dictum fuit *Arelatenſe*, à Metropoli Arelate, cuius nomine Galliæ Reges diu vaſalli Imperij fuerunt, donec à Carolo IV. pecuniâ redimeretur, vt vulgo ferunt; Vide tamen *Dn. Conring.* de finib. Imp. & *ſuprà Diſc. de Imperatore Rom. Germ.*

Imperatorum poteſtas in Papas *Occaſio turbarum inter Pontifices & Imperatores.*

VII. Conrado ſucceſſit *Henricus III.* qui Pontifices Romanos pro lubitu depoſuit & inſtituit; iuramento inſuper à Romanis extorto, ne inſcio atque inuito Imperatore eligerent Papam. Hæc occaſio fuit ingentium turbarum inter Pontificem Rom. & Imperatores, quæ poſt obitum Henrici III. imperante filio eius Henrico IV. exarſerunt. Poſtquam

quam

quam enim potentia Rom. Pontificis variis incrementis ad robuſtam maturitatem contra omnes iuris diuini & humani regulas peruenisſet, ambitioſi ac ſuperbi Papæ legitimæ obedientiæ repagula laxare atque diſrumpere quo iure quave iniuriâ laborarunt. Præcipua fax fuit *Hildebrandus* ſiue Gregorius VII omnium quicunque fuerunt Pontificum ſceleratiſſimus. Et Henricus pravâ educatione, aliiſque vitiis exoſus, ſe tot difficultatibus involuit. Adeò à teneris Regum & Principum animis virtutes inſtillare ſuprema parentum, & qui eorum vicem implent, lex eſt. Bona enim & mala Reip. ex hac re vel probè obſeruata vel remiſſius curata reſultant, vt veriſſimè dixerit ſapiens: Omnem futuram Rerumpp. felicitatem ex hoc capite tanquam fonte fluere. Præcipuè Henricum Saxones exagitarunt, contra quos non minora, quàm Carolus M. geſſit bella. Succeſſit *controuerſia de Epiſcopali per annulum & baculum inueſtitura.* Eam ſibi, contra omnem Eccleſiæ conſuetudinem, inaudito exemplo, vendicare Hildebrandus, ac ius ſuum ſibi aſſerentem Henricum, quod nunquam contigerat, Imperio deponere, Principes fide & obedientiâ abſoluere, *novos Anti-Cæſares creare*, horrendis confuſionibus Germaniam & Italiam involuere: Henricus ab omnibus deſertus, tandem vltimæ neceſſitati cedere, ſeque Hildebrando ſupplicem ſiſtere coactus fuit: factum hoc in arce Canuſina, media ac atroci hyeme. Quarto die ægrè admiſſus leges accepit intolerabiles, ac horrendis execrationibus obſtrictus fuit, ne vnquam ab obedientia Pontificis recederet. Interea ſpoliatus Imperio à Saxonibus, quod Hildebrandus perfidè in *Rudolphum Sueviæ Ducem* contulit. Henricus, læſa ſæpius patientia in furorem verſus, primò Rudolphum acerrimo prælio proſtravit, ac dein Hildebrandum depoſuit: Hildebrandus ità incenſus, ima ſummis ac quadrata rotundis mutans armauit dein filium Henricum in patrem, à quo Pater Moguntiæ in conſeſſu Procerum damnatus, ac Ingelhemij ab Epiſcopis veſtitu & inſignibus Imperialibus ſpoliatus fuit. *Hæc Henrici IV. vita tragica fuit, qui nulli Principum à temporibus Alexandri M. & Iulij Cæſaris fortitudine bellica conceſſit.* Quippe qui bis & ſexagies aperto Marte ſemper victor extitit. Cæterùm aduerte hic orbis terrarum, quomodo folium in hoc negotio ſit verſum! Primi Papæ pietate & ſanctitate vitæ regno cœlorum potiti ſunt: Poſteriores verò ab hoc Gregorio VII. præcipuè vſque ad noſtra tempora Acherontem ipſum perrumpere auſi ſunt: Ita Pluto iugum accipere, & Papam dominum agnoſcere cogitur: ſe verò ipſius Vaſſallum & carceris Pontificij veluti commentarienſem; (*Innocent. Gentillet.* in Antimachiavell. Commentar. 3. Theoremat. 7.) Vt proinde Petrus Damianus Gregorium ſeptimum

Controuerſia de Epiſcopali inueſtitura.

Nota horribilem Papæ audaciam.

Papa turbat Imperium.

Regnum Anti-Chriſti incrementa ſumit.

Horribilia Papæ ſecreta.

Intereſſe Imperij per Papæ tyrannidem affligitur

Henricus IV.

Simile elegans circa Hieromonarchiam Papalem.

Sanctum Satanam, & alij titionem infernalem rectè appellarint (add. *Lanſ.* in orat. contra Ital.) Scitè Caroli Sapientis, Francorum Regis ſeculo Ioannes Theologus Minor Auenione Papalis tyrannidis initia atque progreſſus pulcherrimis hiſce verborum involucris expoſuit; Fuiſſe diem (per ambages dictitauit) quâ cum omnia quæ gignere natura poteſt genera volucrum iam in lucem edita, atque veſtita quæque ſuo decore ornatuquè eſſent, apparuerit diuinâ ſpecie avis, ſed ea implumis, atque idcirco quæ volitare, ſeque alere vagando non poſſet: Verùm miraculo Majeſtatis, miſeratioņequè inopiæ adductas cæteras volucres, ne fame miſeriaque periret, ex ſuo quamque corpore aliquid plumarum pennarumque in illam contuliſſe, quò ad cibum capiendum ferretur, victitaretquè: Hanc vbi ſeſe tanto honore dignitatequè haberi ſenſit, faſtu ſpiritibuſque inflatam, tantam in ſe cæteris alitibus iram mouiſſe, vt omnium conſenſu ſpoliata redactaquè ſit ad priſtinam egeſtatem, &c. Sapienti ſat dictum.

Intereſſe Imperij decreſcit mirum quantum per remiſſionem, inueſtituræ Epiſcopalis. Contra verò intereſſe Papale creſcit.

VIII. *Henricus V.* filius, quum Paſchaſio extorſiſſet ius inueſtituræ, paulò pòſt ab eo excommunicatus, ac à Lothario Saxone victus tandem iure ceſſit antiquiſſimo Imperatorum, ac omnes Epiſcopatus immediatè Pontifici Rom. ſubmiſit, à quo tempore etiam continuata fuit tyrannis Pontificum Romanorum; & dimidium Majeſtatis Imperatoriæ perditum. Ita ſemper Imperij noſtri decrementum, eſt Pontificiæ ſedis incrementum. O ſcelus! O peſtis! O labes!

Lotharius II. Imp. Reſtitutio in integrum Iuris Ciuilis.

IX. An. 1125. Henrico *Lotharius Saxo* ſucceſſit; ſub quo iuris Romani reſtauratio contigit, vt Dd. communiter docent; contra quos accuratè rem gerit *Dn. Conring. in* Tract. *de Orig. Iur. German.* Vulgo Politici, inter quos Lipſius familiam ducit, irati ſunt bono huic Lothario, quod ius Ciuile Iuſtinianeum rurſus Orbi Europæo reddiderit. Cæterùm hic multi deliquium rationis patiuntur, vt aliàs dicetur.

Guelphorum & Gibellinorum factio. Conradus III. Imper. Intereſſe Imperij per diſcordias ciuiles à Papa ortas interiit. Motus ex Italia & factiones.

X. An. 1138. ſucceſſit *Conradus III.* Suevus, ſub quo feralia illa factionum nomina *Guelphorum* & *Gibellinorum* audita ſunt. *Origo talis:* Contendebant de Imperio duæ potentiſſimæ familiæ, Henricus Superbus Bauariæ & Saxonum, & Conradus III. Sueviæ Dux. Henrici frater erat Guelphus. Quumque an. 1140. prælium ad Winsbergam committeretur, Bauari inclamare ſuum *Guelphum* Suevi ſuum *VVeiblingen*, quod oppidum hodie Ducatus VVurtembergici eſt, & in quo natus & educatus Conradus erat. Ex hoc nomine VVeiblingen Itali Gibellinos fecerunt. Certiſſimum eſt ab eo tempore per tria ſecula & amplius Italiam in duas ſciſſam factiones. Nam qui partes Imperatoris ſequebantur, *Gibellini*, qui Pontificem & hoſtes Cæſareorum *Guelphi* dicti, & hodie factionum illarum reliquiæ apud Italos ſuperſunt.

XI. His

Expeditionũ in terrã ſãctam cauſa.

XI. His ipſis temporibus Occidentales ſiue Latini plus quàm humana audacia *pro recuperanda terra ſancta expeditiones* ſuſceperunt, quæ tribus ſeculis perpetua quaſi ſerie continuatæ fuerunt. *Huius motus cauſa à Pontificis Rom. tyrannide, ac hominum eius ſeculi ſuperſtitione arceſſenda venit.* Quum enim Pontifices Henrico IV. & V. tandem extorſiſſent iuriſdictionem ſacram, ac inſuper noſſent, veriſſimum eſſe illud axioma: *Nullum violentum diuturnum*: Ne iterum Ottones aliqui emergerent, ac ius antiquum Imperio vindicarent, ablegare eos religionis ſpecie ac prætextu in Orientem viſum: Principes populuſque inſuper exiſtimabat, peccata nuſpiam efficacius quàm ad ſanctum Seruatoris ſepulchrum expiari poſſe. Iuuentutem excitabat gloriæ cupido, & agnata illi ætati curioſitas. Quid ſpecioſius, quàm perluſtrare abdita Orientis, Ægyptum ac Syriam toties nominatas in hiſtoriis regiones coram ſpectaſſe. Sed ſuper omnia ingens ad audaciam telum addidit Hieroſolymam, & in Sacris Scripturis ab ipſo Deo non nominata modo, verum etiam habitata loca perluſtrare. (Deſcriptionem eius belli vid. apud *Vvilhelmum Tyrium.*) Ita nihil aliud promptius ad Imperia diſcutienda, quàm vbi pietas & Deus, magna Nomina, præfiguntur impiæ ambitioni: Religio ſanctus titulus prauæ rei, ſub huius aquilis ſceleſtiſſima quæque ceſeſtis zeli & valoris laude contigit celebrari & graſſari. [*Frideric de Marſelaer* de legat. l. 2. cap. 21.) vſque adeò abutuntur religione ij, quibus ſua demum vtilitas Deus eſt. (*Famian. Strad.* l. 3. de Bell. Belg.)

Arcanum Papæ.

Religio hodie fit crebrò prætextus ſcelerum.

Bellum inter Conradum & Henricũ Superbum.

XII. Quum in Conrado III. Imperium perueniſſet ad Duces Sueuiæ in eorum familia ſtetit 168. annis. Conradi III. præcipuum opus fuit Henrici Superbi euerſio. Henricus enim quum ex magnis opibus & potentia in ſuperbiam lapſus, Conradum Imp. ſperneret, ab eo proſcriptus, omnibus ditionibus ſpoliatus fuit. Adeo verum eſt illud, quod Ludouicus XI. Rex Galliæ crebro in ore habuit: *Quoties præit ſuperbia, ignominia cum detrimento ſequitur.* (*Comine.* l. 1. cap. 10. & l. 2. cap. 4. add. *Prouerb.* 16. v. 18. & cap. 18. v. 12) Cum quo conuenit illud Mimi:

Comes ignominia ſit ſuperbi gloria.

Fridericus Imp. aſſerit iura & intereſſe Imperij.

XIII. Conrado ſucceſſit *Fridericus I.* ludibrium Pontificialis tyrannidis. Nam ab Alexandro III. excommunicatus, & Guelphorum per Italiam rebellione vexatus ſepties cum exercitu Italiam ingreſſus, vniuerſam potentiæ ſuæ vi fortiter ſubjecit, Mediolanum funditus excidit, ac ad perpetuam ſterilitatem locum, in quo ſtetera, ſale conſeuit. Tandem cum Venetias obſideret, eruptione filius eius captus, quem vt redimeret, pacem cum Alexandro Papâ fecit. Vulgaris traditio eſt Papam Imperatorem tum pedibus conculcaſſe;

An Frideri-cus à Papa pedibus con-culcatus.

Alij factum negant, quorum potior eſt ſententia. (*Vid. Georg. Regnum pecul. Tract.*) Non enim credibile eſt, autum hoc ſuiſſe tam contemptum Papam in armatum Imperatorem, vel tantam contumeliam laturos fuiſſe Germanos. Berneggerus & Remus, alter diſputatione, alter oratione publicè habita negatiuam propugnauit rationibus ſanè non contemnendis. Nimirum verbis Prudentij leviter immutatis.

----- Sæpè obſeruatio creuit
Ex vno quondam malè capta, deinde ſecutis
Tradita temporibus, ſeriſque nepotibus aucta.

Siue, vt *Seneca* loquitur (l.1. de vit. beat. cap.1.) Multi pecorum ritu ſequuntur antecedentium gregem, pergentes non quâ eundum eſt, ſed quâ itur. *Rupertus* (in Epiſt. ad Richter. pag.459.) ait. Tandem ſuſpicabar pictorem, qui Ahenobarbi hiſtoriam in publico Senatum atrio ante hos ducentos quinquaginta annos exhibuerat primum inſpectam Matthæo Dandulo & Aloyſio Mocenico Legatis Venetis, ſimplices ita infatuaſſe, vt ingenij luſum, tandem in veram hiſtoriam converterent: Et ſicut hodieque victorum imaginibus dicta & ſententiæ circumſcribi ſolent, ita pictorem addidiſſe: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulavit, & conculcauit leonem & draconem*; quæ eadem ſculptor quidam adiecit imagini & currui triumphali Heraclij Imperatoris, ſicut ex nummis conſtat. Imò acclamationem Byſantini populi hanc fuiſſe, tradit *Sigfridus* Epitomator bene vetus in ann.689. Vbi de Iuſtiniano Imperatore ita: *vtrumquè cepit* (Abſimarum & Leontium) *& eorum corda calcauit, populo acclamante: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & ſic decollati ſunt.* Hæc Sigfridus, quæ adeò ſimilia noſtris, vt hæc ad illa omnino picta & confecta videantur. Zeillerus quoque in Epiſtolis ſuis ſanc fabulam hiſtoricam doctè confutat. Ita ſæpenumero venditantur multa pro hiſtoriis, quæ tamen reuera ſunt ſabulæ. Ita etiam Beliſarium, Ducem Iuſtiniani, effoſſis oculis mendicaſſe contra Ioannem Tzezem, Petrum Crinitum, Raphaelem Volaterranum doctiores hodie negant, quod nemo ſcriptorum, qui Iuſtiniani æuo & paulò poſt vixerunt, memoriæ prodiderit. Venuſti admodum ſunt rythmi Germanici, quos de hac fabula Dn. *Peller.* (in Politico Scelerato denuo impugnato) refert:

Multa hiſto-ria vulgares fabulis ſi-miliores Beliſarius.

Gebt doch dem Beliſario,
Ich bin arm Gottes Willen.
Ein ſtücklein Brott, ſo iſt er froh,
Und Kan den Hunger ſtillen;
Der blinde Mann;
Nimbt alles an,

Daran

Daran iſt gahr Kein zvveiffel,
Vvar vor dem Fall,
Feld-General
Iezund ein armer Teüffel.

Quæ de liberis ciuitatis Hamelenſis, in Ducatu Brunſvicenſi, vulgò circumferuntur, ea contra M. Samuelem Erichium, olim Hamelenſis Scholæ Rectorem, doctè & ſolidè refutat, vir de literis bene meritus Dn. *Martinus Schoockius*, olim in Academiâ Groningenſi meus Fautor, in Tract. de Fabula Hamelenſi. Iam rurſus ad rem. *Fabula Hamelenſis.* *Schoockius.*

XIV. Friderico ſucceſſit eius filius *Henricus VI.* qui per conjugium cum Conſtantia Rogerij filia, Vvilhelmi Siciliæ Regis conſobrina, Siciliæ quoque Rex & Apuliæ Dux factus, illaſquè prouincias in perpetuum Imperio coniunxit, hac conditione, vt illud hæreditariò permaneret in familia Ducum Sueviæ. Ita Imperium publica lege hereditarium factum, quæ tamen cum morte Henrici VI. iterum abolita fuit. Quippe extincto Henrico, cum filius eius Fridericus adhuc minorennis eſſet, grave in Imperio Schiſma ortum fuit, diuiſa Principum in creando Imperatore ſententia. Quidam elegerunt *Bertholdum* Zæringiæ Ducem, qui Imperio mox renunciauit, Alij *Ottonem* VI. Ducem Brunſuicenſem, alij *Philippum* Sueviæ Ducem. Durauit lamentabile hoc diſſidium per decennium, nec niſi morte Philippi extingui potuit, qui Bambergæ in cubiculo ab Ottone Vvittelſbachio obtruncatus fuit. Ita ann. 1207. ſolus Otto remanſit. Papa tamen Romanus non diu ſinebat quietum Ottonem. Quippe hoc inter arcana Pontificatus Romani erat: *Imperatores perpetuis æmulis vexare*, atque ita eos ſuarum rerum ſolicitos reddere, vt omnem de Italia cogitationem deponere cogerentur. Excitauit autem Ottoni æmulum Fridericum II. Henrici VI. filium Siciliæ ac Neapolis Regem, Ducémque Sueviæ: ita Otto ab omnibus deſertus in Saxoniam ſeſe recepit, ac ſuſcepto contra Galliæ Regem Philippum Auguſtum bello, inſtructuſquè magnis ex Anglia ſubſidiis in Belgio profligatus, paulò poſt ex mærore animi deceſſit. Ita *Fridericus II.* diu ſolus regnauit, ſed non meliori fortuna, quàm maiores eius: Pontificum Romanorum perpetuus quaſi ſcopus, in quem fulmina ſua execrationis iraſquè vibrarent. Ipſe incredibili cum fortitudine tyrannidi eorum ſeſe oppoſuit: Italiam grauiſſimè afflixit, ac vltimus ferè Imperator in Oriente antiquam ſuſtinuit majeſtatem: Regno quoque Hieroſolymitano obtento: Vnde Reges Siciliæ (quales nunc Hiſpani) hodiéque titulo Regum Hieroſolymæ vtuntur. Sub eo duo fuerunt *Anti-Cæſares*, *Henricus* Turingiæ Landgrauius, & *Vvilhelmus* Hollandiæ Comes. Friderico extincto cæpit memorabile in Germania interre-

Regnũ Neapolitanum peruenit ad Imperium. *Henricus VI Imp. intereſſe Imperij ratione finiũ.* *Imperium publica lege hereditariũ.* *Electio Imperatorum arte & arcano Papali evadit diſcors.* *Otto IV, Imp.* *Arcanum Papæ aduerſus Imperiũ.* *Fridericus II ſtrenuus aſſertor iurium Imperij contra Papam.* *Regnum Hieroſolymitanum.* *Interregnum*

in Imperio maximè noxium, & contra intereſſe eius.

Ius manuale & via facti.

gnum 17. aut vt alij computant, 18. annorum. In eo ſumma Imperij confuſio fuit. Quod enim Sacra Scriptura in ſimili dicit occaſione: *Non erat Rex in Iſraël, & quilibet faciebat, quod volebat*, idem de hoc interregno dici poteſt. Ablato enim ſummo controuerſiarum iudice, membra Imperij inter ſe diſſidere, & ius in armis ponere, vt penes illum optima cauſa eſſet, qui fortior. Præcipuè illa calamitas ciuitatibus Imperij incubuit per Sueviam, Alſatiam, & tractum Rhenenſem, quorum vacuam poſſeſſionem (Conradino vltimo Sueviæ Duce Neapoli capite truncato) vicini vel proceres vel Nobiles invaſerunt.

Raubſchlœſſer.

Hac occaſione Germania arcibus montanis, prædonum nidis, impleta fuit, quarum vſque in hunc diem exſcindi reliquiæ non potuerunt: quamquam innumeræ paſſim per ſingulos ferè montes conſpiciantur ruinæ. Occaſio interregni huius excidium familiæ Sueviçæ fuit: quippe quum Friderici II. nepos Conradinus, ſolus ſupereſſet legitimus regni Neapolitani heres: quod Clemens IV. Papa tranſtulerat in Carolum Ducem Andegavenſem hac conditione adjectâ, ne vnquam Rex Neapolitanus ſimul Imperator eſſet:

Regnũ Neapolitanum per Papam ab Imperio abſtrahitur.

Papa intereſſe Imperij finium violenter lædit.

Arcanum Papæ.

Pontifex enim *ſemper pro arcana ſtatus ratione habuit, Imperatores ad incitas redigere, eorumquè potentiam*, ne vnquam in Italia reſurgere poſſent: *omnibus modis deprimere*. Hic Conradinus repoſcens iuſtis armis avitam hereditatem in Italiam cum exercitu contra tyrannum contendit. Prælio commiſſo, victus Conradinus, ac poſt aliquot dies, in ignota regione errans, ad piſcatorem delatus, petiit ab eo traiectum, ſimulquè pretioſum dedit annulum emendo pani. Quo indice proditus captusquè ac intra paucos dies à tyranno capitis damnatus, & cum Friderico Auſtriæ Duce in publico Neapolitanæ vrbis foro decollatus fuit ann. 1268 iuſſu ac ſententia Papæ Clementis, cuius notum reſponſum eſt: *Mors Conradini vita Caroli: Mors Caroli vita Conradini.*

Sanguinea Papæ ſententia.

Motuum adhuc hodie in Europa durantium origo.

Hoc, ante dies illos inauditum parricidium toti Europæ magnam attulit mutationem, ac inprimis Galliæ & Germaniæ funeſtum fuit. Quippe in ferali pugna conſtitutus Conradinus projectâ chirotheca fidei ac pietatis pignore, cum dextram tradere non poſſet, Iacobum Arragoniæ Regem Regni Siciliæ ac Neapolis ſuæque mortis inſtituit heredem. Factum, quod iuſſerat: & Petrus Iacobi ſucceſſor an. 1282. ſecreta conſpiratione vna hora omnes per Siciliam Gallos obtruncarūt, ac Siculis Veſperis memorabile nomen dedit, inſignemquè Conradino vltionem peperit.

Conradini voluntas vltima.

Veſperæ Siculæ Europæ induxerunt veſperam.

Intereſſe Imperij quoad leges fundamentales læſum.

Interea per Germaniam reperiri non potuit Princeps, cuius animus Imperij mole capax eſſet, extinctâ frequentibus in Paleſtinam expeditionibus, præcipua nobilitate. Tandem, indigno maieſtate Germanica conſilio, itum ad exteros fuit, magis factionum ſtudio, quàm quod vllus Imperio vtilis futurus eſſet. Diuiſi Electores aliqui

qui *Richardum* Cornubiæ Comitem: alij *Alphonſum X.* Caſtiliæ Regem elegerunt. Richardus mox inglorius in Angliam rediit: *Alphonſus deſerto proprio, quod ampliſſimum, regno, dum incertum more Æſopici canis ſectatur*, ſplendore & ſpe ſua fruſtratus à Germanis, & *à Sancto filio Caſtilia in reditu excluſus fuit*, inopemquè vitam, tantus modò Rex, in exiguo Murciæ angulo concluſit. *Non rabbians corvus deluduur.*

DISCVRSVS XII.

DE STATV IMPERII Romano-Germanici à Rudolpho I. Imperatore vſque ad Carolum V. & de DOMO AVSTRIACA.

I. QVVM poſt Friderici II. tempora per 18. annorum ſpatium non fuiſſet Imperator in Imperio, tandem Principes Imperij ex negligentia ſua veterna excitati de Capite iterum conſultare cæperunt, ac ingentibus edocti cladibus, cognouerunt, non reſpiciendam in Imperatore potentiam, neque diuitias, neque familiam, ſed ſolam virtutem ac fortitudinem confractam ferè Imperij nauem ex tot tempeſtatibus in portum pacis ac quietis deducere poſſe. Creatus autem præter opinionem fuit *Rudolphus Comes Habſburgenſis*: ac qui hactenus Ottocari Regis Bohemiæ Comes Stabuli, ſiue Magiſter Equitum fuerat, ad Imperij decus promotus, illud primùm Auſtriacæ Domui intulit. Publicata tum in turbulentiſſimo imperio generalis *Amneſtia*, quia tot controuerſiarum alius non poterat reperiri finis, & omnes per Germaniam etiam capitis rei liberi dimiſſi ſunt ann. 1273. Ita ſæpe ſumma reip. neceſſitas excuſat ea quæ aliàs iure ciuili ordinario excuſari minimè poſſunt, vt aliàs clariſſimè omnium obtutui ſiſtam. *Intereſſe Imperij rurſus in deliberationem venit.* *Rudolphus I. Imp.* *Imperialis dignitatis carbunculus peruenit ad Auſtriacos.* *Amneſtia ciuilium turbarum ſalutaris medicina.*

II. Grauem æmulum Rudolphus habuit in *Ottocaro* Bohemiæ Rege, cuius tanta fuit potentia, vt ab Italiæ finibus & Adriatico mari vſq; in Pruſsiam (vbi Montem Regium *Kœnigsberg* condidit) & Mare Bal- *Neceſſitas Rerumpublicarum.* *Kœnigsberg,*

thicum dominaretur. Cauſa diſſidij præter inuidiam Ducatus Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ fuit: Has prouincias Ottocarus iure vxoris ſuæ Margarethæ poſſidebat: Cumque eam repudiaſſet Ordines Imperij iudicarunt, eum quoque iure in has prouincias excidiſſe, eaſquè tanquam feudum in Imperium eſſe relapſas. Nihilominus durante interregno Ottocarum de violenta illarum poſſeſſione nemo deturbare vel potuit vel auſus fuit.

Divortij exemplum

Occaſio increſcentis potentiæ Auſtriacæ.

Vaſalli obligatio ad iuramentum fidelitatis præſtandum

Cunigundæ feruida oratio.

III. Rudolphus videns ſibi ad Imperium promoto, non ſufficere anguſtiſſimum Comitatum Habsburgenſem, prætendere tanquam Imperator in Auſtriam ius, ac euocare ad iuramentum fidelitatis præſtandum Ottocarum. Ille primò abnuere, deinde coactus armis Auſtriam tanquam feudum à Rudolpho ſuſcipere, ſed hac conditione, vt intra tentorium procul à conſpectu hominum iuramentum præſtaret. Tentorium ea confectum fuit arte, vt momento ductu funis collaberetur. Quum igitur Ottocarus coram Rudolpho in genua procubuiſſet, repente collapſo tentorio omnium oculis & ludibrio expoſitus fuit. Tanta iniuria altè Ottocari animum penetrauit. Sed ſupra omnia *Cunigundæ* vxoris contumelioſà oratione irritatus fuit, quæ impotens animi: Hæccine, inquit, *nobis ſpolia? hanc belli adoream refers? Omnes hodie tuâ operâ veluti mancipia veluti pecudes ſumus? Regina prouinciarum Bohemia tributaria facta; quum te olim ſuperaſſe Tartaros, exuiſſe caſtris Hungaros, Suriam armis acceptam, Italiam cum exercitu penetraſſe audiuerim. Felicem me tali nupſiſſe viro! Patremque, qui me Regi tam magnanimo tradidit, ſapientem exiſtimabam; neque Reginam eſſe toto orbe, cui me cedere oporteret.* Et poſt multas alias in maritum contumelias: *Tandem age*, inquit, *ſi tibi animus virilis deeſt, neque gladios intueri potes, ſine me Regem eſſe, experiar profecto Bohemisne an Teutonibus Imperium debeatur?* Hac oratione incitatus Ottocarus bellum annunciauit Rudolpho, ac prælium in Auſtria commiſſum; cæſa Bohemorum 14000. ac ipſe Ottocarus ad mortem vulneratus paulò poſt obiit ann. 1278. Ita Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola ad Comites Habsburgenſes peruenere, deditquè eas prouincias Alberto filio ſuo, *conditor Archi-Ducum* Regumquè Hiſpaniæ *Rudolphus*.

Muliebre conſilium ſceptris regnorū peſſimum.

Ecce muliebrem prudentiam ſiue potius ſtoliditatem.

Origo Archi-Ducum.

Intereſſe Imperij Rudolphus neglexit, priuatum verò bene auxit.

Intereſſe Imperij afflictū vaſtione finiū.

Centringius.

IV. Hic Rudolphus inter arcana habuit non ingredi Italiam, adhibito illo *Æſopi, quia me veſtigia terrent, omnia introrſum ſpectantia, nulla retrorſum.* Sed hoc modo Italia omiſſa, Pontifexque ſibi relictus, cum maximo Imperij Publiciquè Boni detrimento, Imperatoriam maieſtatem ſpernere cæperunt, Italiæque regnum in partes ſciſſum variis domicellis primum in prædam ceſſit, Venetis opima ſpolia ex illo ſibi vindicantibus, quos ſuperiori ſeculo propterea Maximilianus I. Imp.

tempo-

temporibus Imperij Germanici finibus decreuerit, optimè exponit Vir ſummus Dn. *Hermannus Conringius* in incomparabili libro *de Finibus Imperij*.

Adolphus Imp.
Exheredatio iniqua.
Emptio iniqua.

V. Poſt mortem Rudolphi creatus *Adolphus Naſſovius*, qui Princeps iniquus & iniuſtus; adeóque quum violenter in Thuringiam contra innocentiſſimos Principes *Diethericum* & *Fridericum Admorſum*, (quos Albertus frater iniquiſſimè exheredauerat, & à quo Adolphus Thuringiæ Landgrauiatum & Miſniæ Marchiam iniquiſſimè emerat) expeditionem ſuſciperet; totam Germaniam à ſe alienauit, ſuggerente varia argumenta odij Alberto Archiduce Auſtriæ. Ita remotâ iuſtitiâ quid regna ſunt aliud niſi magna latrocinia? Et

------Vbi non eſt pudor
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides;
Inſtabile regnum eſt------- Senec. in Thyeſt. verſ. 2. v. 215.] Hodie pro ciconia pietatis, & hippopotamo, iuſtitiæ typo, quæ duo Ægyptiorum Regum ſceptra inſigniebant, vulpes & leo, fraus & vis ſceptra ferè regere ſolent. Vt non inſubtiliter quidam Satyricus leges ſanctiſſimè olim habitas: Honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuiquè tribuere; non minus quàm legem Æliam ſentiam & Iuniam Norbanam, prorſus hominum moribus ſublatas eſſe dicat, miretúrque P. Rebuffum eas non inſeruiſſe libro ſuo abrogatarum legum. (Dn. *Forſtner.* in Hypomnem. Pol. Hypomn. 27.) Ita contra Adolphum electus *Albertus*, ac prælium mox commiſſum prope Vvormatiam ad Rhenum, in quo ipſe Adolphus manu Alberti confoſſus fuit an. 1298. die 14. Iul. ea ipſa die, qua poſt 300. annos Mauritius Naſſovius, victo ad Neoportum in Flandria Alberto Auſtriaco, vindictam huius necis iterum exegit.

Albertus Imp.
Vltio necis Regum differtur quidē ſed non aufertur.
Hēricus VII.
Rex Galliæ affectat coronam Imperialem.
Arcanum R. Galliæ.
Comites fiūt Imperatores.
Veneficij crimen.
Nota odium venenatum Papæ aduerſus Imperatores.
Papæ arcanum venenis Impp. debilitates necare

VI. Ann. 1308. *Henricus VII.* Comes Luzelburgenſis ad Imperium peruenit contra voluntatem *Regis Galliæ*, qui eo tempore conſilia agitabat transferendi ex Germania in Galliam Imperij, propter duas rationes, tum quod ſedes Romanorum Pontificum eſſet in Gallia Auenione ſcil. tum quod *Imperij dignitas in Germania adeò collaberetur, vt etiam Comites, mediocris fortunæ ad Imperium peruenirent.* Hæc conſilia neceſſitatem impoſuerunt Principibus, vt feſtinanter eligerent Henricum VII. qui pacata Germania vltimus Imperator Italiam perdomuit, ac Florentiam, in qua plus quàm 100000. Guelphorum, expugnauit. *Hunc Papa Rom. eius exitium quouis modo quærere, ac cum perueniſſet Bonconventum in vicinia* vrbis Piſanæ à Monacho ipſi *in ſacra hoſtia venenum porrectum* fuit. Dicitur hanc vocem emiſiſſe: *Calix vitæ eſt mihi calix mortis.* Ita ann 1313. Piſis optimus Imp. obiit.

VII. Poſt mortem Henrici gravia in creando Imperatore per Ger-

Origo diſſidij inter Palatinã & Bavaricam Domum. maniã orta ſunt bella. Quippe diui ſi Electores Moguntinus Bohemus & Brandeburgicus *Ludouicum Ducem Bauariæ*, &c. Colonienſis, Comes Palatinus & Saxo *Fridericum Pulchrum* Archiducem Auſtriæ elegerunt. Hinc grauiſſimum tota Germania bellum, ac *ea occaſione diſſidium inter Comites Palatinos & Duces Bauariæ cæpit, quod in hunc vſq; diẽ durat.* Quippe Ludouicus fratrem ſuũ maiorem Rudolphum Electorẽ Palatinum, quod is Fridericum Auſtriacum elegiſſet omnib. ditionibus exutum in *Angliam* (*Principum Imperij exulantium commune diuerſorium*) fugere compulit, vbi paulò poſt in exilio obiit. Hæc diſtractio *Ludouicus Bauarus Imp.* duravit vſque ad an 1323. quo Fridericus Mildorfi in Bauaria captus fuit, ac in carcere aliquot annis detentus, tandem ſolo Imperatoris titulo retento omnem poteſtatem Ludouico ceſſit. Atque *hinc obſcurum* *Origo odij inter Domũ Bauaricam & Auſtriacam.* *& alta mente repoſtũ odium inter Domum Bauaricã & Auſtriacam.* Pacatâ Germaniâ Pontifices Romani Ludouicum excõmunicare, atque ipſum non multò mitius, quã Fridericum I. & II. tractare; quæ controuerſia inprimis illuſtris fuit, ac prodierunt eius ſeculi maxima ingenia, *Vuilhelmus Occam* Anglus, *Marſilius Patavinus* Italus & alij, qui poteſtatem *Controuerſia inter Imperatorem Ludouicum & Papam.* Imperatorum contra Papam præclarè defenderũt. Occam dixit ad Imperatorem: *Imperator defende me gladio, ego defendam te calamo.* Occaſio huius litis inter Ioannem XXII. & Ludouicũ valde leuis fuiſſe dicitur. *Ludouicus Bauarus intereſſe Imperij bene attendit.* Erat Ludouico à ſecretis, quidam *Vlricus Auguſtanus, qui in quibuſdam literis Papam appellauerat beſtiam.* Inde creuit iurgiũ, & dein in *Comitiis Francofurtenſibus ſtatutũ: Pontifici Rom. nullum ius cõpetere in Imperatorem: Eius excommunicationem non curandam: Concilium eſſe ſupra Papam: Con-* *Capita Comitiorum Francofurtenſium adverſus Papam.* *ſenſum Papæ ad creandum Imperatorem eſſe neceſſarium.* Nihilominus Clemens VI. Papa Ludouicum denuo excommunicauit, ac id artibus ſuis effecit, vt *Carolus* IV. Rex Bohemiæ Imperator crearetur. Paulò poſt Ludouicus ab vxore ſua intoxicatus, cum veneni vim venando diſcutere vellet, repente equo delapſus extinctus fuit.

Venenatum Papæ odium in Imperatorem. VIII. Poſt obitum Ludouici magna per Germaniam aliquandiu confuſio fuit, & tres ordine Cæſares contra Ludouicum electi. Primo quidem *Edoardus* Angliæ Rex, qui, occupatus bello Gallico, Electoribus gratias egit. Deinde *Fridericus* Seuerus *Marchio Miſniæ*, qui accepta à Carolo IV. pecunia ius ſuum perſequi deſtitit. Denique *Guntherus* Comes Schvvarzenburgicus, qui magno Francofurtum ducto exercitu, expectare ibi Carolum, ac, vt moris, cum eo de Imperio certare conſtituit. Carolus non confiſus vel cauſæ *Beneficij exemplum.* ſuæ vel viribus dolo Güntherum petiit, ac corrupto Medico eius venenum ipſi propinauit: cuius violentiam quum ſentiret, accepta à Carolo pecunia & aliquot oppidis in Thuringiam reuerſus eſt, ac paulò poſt obiit.

IX. Ita

IX. Ita omnibus ſublatis æmulis ſolus *Carolus IV.* Imperator man ſit. Hic eſt conditor aureæ Legis, quam Bullam Auream id eſt, Legem inaurato ſigillo munitam, vocant, ad quam egregios Commentarios ediderunt, *Arumæus*, *Rumelinus* (iam à Magnifico *Dn. Mylero* ab Ehrenbach Illuſtratus) Dn. *Limnæus* & ſuccinctis notis egregiis *Dn. D. Dieterich.* Hæc Bulla eſt Lex Imperij Romani fundamentalis, cum Electorum, Principum & Ordinum conſenſu promulgata 4. Id. Ian. an. 1356. *Occaſio eius condendæ fuit* frequens Principum tum in creando Imperatore, tum in aliis ad Imperium pertinentibus rebus diſſenſio, quæ à temporibus Henrici IV. perpetuò Germaniam afflixit. In hac aurea lege numerus Electorum Septenarius conſtitutus fuit, cum hactenus confusè modò plures, modò pauciores poteſtatem creandi Imperatoris habuiſſent vel uſurpaſſent. *Exin Imperium merè manſit electiuum atque etiam Ariſtocratia temperari capit.* Clariſſimum enim eſt (vt ex *Diſcurſ. de Maieſtate Imperatoris* probatum dedimus) iura maieſtatis, ex quibus de ſtatu iudicandum, inter Imperatorem, Electores, Principes & reliquos Imperij Ordines diviſa aut communia eſſe: unde quidam, qui meram Ariſtocratiam in regno Germaniæ ſtatuunt, *Moguntinum* rectè loqui apud *Sleidanum* (libr. 1. Comment.) cenſent, dum ait: *In Germania Ariſtocratiam eſſe retinendam.* Hic Carolus IV. quum Bohemiæ ſuæ illuſtrandæ intentus eſſet, potiora Imperij vectigalia alienavit, quæ Principes ad ſe pertraxerunt, unde paſſim apud Scriptores malè audit. Dicitur & regnum Arelatenſe cum Delphinatu ab Imperio alienâſſe: Cæterùm quid de hoc negotio ſtatuendum ſit, *ſupra in Diſc. de Imperatore Romano-Germanico* adductum fuit.

Beneficij exemplum. *Carolus IV. Imp. Aurea Bulla lex Imperij fundamentalis. Intereſſe Imperij promovet. Origo Ariſtocratici temperamenti in Imperio Romano Germanico. Status Reip. Germanica. Intereſſe Imperij publicum decreſcit.*

X. Carolo IV. ſucceſſit filius Wenceſlaus cognomine ignavus, qui veteres Caligulas, Nerones aliaque portenta peſſimis moribus ac tyrannide ſuâ renovavit. Princeps multis flagitiis paſſim apud Scriptores notatus, & alter ſeculi ſui Gallienus. Veriſſimum ſcilicet eſt, animo per libidines corrupto, nihil honeſtum ineſſe (*Tacit.* l. 11. Annal. c. 37.) Ipſum Alexandrum M. quem Perſarum arma non fregerant, intemperantia vicit. Annibal etiam qui armis vicit, à vitiis victus. Noſter Wenceſlaus non multùm diſtat à Ninia, aptior otio quàm negotio, planè degeneravit in fœminam: Turpiſſimum voluptatis mancipium. Imperij curam adeò neglexit, ut tandem, cum nullis admonitionibus corrigeretur Electores ipſum veluti indignum & noxium deponerent, omneſq; Imperij Ordines ab eius fide & obedientia abſolverent. Quod ſoli Electores Wenceſlaum tum depoſuere, ex eo cæteri Status, ſi ſimilis caſus accidat, regulam fieri minimè patientur, Electionem enim ſtricti

Intereſſe Imperij ſub VVenceſlao decrevit. Intemperantia & libido Regum Regnis nocet. Depoſitio Impp ad quem ſpectet.

Intereſſe Statuum Imperij adverſus Electores. iuris eſſe, nec illam ad depoſitionem eſſe extendendam aiunt. Maximum Imperio Wenceſlaus damnum intulit, qui Ducatum Mediolanenſem aliaſque Imperij provincias vendiderit. Vid. Dn. *Conring.* de Finib. Imp.) vnde multa regni Italici membra ſe ab Imperio eximere cœperunt. *Fridericus Dux Brunſvic. perfide interimitur. Parricidium Principum. Inſigne homicidium doloſum.* Contra Wenceſlaum fuit Imperator creatus *Fridericus Dux Brunſvicenſis*, qui prope Frizlariam in reditu ex Comitiis Francofurtenſibus inſidiosè & perfidiosè occiſus eſt d. 5. Iun. an. 1400. à Friderico Herlinghauſen & Cunzmanno à Falchenberg, quorum hic in quatuor partes diſſectus, & rotæ impoſitus iuſſu Henrici fratris. Quidam de hoc admiſſo tales verſus compoſuit:

Regula non ficta nequam Moguntia dicta (ad præterita tempora hoc extendendum)

Germen Pilati nunc demum vivificati
Sicut dum vixit, iterum Chriſtum crucifixit
Namque Ducem ſtravit Fridericum, quem quaſi David
Brunſvvig protexit, gentemque ſuam bene rexit
Tranſtulit ad Chriſtum Reſpubl. dicitur iſtum
Per qua perrexit Francfurt heu! nunc tibi texit
Traditio veſtem, quem mortis poſtea teſtem
Nequiter inflixit, prope Frizlar vulnera fixit,
Heu! heu! heu! mille miles validiſſimus ille.
Cernitur ipſe fuga, qui ſæpius ardua iuga
Belli contrivit, ſpes eſt quod in æthere vivit.
Nunc iacet in crypta de quo ſunt talia ſcripta?
FRE *fremit in mundo,* DE *deprimit alta profundo,*
RI *rigidum flectit:* cus *cuſpide mucroque texit.*
Vivat ut in cœlis Dux inclytus ille fidelis.
Optat ei quiſquis, qui ſcriptis condolet iſtis.

Rupertus Imp. XI. In Friderici locum ſuffectus ann. 1400. *Rupertus* Elector Palatinus cui vulgo per errorem parvi nomen tribuunt. Verùm enim eius cognomen fuit voce German. *Klein*, id eſt, rigidus vel parcus. Conabatur is, ducto in Italiam exercitu, amiſſas ſub Wenceſlao provincias recuperare, ſed nullo ſucceſſu.

Iodocus Imp. XII. Ei ſucceſſit ann. 1410. *Iodocus* Moraviæ Marchio patruus Wenceſlai, qui quum iam Octogenarius eſſet ſexto Imperij menſe extinctus fuit, in cuius locum ſuffectus an. 1411. *Sigiſmundus* Hungariæ Rex, ſub *Sigiſmundus Imp. Huſſitarum motus.* quo Imperium graviſſimè fuit commotum armis *Huſſiticis*, ac præterea diuturnò Romanorum Pontificum ſchiſmate, quod in Concilio Conſtantienſi ſublatum fuit. Verùm Huſſitarum controverſiæ nequaquam illo Concilio componi potuerunt. Quum enim contra fidem datam combuſti

combuſti fuiſſent *Ioannes Huſſus* & *Hieronymus Pragenſis*; Bohemi Duce *Ioanne Ziſca* grauiſſimam mortis eorum vltionem ſuſceperunt, interſectis paſſim quocunque deprehendebant Monachis ac Sacerdotibus, cœnobiis templiſque euerſis. Præcipuè autem Huſſitæ pugnarunt pro vſu calicis in Sacra Cæna, vnde *Calixtini* dicti, ac paſſim per omnia templa vrbes & pagos ingentes calices tanquam inſignia ſua propoſuerunt. Et quamquam tota Germania totuſque Occidens contra eos coniuraret, ac paſſim Crux tanquam contra Turcas prædicaretur; ipſi tamen admirabili rerum ſuarum ſucceſſu contra omnes exercitus vſi fuerunt, ac nemo ſubſtinere conſpectum ipſorum poterat ita vt ingentes exercitus velut panico terrore, audito tantùm eorum nomine, in fugam verterentur. Poſt mortem Ziſcæ diuiſi in duas factiones Huſſitæ, quarum vna ſibi creauit Ducem Procopium Magnum: Altera nullum inueniri poſſe dictitans, qui iure Ziſcæ ſuccederet ſe Orphanos appellarunt. Hæc diſſidia multum nocuerunt ipſorum cauſæ. Penitus tamen extingui ab eo tempore vſque ad annum 1630. non potuere.

Concilium Conſtantienſe, Huſſus, Hieronymus Prag. Fides hæretico ſeruanda. Ziſca.

XIII. Sigiſmundo ſucceſſit *Albertus II.* Auſtriacus Rex Bohemiæ & Hungariæ, à quo tempore Imperium per 200. amplius annos in familia Auſtriaca perdurauit. Defuncto intra biennium Alberto ſucceſſit *Fridericus III.* Imperii ille cunctator, qui diutiſſimè ſummæ rerum præfuit. Princeps tota vita pacificus, ſed Imperij negligentiſſimus nondum tempus emendandi veniſſe dictitans. Hinc ſolebant ex Germanis Itali quærere: Viueret ne an mortuus eſſet Imperator. (*Aut. Paralip. ab Abb. Vrſperg.*) Eius tempore an. 1453. *Conſtantinopolis* altera Imperij Roma capta fuit, ac ita Imperium Orientale ad Turcas peruenit. Eius filius fuit *Maximilianus I.* qui Burgundicam Domum cum Auſtriaca matrimonio conjunxit; ex quo prognatus Caroli V. & Ferdinandi I. Imperatorum Pater ac conditor Hiſpaniæ Regum atque Archi-Ducum Auſtriæ. Quomodo iam Imperij ſtatus ſeſe habuerit à temporibus Caroli V. Imp proprio commodo nimium velificantis, vſq; ad an. 1648. quum Pax. Monaſterij eſt concluſa vide fusè ſupra in *Diſcurſ. 1. præliminari.*

Albertus II. Imp. Continuatio Electionis in Domo Auſtriaca. Fridericus III. Imp. Imperium Orientale ad Turcas. Maximilianus I. Imp.

XIV. Quod in ſpecie nunc *Domum Auſtriacam* attinet, *Auſtria* olim fuit *Marchia* orientalis ſiue limes Sacri Imperij aduerſus vicinos Hungaros *ab Henrico Aucupe conſtituta*, cuius Præſides beneficiari Ducum Bauariæ. Ex his Præfectis *Henricum* Leopoldi V. filium *Fridericus I. Imp.* (qui *Auſtriam clypeum & cor Sacri Imperij* appellauit) *Ducem creauit*, & à iuriſdictione Bauariæ exemit ann. 1136. Quumque dein Henricus Superbus Dux Bauariæ Imperium affectaret à Friderico Cæſare proſcriptus & Bauaria Leopoldo Marchioni Auſtriæ conceſſa, quam etiam Henricus Leopoldi frater poſtea tenuit, donec Henricus Leo Bauariam repeteret. Imperator Fridericus I. poſtea diminuto non

Ad art. 1. verb. Domum Auſtriacam. Auſtria olim Marchia Orientalis. Auſtria præfecti primum Marchiones, dein Duces. Friderici I. Imp. arcana.

nihil Bavariæ Ducatu, auctiſque Auſtriæ limitibus, abolito Ducis titulo Auſtriacis Marchionis titulum attribuit. *Fridericum Bellicoſum* Auſtriæ Marchionem dein Fridericus II. Imp. an. 1225. Regem Auſtriæ creavit, câ tamen lege vt in perpetua Imperij Germanici fiducia perſtaret, ſed quum ab Imperio violatâ fide defeciſſet, duodecimo pòſt anno dignitate & appellatione ſpoliatus eſt. Meczelius refert Fridericum an. 1246. Archiducalem tiaram ab Imp. Friderico II. conſecutum eſſe. Hic Fridericus habuit ſororem *Margaretham*, quæ primùm Henrico Friderici II. Imp filio, poſt, effœto iam & ſterili corpore, *Ottocaro* Regi Bohemiæ nupſit, qui hanc ob cauſam, Friderico, in prælio contra Hungaros occiſo, Auſtriæ partes occupavit, & in primaria vrbe *Vienna aulam & arcem*, quæ adhuc hodie conſpicitur, ædificauit. Margaretham uxorem etiamſi Ottocarus reieciſſet, venenoq; illam necari procuraſſet, nihilominus tamen vxoris ius, ingratus maritus, cæpit perſequi, & omnes Auſtriæ provincias ſibi vindicare. Durante inſuper interregno poſt Friderici II. Imp. tempora, Carinthiam, Styriam, Carniolam, Marcham, Sclavoniam quoque Ottocarus ſubegit. *Fluctuabat tum temporis Germania, & erat Imperium ſine Imperatore, corpus ſine capite*, donec tandem eligeretur *Rudolphus* Comes Habsburgenſis, & Landgravius Alſatiæ, cuius fortuna modica in partibus Sylvæ Herciniæ (*Schvvarzvvald*) limitibus non adeò amplis fuit circumſcripta. Hic Rudolphus in Comitiis Auguſtanis cum Imperij Proceribus de Ottocaro, qui tum etiam cũ Hungaris fœdus in fraudem Imperij pepigerat, ac Provincias occupatas quas ordines Auſtriaci in comitiis negabant eſſe dotales Imperio reddere nolebat, deliberavit, quumq. Ottocarus cõtumaciter ac præfractè ſe gereret, Rudolphus Imp. ſigna in eum convertit, ſæpiuſque rebellem in acie vt ante dictum peremit an. 1278. d. 27. Aug. Ottocari filio Wenceſlao ſola Bohemia Cæſareâ lege relicta, nempe vt Auſtria cæteriſque provinciis abſtineat, & Iuttam Cæſaris filiam vxorem ducat. Agnes verò, VVenceſlai ſoror, *Rudolpho* Sueviæ Duci Cæſaris filio, nubat hac conditione, vt ſi VVenceſlaus ſine liberis maſculis moreretur, Agnes illi ſuccederet, quod etiam evenit, mortuoq. VVẽceſlao Rudolphus ei in regno ſucceſſit. Rudolpho à Bohemis veneno ſublato Albertus à Patre Auſtriæ præfectus, duxit Eliſabetham Meinhardi Comitis Tirolenſis filiam, cui antiquũ ius in Auſtriam erat. Ergo an. 1282. in Comitiis Auguſtanis cõſenſu ordinum Auſtria, Stiria, Carniola Alberto conceditur & à Patre Noribergæ an. 1284. inauguratur. Inde potentiæ Auſtriacæ initiũ. Vulgo creditur hunc Albertum à Patre Archiducis titulo fuiſſe inſignitum inter quos *Remking.* (1. Cl. 4. c. 1. n. 5.) Verum hoc alij ex eo non admittunt, quod Fridericus III. Maximiliani Pater ſolo adhuc Ducis titulo

contentus.

Auſtriaci Marchiones fiunt Reges.

In Auſtria obtinet ſucceſſio fæminina.

Ottocari potentia armis ſubnixa

Interregnum Imperio nocivum.

Rudolfi I. felicitas.

Soluto matrimonio dos repetitur.

Matrimoniis acquiruntur regna.

Bohemiæ regnum ad Auſtriacos

Pacta dotalia.

Auſtriacorũ intereſſe creſcit matrimoniis & lancea carnali, vt Gallus quidam ait.

contentus legatur (*in Reformat. de an.* 1442.) Crevit dein huius Domus potentia per inita matrimonia, vnde verſus

---Nubens capis Auſtria regna
Auſtria nube prius bella gerant alij.

Auſtriaca potentia per matrimonia crevit.

Vt ita matrimonium *Tacito* (in Agric. c.6.§.1.) dicatur rectè ad maiora nitenti decus & robur. Ita Darius principio regni Cyri Regis filiam in matrimonium recepit regalibus nuptiis regnum firmaturus. (*Iuſtin.* l.1. cap.10.) Sic Henricus Haſſiæ Landgravius illuſtris Mauritij propatruus, cum duxiſſet filiam Philippi Comitis in Cazenellenbogen, qui fuit ultimus ſuæ familiæ, curavit ſe vna cum uxore ſua vivo adhuc ſocero de eo Comitatu inveſtiri ab Epiſcopo Herbipolenſi, eaque occaſione Comitatus ille, Henrico ſine liberis maſculis defuncto, ad Haſſiæ Landgravios pervenit [*Ritterhuſ.* l. 1. Part. feud. c.16. num.10.] Sic Eberhardus Wirtembergenſis per Henriettam uxorem filiam Henrici ultimi Comitis Mompelgard. Mompelgardiam obtinuit. (*Cruſi.* l. 6. Ann. Suev. p.3. c.11.] Vid. pl. *Munſter. Richel.* ad an. 1624. p.6. & ſeqq. *Peccari.* in Obſ. Hiſt. Pol. Decad. 6. c.3.

Connubiis amplificantur regna. Haſſorū intereſſe creſcit per connubia, inveſtitura interdum vivo vaſallo confertur. Intereſſe. v. Virtemberg.

In omnibus retro ſeculis vix ullum exemplum dabitur illuſtrioris per fœminas ad ſtupendam altitudinem adſcenſus, quàm in Domo Auſtriaca. Illi enim *Margaretha* Alberti uxor Tirolim & Carinthiam: *Maria* Burgunda Maximiliani I. coniux 17. Provincias Belgicas: *Ioanna* Philippi I. Hiſpaniam, Siciliam Neapolim, Indias Occidentales, & quantum Inſularum! *Anna* Ferdinandi I. Vngariam, Bohemiam, Sileſiam, &c. annexuerunt. Philippus II. ex capite Iſabellæ matris Luſitaniam ſibi aſſeruit proceſſu ex argumentis armiſque mixto. Invidenda huius Domus quotidie increſcentis potentia lividos aliorum tenet oculos (Vid. *Autor. des affaires, qui ſont aujourd'huy entre les maiſons de France & d'Auſtriche.*) Quàm Carolus V. totam Europam ſpe & fatali potentia complecti quodammodo videretur? *immortales* pæne *inimicitiæ* ab illis temporibus uſque ad noſtra tempora inter hanc Domum & Reges Galliæ extitere. *Si in cauſam inquiras? eſt ambitio & potentiæ æmulatio quotidiana orbis mala.* *Franciſcus* I. Rex Galliæ Carolo Imperatori aliquando ſignificavit: ſe tandem Carolum Auſtriacum evaluſum, ipſumque ad Habsburgica initia redacturum, Hoc dicto reſpiciens ad Rudolphi I. Imperatoris primordia. De Auſtriaco *Rudolpho* tamen *Petrus Epiſcopus Baſileenſis*, cui multa Rudolphus armis extorſerat, dixit, poſtquam illum in Imperatorem electum audiviſſet: *Stehe feſt Lieber Herre Gott, oder Rudolff vvird dir auch deinen Stuhl noch einnehmen.* En ſacri myſtæ profanum dictum! Idem ille *Franciſcus* cum Carolo pacem pangens dixit: Pacem illam non poſſe eſſe perpetuam. Rationem addidit: Quia ego non poſſum ferre parem, nec Carolus

Proceſſus armatus.

Origo æmulationis inter Auſtriacos & Gallos.

Pax inter ambitioſos Reges vix perpetua. Æmulatio Potentum ſcaturigo bellorum.

Superiorem. Id quod eventus quoque confirmavit: Nam *Germaniæ* noſter *Iulius Cæſar*, & *Gallia* iſte *Pompeius* nunquam firmiter vniri potuerunt. (Vid. *Sleidan.* lib.10. Comm. pag. 283.) Quid non deſignat peſtilens ambitio? Perpendat quis factiones Aurelianæ & Burgundicæ Domus quibus Gallia 60. & amplius annis exarſit, donec Burgundicæ Domus ruina exſtinguerentur. Origo eius rei talis eſt: Lodouicus Dux Aurelianus, Caroli VI. frater vnicus pro ſymbolo iſtam vocem vſurpabat, ex aleæ luſu ſumptam: MITTO: Dux Burgundiæ Ioannes ſuum quoque adſumpſit: ACCIPIO: Regis fratrem æmulatus, & ei parem ſe gerens, cum diuitiis etiam ſuperior eſſet. Ex tam parvo initio pugnantium ſymbolorum, quæ lancearum ſuarum ſupparis & verſicoloribus ſagis militum inſcribebant, velut ex ſcintilla tantum incendium ortum eſt, tantum animorum certamen, vt Dux Burgundiæ Aurelianum Ducem quovis modo interficere decreverit, quod etiam exſecutus eſt. Aureliani Ducis filij, cum, vt in eius facinoris noxios animaduerteretur, obtinere nõ poſſent, armis eam iniuriam vlciſci ſtatuunt. Altera parte Ioannes copias colligit. Ita propter duarum illuſtrium familiarum certamina Gallia in duas partes diſceſſit. Aliquanto poſt Ioannes apud Monterellum, ad Sequanæ & Yonæ confluentes, fœde interemptus eſt. Hanc patris necem Philippus filius vlciſcens, fœdere cum Anglis inito, illos in Galliam adduxit, cuius tertiam prope partem occupârunt. Tandem inter eum & Carolum VII. pax facta eſt Sed Philippi filius Carolus Galliæ Regi diffidens, ob avita & fraterna odia, Ludouicum XI. adoriri conatus eſt. Sed ille Carolo longè ſolertior tot aduerſus eum hoſtes vndique exciuit, vt Burgundica Domus oppreſsâ mole corruerit. (Vid. *Comine.* l.6. de reb. geſt. Ludou. XI.) Quanta porrò non extitit æmulatio præterito bello Germanico inter Vnioniſtas & Ligiſtas? Quæ tandem etiam in ferale bellum deſiit, vt ſupra part. 1. Diſcurſ. 1. eſt expoſitum, vbi etiam de æmulatione Caroli V. Imper. & Franciſci I. Galliæ Regis actum. (add. Dn. *Forſtner.* Epiſt. pag. 100. & 137.) Quid non hodie etiam aduerſus incrementa Auſtriaca dicitur agiturque? *Bullionius* ad Ludouicum XIII. R. Galliæ ſcripſit: *Cauſam Regum & Principum agi, quum ſe gens Auſtriaca in prima rerum Europæarum faſtigia extollit.* (*Gramondus*, 4. Hiſt. p. 245. cuius ſtylum plerumque acrem in Domum hanc nobiliſſimam obſerves.) Idem Autor ſuis verbis ita: *Gallis*, inquit, *qui probè ſapiunt, nulla in gentem Auſtriacam odia ſunt. Sint illis extra res noſtras læta omnia per nos licet,* &c. *At ſi incrementa queis Auſtriaci augentur indies, vicinis Principibus nocent: Si velut res debita vſurpatur ab ipſis Europæ dominium, qui obſtare poteſt, iniuſtè patitur, in gentem vnam conferri omnium apicem.* [Hæc ille pag. 251.) Bellum iuſtè ſuſcipi non poſſe, niſi ob iniuriam

Intereſſe cõmune hodie maximam partẽ oritur ex æmulatione potentia.

An ob increſcentẽ vicini potẽtiã arma ſumẽda?

injuriam aut provocationem præcedentem, conſtat inter rerum civilium peritos. Etiam juſtum metum imminentis periculi, etſi violentia aliqua non præceſſerit, belli cauſam eſſe competentem & legitimam, ſunt qui ex Scholaſticis ſtatuunt; à quibus tamen diſſentit Magnus *Grotius* (l.2.de I.B.& P.c.1.n.17. & c.22.n.5.) qui tamen ſententiam limitat, ſi de nocendi animo conſtet (Vid. *Aut. Tractatus: De differentiis inter Politicam genuinam & Diabolicam* p.527.& 541. *Reinking. Politic. Biblic.* l. 2. Axiom.146. Cum Grotio negat idem *Cellarius* (l 2. Pol. cap.11. in fin.) Verum ſi conſulamus præſentem praxin, & leges etiam Imperij noſtri fundamentales, videbimus metum illum ex potentia vicini creſcente ortum referri inter cauſas belli juſtas. (Vid. *Reink.* l.2. de Reg. S. & E. Cl.8.c.2.num.25.) De Proteſtantibus vid. *Sleidan.* (l.16.Comm.pag.478. 479.480.494.496.) Primum autem in hoc caſu rumoribus temere credendum non eſt; quamvis enim illi non rarò veri ſint, ſæpe etiam ſunt vani. Similiter metus hic non confundendus cum ſuſpicione. At ſi certò ſcias te peti, quicquid ſi iam petereris ageres, age. Permittere vt futuri brevi adverſarij vires impune creſcant, dementia eſt, quam vel ſimplices paſtores exemplo condemnent, apud quos iuvenem adhuc lupum tenera & innoxia ætas morti non eripit, quia non dubitant, ſi vixerit, nociturum. (Vid. *Zeuecot.* ad Sueton. Iul. Cæſ. cap.35. verb. Cum *Ptolomeo.* Dn. *Strauch.* Diſſ. exoter.9.num.15.) Græci etiam ſuſpectam habentes Caroli M. potentiam proverbio dixere: *Francum amicum habeas, vicinum ne habeas*, vt ex Iunone refert *Cluver.* (lib.9. Epit. Hiſtor. pag.414) *Gramondus* porrò ita pergit: *Sanè altæ ſunt genti Auſtriacæ in Europa radices, neque immeritò poſſidet, quæcunque illi fortuna adiecit & virtus: Sed ſi verò eſt poſtulatio, vnam omnibus quæ veteri, quæ novo mundo dominetur, inhiare, vix eſt, vt æquo ferant animo, quorum res agitur, Reges & Principes tanta ſuo detrimento augmenta.* (p.258.) Et iterum: *Regi Gallo in eam diem altus ſopor fuerat, ne dicam ſtupor. In immenſum aucta gens, Europæ dominium diu affectatum, iam propè tenebat, quum Ludovico Regi implacido velut horrore diſcutitur ſomnus, imponit dominationi Auſtriacæ modum*, &c. (p.264.) Franciſcus *Baconus* Magnæ Britanniæ Cancellarius (*in ſermon. fidel.* 90. 91.) ait: Principes huic rei perpetuò invigilent ne quis ex vicinis tantum excreſcat, &c. quò majorem nanciſcatur lædendi poteſtatem, quàm anteà habuerat. Sanè durante *Triumviratu* illo *Regum* (*Henrici VIII.* Angli, *Franciſci I.* Galli, & *Caroli V.* Hiſpani) ea viguit inter ipſos diligentia, vt nemo ex tribus vel palmam terræ acquirere potuiſſet, quin reliqui duo rem ſtatim ad æquilibrium reducerent, &c. Sed de hiſce viderint alij quibus hæc Andromache eſt deſponſata. *Boccalinus* ingenioſſimus Italorum refert *Germanos*, quibus Auſtriaca potentia ſuſpecta eſt, *malle, vt Vienna Auſtriorum amittatur*,

Arcanum Statiſtarum.

Intereſſe hodiernum cōmune ex æmulatione & metu increſcentis potentiæ ortū.

Exemplum Politicum de damno infecto.

Solertia Statiſtica.

Boccalinus.

quàm vt recuperetur Buda. Cæterum forſan de præteritis temporibus Itali illius iudicium erat accipiendum. Hodie enim ſancitâ pace Weſtphalicâ, alia facies rerum introducta; ac in noſtro Imperio dulciſſima harmonia perpetuò vigere poterit, ſi Imperij caput & membra concordi concordia, ſaltem in civilibus, ſolidum & integrum corpus conſtituent. Atro carbone hic notari meretur *Hippolitus à Lapide*, qui inter media inſtaurandi Imperij ponit Sereniſsimæ Auſtriacæ Domus exſtirpationem. Conſilium illud immite ac violentum, quum illud Germaniam in exitiabile bellum, nullum triumphum habiturum, ſit omnino reducturum, mihi nunquam probatum. Ecquando pacem habebimus, ſi illud Lapideum ac, vt propius dicam, temerarium conſilium ad effectum deducendum foret? Et quis primus erit ille qui nolam feli ſit appenſurus? Sanè Medicorum illa regula: *Vre, ſeca:* in membris Reipubl. evertendis rarò aut nunquam erit adhibenda. Fac ita eſſe: Carolus V. libertatem Germanicam debellavit: ac Ferdinandus II. incauto ac præpoſtero religionis Zelo ſubnixus, altiora cogitavit; ſaniora tamen conſilia ad defendendam libertatem Germanicam in promptu ſunt quàm Hippoliti illud vſtile ac ſectile. Inſuper idem Hippolitus inter remedia inſtaurationis quoque repoſuerat Amneſtiam generalem: Quum verò hæc in *Inſtr. Pac. art.* 2. cum hac Domo ſancita ſit, meritò Hippoliti ferreum conſilium, quod Imperij corpori Caput & dextrum brachium amputat, explodimus, præſertim quum *boni civis ſit amare præſentem Reip. ſtatum, & ſinere ire res quò vadunt*, vt prudenter quidam monuit. *Auguſtus* Cæſar quendam, Catonis pervicaciam incellentem, ita redarguit: *Vir bonus eſt qui præſentem Reip. ſtatum non vult immutari.* Et rectè Ioannes Medicus Rinaldo (apud *Machiavell.* l. 4 Hiſt. Florent. p. 207.) ita reſpondet: *Officium boni prudentiſque civis eſſe, conſuetudinem inveteratam Rerumpubl. haud facilè mutare, cum nimirum nulla alia re, homines tantopere offendi ſoleant, ſiquidem neceſſe ſit, multorum id cum damno conjunctum eſſe; at vbi magna pars offenditur, ibi indies malos effectus enaſci conſentaneum eſſe.* Auguſtus Imp. illud, quod antea adduximus, apud *Macrobium* (l. 2. Satur. 4.) ita enunciat: *Quiſquis præſentis civitatis ſtatum commutari non vult & civis & vir bonus eſt.* Quis prudens non miretur nimis hanc Romanorum vecordiam qui Cæſari honores obtulere, quem ſciebant præſenti Reip. ſtatui infenſum occaſiones tantum rebus innovandis quærere & expectare. Veneti certè, quamvis Pontificij, Sacerdotes nullos, licèt Patricios, Conſilio intereſſe ſinunt, quia magis eos Papæ, quam Patriæ ſuæ addictos eſſe exiſtimant, vt bene iudicat Cl. *Zeuecot* ad Sueton. Iul. c. 5. Videtur Hippolitus à Lapide ſibi hunc ſcopum propoſuiſſe, ut omnibus modis Pacem Germaniæ impediret, ac

Hippolitus à Lapide notatur.

Regula illa: Vre, ſeca, in Imperio vix diverſorium invenit.

Bonus civis præſentem Reip. ſtatum non cupit everſum.

Suecicos Leones diutius in Imperio noſtro aleret. Autor ille, quiſquis tandem ſit, (Dn à Dranſe Berolini Sueciæ Regis Reſidentem fuiſſe autumant) qui ſub nomine iſto recto latet, fuit ſanè peritiſſimus rerum Germanicorum, iuraque Imperij Statuum egregiè ſæpenumero aſſerit; cæterùm dum hoc agit, in inclytam Domum Auſtriacam parùm reverenter & vltra modum inſurgit, & Imperatori noſtro Communionem iurium Maieſtatis Imperij abiudicare ſatagit, nihil præter nudum titulum ipſi reliquendo. Si ſequeremur Hippoliti amarulentum ingenium, aleamque dubiam iaceremus, videndum erit, an harmonia inter Caput & membra ita obtineri poſſet? Bella ſanè ex Bellis ſerentur, exteri ſe vlterius immiſcerent, nec armorum finis erit, donec diſcordantis patriæ non aliud eſſet remedium, niſi vt ab vno regatur. Oppoſuerunt ſe Hippoliti ſcripto *Sliuterus*, *Stamlerus*, & *Autor Comitiologiæ Ratisbonenſis* de an. 1564. quem credunt eſſe *Gotlieb von Hager*. Sed, vt verum fatear, illi in omnibus Hippolito non ſatisfaciunt, cautius omnino facturi, ſi Hippolito conſilia ad defectum, reſpectu Imperatoris, declinantia medio quodammodo attemperaſſent, quàm nimium tribuendo Cæſari, iura ſtatuum attenuaſſent cum Reinkingio, ipſorum Anteſignano. *Hodie enim in publico Imperij iure auream mediocritatem, in Inſtrumento Pacis art.5 & 8.* fundatam, *obſervare teremur, omni adulationis nævo ſemoto. Reſpectu Cæſaris*, non oportet altum nimis vrgere: *Reſpectu verò ſtatuum*, littus iniquiſſimum premere minimè par eſt. *Demus Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & Statibus, quæ ipſis de iure competunt.* Neque obſtat quod Chriſtus in Sacris literis ſolius Cæſaris mentionem faciat. Nam glorioſiſſimus noſter ſeruator, atque Protector, Deus humaniſſimus & Homo diviniſſimus, verba ſua aurea ad præſentem Imperij Romani ſtatum, regimen ſcil. Tiberij, accommodat, Hippoliti à Lapide violentum conſilium egregiè & ſolidè confutat inſuper *Dn. Textor in egregio Tract. de Ratione ſtatus Imperij moderna vera ac genuina*, cap.10 & 11. multis paraſangis Hippolito melior: De eodem argumento prodiit etiam nuper ſcriptum *Severini de Monzambano*, doctum & ingenioſum quidem, qui tamen ſiniſtros in Domum Auſtriacam affectus, non vno in loco prodit. Vid. notas & ſtricturas Pacifici à Lapide ad illum Autorem & exercitationes XII. Anonymi cuiuſdam quarum Autorem puto Dn. *Schockium*. Quod Comitiologiſtā Ratiſbonenſem attinet, quamvis multa egregia afferat, tamen nimio in Cæſarem affectu reliquis Statibus non vno in loco præter fas aliquid detrahit & propterea *Eitel Friderich von Heerden* cuius liber columnam ac baſin Imperij doctè repræſentans, ob aureā Iuris publici mediocritatem omnino legi meretur, non vnâ vice illum ſtringit. Vt ergo brevibus me abſoluā. *Micet inter omnes Auſtrium ſidus velut inter ignes Luna minores*,

Hippoliti à Lapide conſilium non eſt è re Imperij.

Autor Comitiologiæ Ratisbonenſis.

Reinkingius

Quomodo hodie in iure Imperij publico ſit procedendū.

Intereſſe Imperij quoad doctrinam iuris publici.

D. Textor.

Severinus de Monzambano.

Comitiolologiſta Ratisbon. Eitel Friderich von Heerden.

Ieſuitis autoribus luctuoſa fata Germaniam exceperunt.

Hiſpano Ieſuitiſati affligunt intereſſe Imperij.

Hiſpanorum conſilia contra intereſſe Imperij.

Nec dubitemus glorioſiſſimum *Leopoldum* Imperatorem noſtrum, optimi Patris, glorioſæ memoriæ, veſtigia recto itinere preſſurum, ac Pacem Weſtphalicam, quod iurata Capitulatione promiſit examuſſi a obſeruaturum. Non aliter enim magnum illud Imperij corpus quietè conſiſtere poterit, quàm ſi Capiti cum Membris dulciſſima harmonia bene conveniat. Fateor in Imperij turbis, & præterito tricennali bello Iliacos intra muros & extra hinc inde peccatum eſſe; Cæterum Ieſuitarum culpâ & violentis Hiſpanorum conſiliis hoc ipſum erit acceptum referendum, vt alias latius docebimus. *Chriſtianus II.* Saxoniæ Elector [*in literis ad Matthiam Imp. de Dato: Dreſden die 9. Octob.* 1608.) ita prudenter: *Das haus Oeſterreich habe biſhero keine ärgere vnd ſchædlichere Feinde gehabt, als den Stuhl zu Rom, der Ieſuitiſchen ſecten vnd ihres anhangs alzuhizige* conſilia, *vnd haben die Statliche Provincien in Niederlandt von ihren natürlichen Herrn niemand anders gebracht, als dergleichen alzugeſchvvinde conſilia,* Hodie ſi Inſtrumentum Pacis VVeſtphalicum examuſſim ſervabitur, ac gravamina reſidua tollentur nondum de ratione Reipub. Imperij conclamare licet. Faxit modo Deus, vt turbulenta Hiſpano-Ieſuitica ſecta non aliquid monſtri alat, ac fulgenti ac corruſcanti Imperij SOLI nouas nebulas ac caliginem inducat. Satis iam ſatis præterito bello mors atque interitus Imperio quæſita; Extrema eius tabes adhuc ante oculos in multis locis verſatur: Redeant itaque tempora in mores priſcos, Imperiìque Caput & Membra concordi concordiâ vitam perpetuam degant. Sub initium belli Bohemo-Germanici (*Comes Anhaldius* dixit: *Die Teütſchen Fürſten wiſſen nicht, was vor ein ſtarken Rücken das Haus Oeſterreich habe, werden aber das mit ſchaden empfinden.* Ad quod regeſſit Nobilis Marchiacus: *Und das Haus Oeſterreich vveis nicht vvas für ein vvild Pferd die Teutſche nation, und das der ein vvolberitten Reuter ſein mus, der daſſelbe bezvvingen vnd in vollen gehorſam haben vvil.* Vterque à vero non abluſit, id quod tricennalis belli tragædia ſatis abundè ob oculos ponit, adeò vt tandem exteri, Imperium intrantes equum iſtum calcaribus ſuis ita pupugerint, vt vix animam amplius agere potuerit. Deus ſub Auguſta Domo Auſtriaca pacem concluſam perennare clementer iubeat.

Libertas Germaniæ invincibilis.

Exteri Germaniæ nocent:

DISCVR-

DISCVRSVS XIII.

DE

REGNO HVNGARIÆ & Bohemiæ.

Ad Proem. verb. *Hungariæ. Bohemiæ.*

MEMBRVM I.
De Hungaria.

I. QVOS hodie Tartaros appellamus antiquior ætas Hunnos vocavit, qui in locum priſcorum Scytharum per Aſiam ſucceſſerunt vt Dn. Hornius quem hic ſequimur, ex Hiſtoricis Hungaricis probat. Prima autem Hunnorum origo ex Ruſſia petenda eſt, quæ tamen admodum incerta eſt. Circa an. c. 300. Hunnorum nomen primum auditum, *Hungariei regni origo.* qui tamen ſub Iuliano Apoſtatâ, clauſtris ſuis erumpentes, primò in Tauricam Cherſoneſum, vbi tum Gothi regnarunt, invaſerunt. Quemadmodum autem vnda vndam trudit; ita Barbari Barbaros in Imperium Romanorum expulerunt. Gothi primo Thraciam & Græciam, deín Pannoniam, Italiam, Hiſpaniam, occupárunt. Hunni, Gothorum veſtigia inſecuti, dein Pannonias, primam quaſi regiam, occuparunt. *Attila* A.C. 401. Hunnorum Monarchiam exorſus *Attila.* antea tantùm Duces & capita tribuum præerant. Hic Attila Occidentali Germania, Pannonia, Italia, Gallia devaſtata, tandem fractus eſt in campis Catalaunicis. Pôſt mortem Attilæ Hunni ex Europa in Aſiam repulſi, dein verò iterum A. C. 744. ex Scythia in Pannoniam reverſi, ſub ſeptem Ducibus, & cum exercitu 216000. Ab his ſeptem Ducibus

Tranſſylvania. quorum quiſque caſtrum in Dacia exſtruxit, Tranſſylvania hodieque à Germanis dicitur *Siebenbürgen.* Tota demum Pannonia potiti Hunni ſive Hungari, Reges ſibi ex ſua gente crearunt. Primus *S. Stephanus* ante quem adhuc Duces extitere, (*Vid. Conring. de Fin. Imp.*) ab Ottone III. Rex Hungarorum creatus, fidem Chriſtianam recepit, ac tanto ſtudio propagavit, vt nomen ſancti obtineret A. C. 997.

Hungari Germaniam infeſtant. II. Atrocia inter Carolingos & ſequentes in Germania Reges bella cum Hungaris fuerunt. *Quod enim Normanni à Septentrione, id ab Auſtro Hungari fuerunt.* Carolus M. diuturno bello eos fregit, ac Imperio vtcunque ſubjecit. Defecerunt aliquoties, ſed apertè ſub Arnulpho, tanto perciti furore, ut non modò viri ſed etiam fœminæ nomen in militia profiterentur. Tandem Henricus Auceps ad Mersburgum Saxoniæ vrbem ita eos cecidit, ut vix ſeptem internecionis nuncij eſſent, quos Imperator, manibus, naribus & auribus amputatis, in Hungariam remiſit, documento, ne vlterius à Germanis tributum exigerent. Geminavit cladem Otto I. A. C. 955. ad Auguſtam Vindelicorum, ac ab eo tempore Germaniam reliquerunt intactam.

Familia Regum Hungariæ. Regnum Dalmatiæ & Croatiæ accedit ad Hungariam. Legatum Regium vltra normam Legis Falcidiæ. Incrementum regni Hungarici. III. Familia S. Stephani ab A. C. 997. vſque ad 1305. continuâ ſerie regnavit, cuius vltimus *Andreas III.* Regnum Dalmatiæ & Croatiæ in Illyrico olim proprios habuit Reges, quorum vltimus *Zelimirus* fuit, qui ducta Ladislai Regis Hungariæ ſorore ipſi moriens legavit Regnum; hæc rurſus Ladiſlao fratri, an. 1080. Et quamquam Dalmatæ poſt mortem Ladiſlai iterum ab Hungaris defeciſſent, creato Rege *Petro* quodam, tamen *Colomannus* illum Petrum in prælio obtruncavit & Dalmatiam recepit. Extinctâ Attilæ in Andrea III. progenie Hungaria exteros Reges habere cœpit. *Familiæ* in ea regnarunt 1. *Bohemorum* ex quibus petierunt Regem Wenceſlaum ſive Ladiſlaum 2. *Bavarorum*: ex qua Otto Dux Bavariæ 3. *Andegavenſium* ſive Neapolitanorum, ex qua Carolus Robertus, Ludovicus I. & Maria. Sub Carolo Roberto regnum Hungariæ ampliſſimum fuit, ac Dalmatiam, Croatiam, Serviam, Bulgariam, Boſniam, magnam Ruſſiæ partem ac in univerſum tredecim regna complectebatur. 4. *Lützelburgenſium*: Nam extinctis Neapolitanis cum ſola ſupereſſet Maria, Sigiſmundus Caroli IV. Imperatoris filius ea ducta ſimul Hungariæ regno potitus fuit 5. *Auſtriacorum*, ex qua Albertus, Ladiſlaus V. poſthumus. 6 *Corvinorum*, ex qua Matthias Corvinus & Hunniades 7. Polonorum, ex qua Vladiſlaus II. ac Ludovicus VIII. 8. *Iterum Auſtriacorum*, Ferdinandus I. & qui eum ſecuti Imperatores.

Turcarum irruptio in IV. Quum Turcæ ex Aſia in Thraciam intraſſent, continuis fere bellis

bellis Hungariam afflixerunt, inprimis ſub Sigiſmundo ac Ludovico vltimo, poſt fatalia illa ad Nicopolin, Varnam, & Mahazi-am prælia. Repreſſit quidem *Matthias Corvinus, Hunniades*, vlus *Scanderbego* Epirota, Turcarum potentiam: ſed eo extincto maiora incrementa ſumpſit. Inprimis verò occaſionem Turcis commodiſsimam præbuit mors Ladiſlai V. poſthumi. Tum enim *Ferdinandus I.* & *Ioannes* Weivvoda Tranſſylvanus de regno armis inter ſe contendebant, & nitebatur Ioannes Turcarum auxiliis. Hoc prætextu Solymannus Budam, regni ſedem, cum longè maxima Hungariæ parte, occupavit: illamque veluti arcem belli contra Chriſtianos conſtituit. *Hungariam.*

MEMBRVM II.

De Tranſſylvania.

V. OLim Tranſſylvania erat Hungariæ provincia, & per Woivvodam ſive Palatinum Principem regebatur. Sed poſtquam *Ioannes Vvoivvoda* regnum HVNGARIÆ invaſit, Tranſſylvania peculiarem Rempub. ac Principatum ſub clientela Turcæ conſtituere cœpit. Primus Tranſſylvaniæ Principum *Stephanus Batoreus*, poſtea Poloniæ Rex, cui ſucceſſerunt *Chriſtophorus*, *Stephanus*, *Stephanus Botskai, Sigiſmundus Ragotſchki, Gabriel Batori, Bethlehem Gabor, Georg Ragotſchki I.* & *Georg Ragotſchki II. Kemini Ianos.* His perpetua cum Turcis pax eſt, ſed frequentia cum Auſtriacis bella, quæ circa an. 1600. incœperunt. De Bethlemo Gaborio Vid. Theat. Europæum, & alios qui bellum tricennale deſcripſerunt.] *Tranſſylvaniæ Principatus origo.*

MEMBRVM III.

De Regno Bohemiæ.

VI. BOhemia à principio indigenas Principes habuit. Primò *Duces* habuerunt Bohemi, quorum decimus *Boſibojus* à Methodio, Moravorum Apoſtolo, baptizatus religionem Chriſtianam in Bohemiam introduxit an. 898. *Bohemiæ Ducatus.*

VII. Moravia antiquum & potens regnum fuit, quod magnam *Moravia, regnum.*

Poloniæ, Hungariæ & Auſtriæ partem complectebatur. Exortum fuit an. C. 680. Anno. C. 740. *Suathes* in Moravia regnavit, qui ab Hungaris magnâ Poloniæ parte exutus regni ſedem in Moraviam tranſtulit. Vltimus Moravorum Regum fuit famoſus ille *Suathoblucus II.* Hunc Imp. Arnolfus an. C. 898. evertit, à quo tempore Moravia in provinciæ formam redacta, poſtea Polonis ceſſit, à quibus eam ad Bohemos tranſtulit Primiſlaus an. 1040.

Bohemia regnum. VIII. Apud Bohemos temporibus Friderici I. *Vladiſlaus* an. 1189. regium titulum recepit, atque ad poſteros continuâ ſerie tranſmiſit. Quum poſt mortem Friderici I. Philippus Sueviæ & Otto IV. Saxoniæ Dux de Imperio contenderent, *Primiſlaus* Rex Bohemiæ adeò ſe partibus Ottonis addixit, vt cognomen ſibi poſteriſque ſuis *Ottogarorum* peperit, voce Germanica *Ottiſch*, ſive totus Ottonicus. Vnde non rectè ſcribitur Ottocarus, quaſi carus Otto, vt ex Dubravio patet. Primiſlao Ottogaro I. ſucceſſit *Wenceſlaus Ottogarus II.* Huic *Primiſlaus Ottogarus III.* qui regnum Bohemiæ ad ſummam amplitudinem deduxit, illudque à mari Balthico vſque ad Adriaticum propagavit. Nam poſt obitum Friderici Bellicoſi Ducis Auſtriæ ſorore eius Margaretha ducta, Auſtriam; ab Vlrico vltimo Duce Carinthiorum, titulo emptionis Carinthiam, Carniolam, Marchiam Venedorum, Sclavoniam & portam Navonis conſecutus eſt: Veronenſes, Feldrenſes, Tarviſini, & multi ex Foro Iulij ſeſe ei ſponte ſubmiſerunt, Hungaris Striam ademit, & in Pruſſia ſuperatis Tartaris vrbem *Kœnigsberg* exſtruxit [*Vid. Æn. Sylv. Hiſt. Bohem. c. 27.*] Quâ occaſione ipſi has provincias cum vita eripuerit Rudolphus I. ſupra dictum. Remanſit tamen poſteris eius regnum Bohemiæ & Moravia. Tandem *Vvenceſlaus III.* in Moravia nefariè obtruncatus familiam Zechorum ſive Ottogarorum terminavit.

Regis Ottogari.

Ottogarus III. Regnum Bohemiæ valde amplificat. Regni Bohemici incrementa.

Regni Bohemici mutationes. IX. Dein extinctis Ottogaris regnum Bohemiæ ab exteris competitoribus miſerè dilaceratum; & partim ad *Henricum* Ducem Carinthiæ, partim ad *Rudolphum* Alberti I. Imperatoris filium pervenit. Hæc diſſidia durârunt vſque ad an. 1312. quo regnum Bohemiæ ad Domum Lützelburgicam tranſlatum fuit. Habuerunt autem Bohemi Reges exteros *Ioannem* ex Domo Lützelburgica, qui in prælio contra Anglos ad Creſſiacum an. 1346. cæſus Succeſſorem habuit Vvenceſlaum cognomine *Carolum*, qui etiam Imperator hoc nomine factus Bohemiam omnem illuſtravit; ſub quo exorta propter religionem *Huſſitarum* factio Bohemiam ingenti calamitate afflixit. Hunc excepit *Vvenceſlaus* filius, eiuſque frater *Sigiſmundus*, de quo ſupra. 2. Ex Domo Auſtriaca *Albertum II.* & *Ladiſlaum* Poſthumum. Hoc repente extincto *Podiebracius* natione Bohemus regnum per 40. annos tenuit

tenuit. 3. Ex Polonis Ladiſlaum, cuius filius Ludovicus Hungar. & Boh. Rex an. 1526. à Turcis ad Mohazium cæſus occubuit 4. Pervenit iterum ad Auſtriacos, Ferdinandum I. Rudolphum II. Matthiam, Ferdinandum II. ſub quo motus Bohemici exorti (de quibus ſupra Diſcurſ. I.) 5. Ex Domo Palatina Fridericum, quo intra vertentem annum everſo iterum velut hereditario iure ſucceſſerunt Auſtriaci Ferdin. II. & III. & IV. & qui hodie regnat Leopoldus. I. Vid. *Goldaſt.* de Regno Bohemiæ. Vid. *Thomſonium* de cauſis motæ Bohemiæ, qui ait Ferdinandum II. privilegia Bohemorum labefactaſſe; add. Hippol. à Lapid. p. 338. vbi particularia vide. Hodie Bohemiam eſſe hereditariam, apparet ex *Inſtr. Pac. art. 4. verſ. De cæterò in Bohemia &c.*

Thomſonius.

Bohemia hodie hereditaria.

DISCVRSVS XIV.

DE

FERDINANDO II. & III. Impp.

MEMBRVM I.
De Ferdinando II.

Ad verba Ferdinandi II. & III.

FERDINANDVS II. An. 1619. Francofurti electus Imperium adiit diſſenſionum flammis vndique plenum, iamque tum Bohemici Regni proximus paries arſit, ex quo dein magnum illud & multiplex & ſupra quàm dici poterit, exitiabile bellum ortum; quod nec civile tantum aut ſociale appellaveris, neque externum etiam, ſed quoddam commune ex omnibus, & plus quàm bellum: quo non Germania in Europa magis, quàm in Germania Europa certavit: hoc exitu tamen, ut quando ſors noſtra

Iudicium de bello Germanico.

hoc rerum ſtatu acerbior eſſet, ac triſtior, tantò illuſtrior exiſteret gloria quum nulla gens hic alia geſſerit partes, aut quicquam magnificum ac laude geſſerit dignum, quæ noſtris ad id non manibus tantùm ac opibus, verùm conſiliis etiam fuerit vſa: quo ſuperatæ in partibus Germaniæ decus, non niſi ipſos Germanos maneret, iidem & victi & ſui victores exiſterent. Quod in futuris annalibus quum leget poſteritas, miſerabuntur illi quidem fortaſſis atrocitatem fati noſtri; ſed magis admirabuntur virtutem, quod invictus populus Principatum Europæ denuo ſibi, in ſemetipſo quamvis, aſſeruiſſet.

Germania in Germano victa.

Ferdinandi devotio.

II. Noſter *Ferdinandus* fuit Princeps omnibus virtutibus Regiis ornatiſſimus, ſed *Zelo in Romano-Catholicam religiónem nulli ante ſe Cæſarum ſecundus, qui ſi devotione ſua tam Evangelicus fuiſſet, quàm fuit Pontificius, Conſtantinum vel Carolum Magnos æmulari potuiſſet.* In ipſo ſuſcepti regiminis exordio *Laureti* in agro Piceno coram Virgine Matre Deo vovit, vel cum vitæ diſcrimine abacturum ſe è Stiriâ, Carinthiâ & Carniola, ſectas, ſectarumque magiſtros; Idemque poſtea, Vngariæ Bohemiæque iam Rex & Cæſar, ſe in Bohemia illique regno adiunctis provinciis acturum *Cellis*, vbi in Stiriæ finibus præcipua religione Virgo colitur, ſanctè conſtanterque vovit. Tandem octo ferè ante obitum annis obſtrinxit ſe voto; nullis defuturum occaſionibus, ad Hungariam ſub patrocinium Virginis reducendam. Præſtitit vota, & putatur centies centena millia hominum ad Eccleſiam Romanam redegiſſe. Ipſe *ſæpius profeſſus, malle ſe cum Coniuge ac liberis, ſolo ſcipione inſtructum, ire in exilium oſtiatim panem mendicare, in fruſta concidi, quàm iniuriam Deo Eccleſiæque ab hæreticis* (ita Euangelicos vocabat) *in ſubditis ſibi provinciis hactenus illatam diutius perferre.* Rudolpho à Triefenbach, Baroni Auſtriaco, ad Romano-Catholicam fidem reditum his verbis, proprio calamo exaratis gratulatus: *Exoſcularer tui capitis verticem ſi tibi præſens adeſſem.* B. *Virginem* datis ad Duces literis mandatiſque *vocavit Generaliſſimam.* Ardenter cum Pontifice egit, vt Virginem ſine originali macula fuiſſe conceptam pronunciaret id quod Alexander VII. poſtea iuxta regni Pontificij Status rationes definivit.

Vota Ferdinandi.
Votum irreligioſum non ſervandum Ferdinandi nimius Zelus nocuit Imperio.
Nota ſuperſtitionis vim.
En Ieſuitarum impreſſiones in animo optimi Imperatoris.
Nota impiã devotionem erga B Virginem Mariam.

Ieſuitarum cultus.

III. *Ieſuitas vehementer coluit Ferdinandus:* Auguſtæ & aliis ſæpius aſſeruit: S. Ignatio ſua ſe omnia peculiari cura commiſiſſe, voluiſſe ab illo ſua vota dirigi, per illum Deo exhiberi. Imò adeò erga Eccleſiaſticos ſuos fuit munificus, vt, importunis eorum flagitationibus victus, *Edictum* (quod inde Ferdinandeum dicitur) de reſtituendis Euangelicorum Eccleſiæ bonis an. 1629. emiſerit, eam autem aleam belli in Germaniâ denuo iecerit, cuius in euentu ipſos Eccleſiaſticos pænituit, & pænitebit, donec memoriam cum voce non perdent. (*Dn. D. Wagner.* l. 7. *Inſtit.*

Ferdinandeum Edictum.

Inſt. Hiſt. p. 583.) Culpa ergo huius Edicti emiſſi non eſt tam Imperatoris, quàm Pontificis & Ieſuitarum, qui ſunt in ea hæreſi; Bona Eccleſiaſtica iniuſtè ab Euangelicis poſſideri Vani! Falſi!

Laimormannus. Ieſuita in Ferdinandi aula prævalens.

IV. Ferdinandi II. Confeſſor fuit *Laimermannus* Belgo-Gallus. Hic cor Cæſaris in manu & nuto ſuo habuit, cuius conſilia & monitoria tam in rebus Eccleſiaſticis, quàm Politicis omnia alia prævaluerunt. Hunc patronum qui habuit, res ſuas in aula Cæſaris tutò agere potuit (*Aut. Stat. Reg in Ferd. II.* Cap. 8.) Fatetur *Caraffa* (*in German. Sacr. Reſtaur.* p. 162.) etiam Catholicos ardentibus ſuis conſiliis & ſuggeſtionibus, quibus miniſtros Cæſaris inſtruere ante ſententiæ dictionem ſolitus fuerit, offenſos, nomenclatura turbatoris pacis ipſum dehoneſtare non dubitaſſe.

Nota Ieſuitarum inſinuationes in iudicium Aulicum.

Affectio Monarchiæ.

Arcana Ferdinandi a multis credita.

Intereſſe Imperij in quo conſiſtat ex contrariis Ferdinandi II. actionibus conſtat.

V. *Multi crediderunt hunc Imperatorem in animo habuiſſe, redacta in ordinem Principum potentia, abſolutum ſibi imperium, Caroli M. temporibus conforme, adſtruere.* Voluerunt id ipſum inde colligere 1. *Quod univerſalia comitia*, per quæ dicta & facta eius cenſuræ ſubiicerentur, in tantis Reip. neceſſitatibus *non indixerit*, ſed tantùm an. 1623. & 1630. Dnn. Electores in conſilium Ratisbonæ adhibuerit, quod paucorum imperium regio regimini propius eſſet, 2. *Quod in ordinem Principum nonnullos evexerit, ſibi potiſſimum obnoxios*, hac fini, vt antiquorum Principum, ſi forte vniverſalia comitia eſſent indicenda, aut adæquaret, aut vinceret. 3. Quod in Replica ſua in conventu Ratisbon. 1630. de dato 20. Iul. aſſerat; *Es habe Ihm vveder des Reichſordnung, noch auch das Herkommen einige Maſſe zuſchreiben* 4. *Quod per VVallenſteinum*, Imperij illum Dictatorem, maximo exercitu ſtipatum, *Principes Imperij omnibus viribus denudare cœperit*, vt ita bello & tributis velut lentâ morte periret, quicquid in Imperio validum erat (*Vid. Epit. rer. Germ. à p.* 58. *uſque ad* 67.) *Dn. Forſtnerus* tamen (*in Epiſt* p. 137.) exiſtimat, niſi Unioniſtæ ac Daniæ Rex minuendæ potentiæ Auſtriacæ inauſpicata arma ſumpſiſſent, Ferdinandum II. Imp. Praga & Regno, quo per iniuriam exutus fuerat, recuperato contentum, bellum in Germaniam nunquam convertere voluiſſe. Hæc ille vtrum verus vates hic extiterit Beatus Dn. Forſtnerus, novit Deus. 5. Illum ope Catholicorum, quos ſibi Edicto 1629. ſatis devinxerat, interitum Proteſtantium quæſiviſſe; his verò ſubmotis, etiam illos ſubiugare voluiſſe, conſilium ſuggerente *Ognato* Comite Hiſpanico apud Cæſarem Oratore, cuius fervida vox aliquando excepta: *Æquo longiores eſſe Epiſcoporum Germaniæ togas, eaque reſecandas*: 6. Principes propriâ autoritate depuliſſe ac privaſſe ditionibus ſuis: Poſt compoſitas cum Rege Daniæ res, hoſtem quidem Imperij nullum, nec minus tamen militem tributa, in quæ ex lege Imperij communi Procerum ſcitu conſentiri æquum erat, ad libidinem noui

Forſtneri iudicium de Ferdinando II.

Ognatus Legatus.

Ducis Megapolis fuiſſe indicta, & crudeliſſimè exacta. Hinc *Euangelici Principes* ac Ordines in literis ad Cæſarem (*de dato Leipſig.* 18. *May.* 1631.) ita queruntur: *Das die ſo thevvr ervvorbene, und ſo tapffer erhaltene Teutſche libertet, darin doch die Ehr und vvürdigkeit deſs H. Rœm. Reichs beruhet, betrübet, bedrucket und geærgſtiget vverde; Die ſtarcken und unbevveglichen* fulcra *deſs* Religion *und* profan *Friedens ſein mercklich geſuncken und geſchvvechet, ſo vvol die heilſame Reichs* Conſtitutiones, *Craiſverfaſſungen, und andere Lœbliche Ordnungen und Abſchiede dermaſſen verdunckelt und von vielen zurück geſetzet, das es das anſehen gevvinnen vvolle, als ob ſolche, mit ſo groſſer* prudenz *und fürſichtigkeit auffgerichtete* ſanctiones *und Abſchiede gar ihren Abſchied hetten bekommen ſollen.* Separatim quoque *Elector Saxon:* in literis ad Cæſarem [*de dato Zabelnd.* 24. *Aug. an.* 1630.) *Das eine ſolche* confuſio rerum *eingeführet auch dabey ſolche* exceſs *verubt, die Teutſche* libertet *auch alſo gedrucket, das dergleichen in* Hiſtorien *nicht zu leſen.* Non minus acriter in Cæſaris actiones univerſi *Electores iunctim* invecti ſunt [*in Duplica in conventu Ratisbon. ann.* 1630. *d.* 20. *Iul.*) *Das ſolche ſachen vorgingen die den fundamental geſetzen deſs Reichs zu vvieder lauffen, auch ohne deſſen endliche* convulſion *und zerrüttung nicht længer geduldet vverden kœnnen* &c. *Die Vhralte verfaſſung deſs H. Reichs vverde dadurch niedergeriſſen, und deſſelben Koſtbare thevvr ervvorbene Freyheit, ſo gar unter die Füſſe getretten.* Item in gravaminibus ſuis ita: *In den zeitlichen vvere die Lobliche und herliche* harmonia *deſz Ober haubts und der glieder dermaſſen zerrüttet und auſz ſeiner Ordnung gebracht, das von dem Vhralten* ſplendor, &c. *Faſt vveinig über den bloſſen Nahmen mehr übrig.* Et poſt: *Die Churfürſten vveren faſt alles anſehens und reſpects beraubet, müſten ſich deſs Kriegs* Commendanten, *ſo ihnen Stands halben nit zuvergleichen, undervverffen.* 7. Iuriſdictionem in cauſis Principum Ferdinandum porrò ſibi ſoli arrogaſſe, verbi gratia, in cauſa *Heſſen* contra *Heſſen*, & in cauſa *Baden* contra *Baden*. 8. Pacem Pragenſem cum ſolo Saxon: *Electore* abſque reliquorum Ordinum conſenſu pepigiſſe. 9. Ius belli & Pacis ſibi ſoli ſumpſiſſe. 10. Conſtitutiones Imperij. Tranſactioni Pragenſi contrarias, ſuo conſenſu ſuſtuliſſe (*Tranſact. Prag.* §. *VVas uber dieſen.*) 11. Palatinum inconſultis Ordinibus aut ad minimum Electoribus proſcripſiſſe, qui aliàs iudex Cæſaris, & licentiæ Imperatoriæ obex. Deniq; illum *μοναρχίαν*, cuius fundamenta Carolus V. iecerat, exædificare, legemq; 31. D. de Legib. cum Romanis Imperatorib. mortuam, iterú ab inferis revocare voluiſſe. Hæc & alia Illuſtres Nobiles ac ignobiles vulgo de Ferdinando noſtro crediderunt, quæ hodie æterna lege ſunt correcta *art.* 8 *Inſtr. Pac* §. *Gaudeant.* Promiſit tamen Ferdinandus in conventu Ratisbon. 1630. Nullum bellum ſine Ordinum aſſenſu cuiquam indictum iri: Tributa quoq; poſthac, non ex Ducis libidine, ſed in

Intereſſe Imperij in conſerv. libert: Germ.

Libertas Germaniæ in dubio tēpore Ferdinandi II.

Intereſſe Imperii violatum.

Anarchia Imperii.

In Harmonia conſiſtit ſalus Imperij.

Circulorum conventu (quod tamen nondum ſatis erat) imperanda.

VI. Quemadmodum rarò Magnis hominibus contingit : *Non erraſſe*; ita idem illud in Ferdinando noſtro eveniſſe notant. Nam Ferdinando II. poſt debellatos in Imperio hoſtes ſuos, nec in armis perſiſtere, iuſtitiæ, nec dimittere exercitus regni & potentiæ ſervandæ ratio permittebat. Poſtquam, Electorum precib. an.1630. Ratisbonæ cedens, exauctoravit militem, ſtatim Guſtavus Adolphus,&, qui metu ac terrore hactenus continebantur, in vltionẽ conſurrexerunt. Commiſit Imperator & illum errorem, quod non Imperij totius, ſed Electorũ comitia indixerit, & cum his ſolis rerum maximarũ momenta tranſegerit. Hic error res eius peſſumdedit, vt iudicat Dn. *Forſtn.* (ad l.13. *Ann. Tac.c.*41. *&* l.12.c.32.) Optimus ſanè Imperator, niſi à Papa, Hiſpanis & Ieſuitis inſtigatus arcum nimium intendiſſet. Militavit Ferdinando Imperatori *Edoardus Bragantinus*, Ioannis, qui an.1640. Luſitaniam Hiſpanis ſubtraxit, frater, egregia fortitudinis & fidei laude. Aberat Edoardus nõ à conſiliis modò ſed à notitia quoque rebellionis; & provenerat fama motarum in Luſitania rerum ad Miniſtros in aula Cæſarea Hiſpanicos, priuſquã Edoardus inde aliquid reſciſceret. Igitur illi ſolum recentis potentiæ munimentum Edoardum reputantes, Cæſarem aggrediuntur, metũ, pericula, & unum iſtorum remedium ingerentes, carcerem & vincula. Cæſar pro egregia tot annis ſibi præſtitã fide nefandam ingratitudinem reddere, & ſceleri debita ſupplicia innocentiæ irrogare renuebat. Neque ſufficiebat animus ſævitiæ, ni Hiſpani *Didacum Chorogam*, Capuccinum, Imperatricis conſcientiam regere ſolitum, ſubornaſſent, *qui ſine Numinis offenſa pro regni ſalute iniuſtum eſſe licere*, tandem Optimo Principi perſuaſit; indignantib. pleriſq; leges hoſpitales, fidem publicam, libertatem Imperij Germanici Hiſpanorum crudelitati poſt haberi. (*Vid. Siri. Tom.*1. l. 2. *Hiſt. Dn. Forſt.* l. cit.) Ita dum Hiſpani & *Ieſuitæ in aula Topanta & fac totum* quaſi ſunt, bonus & Optimus Imp. ſæpe illa peragere coactus, quæ Cenſoriam Imperij Statuum notã effugere non potuerunt. Pertinet huc quod olim tubicẽ quidã Würtemb. dixiſſe fertur: *Unſer Herr Gott uvere offtmahls gut gnug, hette der Teuffel die bœſe Apoſteln nur ein theil hinvveg.*

Errores Ferdinandi II.

Edoardus Bragantinus.

Hiſpani flocci faciunt iuris regulam. Frater non portabit iniquitatem fratris.

Ieſuitarum & Monachorum in aula Cæſaris arcana. Hiſpanorum impia doctrina.

Statiſtica calliditas.

Pro regni ſalute an iniuſtum eſſe liceat?

Aulici corrumpunt optimos Principes.

VII. Non pauci augurantur, hunc Imperatorem, non quidem abſolutam, ſed magis pleniorem Monarchiam in Imperium reducere ſibi propoſuiſſe, præſertim quum vidiſſet, per Vnioniſtarum & Ligiſtarum factiones ſub Rudolpho II. ad uſque illa tempora autoritatem Cæſaream miris modis eſſe collapſam. Vtinam modo inconſultus Evangelicæ religionis reformandæ fervor à Ieſuitis, Papæ Apoſtolis (qui rectius Satanæ dicuntur) incitatus, ab illo Imperatore abfuiſſet, Edictumq, reſtitutorium non prodiiſſet: tum omnibus, paulò ſecius, quàm par erat, admiſſis, facilè ſpongia induci potuiſſet. Comitia enim neglecta &

Intentio Ferdinandi II. lenita.

Quomodo excuſari, vel non excuſari poſſit Ferdinandus.

alia omiſſa, temporum injuriis ac bellicis neceſſitatibus hoſtilibus adſcribi exceſſuſque in proſcriptorum bonis malis miniſtris (*de quib. vid. Epiſt. Berenici de Comit. Elector. an.* 1630.) impingi potuiſſent. Bellum ſanè Mantuanum, cum maximo Imperij commodo, pace, Hiſpanis invidioſa, in conventu Ratisbonenſi 1630. Ferdinandus finivit: Tributa in conventibus circulorum indicenda, nec ulli Ordinibus inconſultis bellum indicendum promiſit, Wallenſteinium exauctorari, magnamque exercitus partem dimitti permiſit. (*Vid. Epiſt. de Comit. Elector.*) De hoc Imperatore *Bethlehem Gaborius* Tranſſylvaniæ Princeps tale judicium

Gaborij iudicium de Ferdinando.

tulit: *Difficile ac dubiæ alea plenum opus eſſe, pugnare contra Ferdinandum, quem nec adverſa deiicerent, nec proſpera extollerent* (*Brachel. l.3. Hiſtor. p.*190.) Tandem hic Potentiſſimus Imperator, quum turbulento Imperio per 18. annos præfuiſſet ann. 1637. menſ. Februar. deceſſit, ipſique per omne Imperium, & vicina regna, Conſtantinopoli quoque permiſſu Amurathis, ab Oratoribus Principum Chriſtianorum regio apparatu parentatum eſt. Plura de Ferdinando II. Vid. apud *Laimormannum* qui eiuſdem vitam, & Mathenetium, qui eiuſdem coronationem aliquot libris deſcribit.

MEMBRUM II.

De Ferdinando III.

Ferdinandus III. Pacificus.

VIII. FErdinando II. ann. 1637. ab Electoribus ſuffectus filius Ferdinandus III. non patriarum modò ditionum, ſed virtutum etiam & gloriæ heres, pietate & re militari inſignis, cuius egregium ſymbolum fuit: *Pietate & juſtitia.* Hic tandem Imperio diu deſideratam Pacem clementer ann. 1648. indulſit. imò quod magis eſt, Ferdinandus glorioſiſſimus Imper. in Comitiis Ratisbon. an. 1653.54. hanc almam pacem de novo confirmavit. Meritò ob id audit AUGUSTISSIMUS. Hac Pace Weſtphalica ſub Imperatoria Majeſtate, poſtquam ſatis diu Germania in ſanguine ſuo natavit, cuilibet nunc licet eſſe pio, & in reli-

Proteſtationes vanæ nō attendendæ.

gione ſua devoto, quamvis *Papa* ob bolos ſibi ereptos proteſtando eam irritam pronunciaverit, Deo Pacis, vanitatem proteſtationis merito ridente. (*Dn. Wagner.* l.7. *Inſtit. Hiſtor.* c.8.n.20.

IX. Pontificij (& inter eos *Autor Floſcul. Hiſtor. p.*452.) huic Imperatori PACIFICO inſignem injuriam faciunt, dum, ipſum hanc pacem minus probaſſe aiunt. Contrarium enim docent acta publica. quæ

quæ *Theatro Europæo* (Tom. 6. p. 1141.) clarè exhibentur. Quum enim an. 1650. d. 30. 20. Iul. Chiliarcha *Raffi* cum duobus veredariis & tubicine Viennam veniſſet & clangore tubæ (quod aliàs ſub pœna capitis vetitum) per vrbem uſque in arcem Cæſaream penetraſſet, ac Imperatori Inſtrumentum Pacis, cum Executionis Receſſu debitâ reverentiâ exhibuiſſet; Cæſar inſigni gaudio plenus Inſtrumenta illa manibus avidè excepit, ac Chiliarcham, Evangelium Pacis annunciantem annulo 6000. thlr. æſtimato, ac catena aurea, cum appendice nummi gratioſi, donatum dimiſit. Vidit hic Imperator Auguſtus *verum Imperij intereſſe in eo eſſe ſitum, ut Capus & Membra Imperij almâ Pace rurſus univeniur.* Nihil itaque prius aut antiquius habuit, quam ut Reip. Imperij, quam feralis Bellona hactenus dirum in modum afflixerat, auream Pacem redderet. *Ita tandem pax amatur, quum belli pertaſum eſt.*

Evangelium Pacis Monaſterienſis Viennæ annunciatum cum gaudio Cæſaris Intereſſe Imperij.

X. Alma hac Oſnabrugo-Monaſterienſi Pace revocata inter Imperij caput & Membra civilis concordia rediit, ſopitum illud diuturnum civile bellum, diſcordia ſepulta ac ſitu obſita, iuſtitia, æquitas, in Germaniæ fora reducta: Acceſſit Imperatori Majeſtas, Statibus auctoritas, iudiciis gravitas: Rectè faciendi omnibus, aut inculſa voluntas, aut impoſita neceſſitas: Honorantur recta, prava puniuntur; Suſcipit potentem humilis, non timet: Antecedit, non contemnit humiliorem potens: Loca occupata priſtinis Dominis reſtituta: Vindicatæ, ab injuriis militum, Statuum Provinciæ: Honor dignis, quà bello, quà pace paratiſſimus: Pœna in malos ſemper parata: Superatur æquitate gratia, ambitio virtute. Omnipotens & æterne Deus, Auctor & Stator Germanici Imperij, te ſupplici voce obteſtor atque precor, cuſtodi, ſerva, protege Imperij hodiernum Statum, in hac Pacificatione Weſtphalica fundatum; Imperiumque ſub invictiſſimi Leopoldi *conſilio & induſtria*, ab omnibus hoſtibus, inprimis qui inter eos nominis Chriſtiani hereditarius eſt, clementer protege & conſerva.

Encomium Pacis Monaſterienſis, qua intereſſe Imperij ſtabilivit.

DISCVRSVS XV.

DE

REGE SVECIÆ, GVSTAVO Adolpho & Regina Chriſtina.

Ad verba: *Guſtavum Adolphum &c. Chriſtinam.*

MEMBRVM I.

DE GVSTAVO ADOLPHO.

Laus Guſtavi.

I. GVSTAVI Adolphi Alexandri illius Novi-Antiqui, res geſtas in noſtra Germania peculiaribus libris exſecuti ſunt Cornelius *Danckardus* (in Hiſtor. rer. Suecic.) *Chemniz*, & Petrus *Baptiſta Burgus* in Marte Sueco-Germanico, qui ita (lib.3.) de noſtro Magno Guſtavo: Erat grandiori corporis ſtaturâ, quàm vulgo ſunt homines, ac proportionata membrorum compagine, robuſtiſſimo corpore, candidâque facie, cum grandi (aquilino) naſo, ac ſubrufâ cæſarie ac barbâ. Laudabiliores erant animi dotes, quippe magnanimus, liberalis, affabilis, miſericors fuit, pius quoque ac iuſtus, ſi hæreſin (*ita Pontificis hæreſi infectus indicat*) dempſeris, regnandique libidinem condonaveris: Si hic prælio, ad oppidum *Lützen*, ſupervixiſſet, parem in terrarum orbe non habuiſſet: Vix annos 38. natus immanem trucemque mortem, ſeptem vulneribus transfoſſus, ſubivit, menſ. Novemb. 1632. Hæc ille. Egregium quoque de hoc magnamino Heroe iudicium tulit *Ambroſius Spinola* qui poſt prælium victorioſum ad Pragam an.1620. quæſitus, qui iam ex Evangelicis Catholicorum potentiæ formidabilis, poſſet videri? reſpondit: *Er hette numehr dem Könige in Hiſpanien im Niederlande*

Spinolæ iudicium de Guſtavo Adolpho.

derlande

derlande und ſonſten lange zeit gedienet; ſeine augen aber vvürffe er noch ſtets in der ganzen vvelt herumb, und ſein Geiſt vvere bey allen Kœnigen und Fürſten in ihren Cabinetten *: Bey den* Republiquen *und Stædten aber, vvere ſein Herz mit vff ihren Rathhæuſern: Er ſehe aber niemanden, der ſo* conſiderabel*, und ſolcher geſtalt zu achten, als der junge Kœnig in Schvveden; denſelben ſolte man nicht leicht irritiren und beleidigen: Sein Gemüth, Verſtand, und Herz gebe ſich dermaſſen an tag, das es damit heiſſe, VVofern er lang leben vvird: Unus Guſtavo Iuveni non ſufficit orbis*, vt refert *Ant. Comitiol. Ratisbon pag.*21. Ipſe *Guſtavus* poſt prælium Lipſienſe Halæ-Saxonum ad eruditum Virum dixit: *O quam facilè erat Orbis Imperium occupare aut mihi Germanis militibus, aut, me Rege, Germanis.* Vulgari proverbio fertur: *VVer Glück und ein Nuſsſchal vol Hirn im Kopff hat, der kan eine halbe vvelt regieren,* quod verè ad hunc Succiæ Magnum Alexandrum applicari poteſt.

Indicium Guſtavi Regis de Germanis Prudentia regia Reſp.

II. *Cauſa quæ Regem in Germaniam excitavit eſt nimia potentia Auſtriacæ Domus.* Quum enim Hiſpano-Auſtriaca arma vbique eſſent victricia, & Contra Hiſpanorum factio invidendam iſtam potentiam omni modo coërcendam cuperet, *Galli* quum ipſi (metu an verecundia?) Auſtriacorum arma in ſe provocare nollent, *Guſtavum Adolphum*, Sueciæ Regem maximum *ſui & futuri ſeculi ſine vitio monſtrum,* Auſtriacis hoſtem adornarunt (*Dn. Forſtner. ad l.*13. *Ann.* Tacit. *p.*312.) Hic itaque potentiæ Auſtriacæ molem immenſam, tot temporum ſeculis: tot exercituum robore nixam, fundatamque, quinque millibus aggredi auſus eſt, feliciſſimo ſucceſſu; aſt inutili conſilio, niſi indignantem Germaniam in partibus fore prævidiſſet (*Dn. Forſtner. ad l.* 11. *Ann.* Tac. *p.*19.) Quod ſi enim Germanis militibus victricia arma ſua non propagaſſet, ac Proteſtantium favorem & auxilia in partibus habuiſſet, brevi forſan in Rugiam fuiſſet redactus. Præcipua ergo laus liberatæ patriæ debetur Germanico ſanguini, quo vnicè ferè avita libertas parta & reſtituta: Magni autem illius Guſtavi Ductui vnicè acceptum ferre debent Evangelici, quod Clericorum ſervi facti non ſint.

Guſtavus excitatur adverſus Hiſpano Auſtriac.

Guſtavus Adolphus, pro communi intereſſe ſuſcepit arma.

Guſtavus Germanorū viribus tot præclara facinora patravit.

III. Ergo hic Guſtavus d.30. May. 1630. è Suecia ſolvit, & d.25. Jun. ad Pomeraniæ littus appulit, ac ſine obice Stettinum vſque progreſſus, cum Duce Pomeraniæ, Megapolis & Bremenſibus fœdus percuſſit, quum patrii militis copia, ærarij vires ac commeatus, tanto auſui pares aliàs non ſuppeterent. Nummum Mnemonicum cudi juſſit hac inſcriptione: *Von Mitternacht da komm ich her, zu ſtreiten iſt all mein begehr: vvil allzeit halten gute vvacht, Gottes Engel nehm mich in acht.* Magno dein animo rem aggreſſus, Saxonicis adjutus copiis, fauſtiſſimam ſenſit fortunam. De hoc Guſtavo Romæ epitaphium confectum

Guſtavi adventus in Germaniam.

quod ita concludit : *Si plura ſi maiora quæris, Deum non hominem quæris.* Eripuerant tandem fata Regem, in maximarum rerum ſpem vix oſtenſum orbi; Regem pium, Regem clementiâ non minus, quàm fortitudine & prudentiâ incomparabilem, Regem denique vt vno verbo dicam, virtuti ſimillimum : poſt cuius mortem Suecorum arma multum à prima innocentia deflexa. (*Dn. Forſtner. Epiſt. p. 82. Vid. Verdungi Alexandrum Neo-Antiquum.*) Virtutes huius Guſtavi, Orbis nunc loquitur; eaſque præſtabit æternas hiſtoriæ genius. Hic Rex vnicum labantis Germaniæ fulcrum vulgo audit : In hunc, vt fidei, poſt Deum, columen, Proteſtantes reſpexerunt : Hunc velut Meduſæ caput Ferdinando II. oppoſuerunt. Fuiſſet omninò è re Imperij noſtri poſt huius Regis mortem Pacem Germaniam concludere. Notabilis ſanè eſt vox Chiliarchæ Bavarici, qui prudenter poſt Regis mortem diſſeruit : *Es vvere nun Zeit das vvir Frieden machten; ſo Kænten vvir in vnſerer Hauſhaltung beſtehen.*

Guſtavus moritur.

Intereſſe Imperij neglectum.

Quando vires ſūt pares, optimum cōcludere pacem.

MEMBRVM II.

De Regina Chriſtina.

Chriſtina initia regiminis omni laude digna

IV. TAm auguſto Heroi ſucceſſit in regno *Chriſtina* Magni Guſtavi filia, quæ inter ornamenta adoleſcentiæ, victoriarum gloriâ orbem implevit. Princeps literarum gloriâ & literatorum amore in regno clariſſima; in medio armorum ſtrepitu Muſis amica. Hæc Regina dein regni licentiâ immutatâ, ac ab Hiſpano Miniſtro Don *Pimontelli* (homine latæ conſcientiæ, id eſt, nullæ) corrupta tandem an. 1654. d. 27. May: ſt. v. ſceptrum ac coronam regni à ſe abdicavit. Solennitatem huius reſignationis vid. in *Theat. Europæ.* (*ad ann. 1654. p. 639.*) Mirum & inauditum populis facinus vltro Reginam ſceptro ceſſiſſe. Virgo ætate florens, proſperrima re, coronam deponit, votumque omnium à ſe ablegat. Guſtavi patris victorias ſuperavit hoc facto, quum pluris ſit ſpernere regnum, quàm parare. Darius apud *Curtium* (lib. 5. c. 8.) ait : *Nec hoc imperium vivus amittam, idemque erit regni mei, qui & ſpiritus finis.* Mirantur Politici quidam quare Sylla Dictaturâ ſe abdicaverit; Poterat enim omni vitæ tempore tyrannide iſtâ frui. Sed Demarata vxor, filia Hieronis admonuit illum ſæpè vſurpatæ Dionyſij tyranni vocis, quâ pedibus tractum, non inſidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facilè eſſe momento quo quis

Reſignat regnum.

Reges non niſi cum vita termino regiam dignitatem terminare ſolent.

quis velit, cedere poſſeſſione magnæ fortunæ; facere & parare eam, difficile atque arduum eſſe. (*Liu.* l. 24. c. 22.) Hic Sylla depoſita Dictaturâ perpetua, id eſt, regià poteſtate, Romæ privatus obiit. Cæſar dixit (teſte Suetonio) hunc neſciviſſe literas. Regnum etenim eſt tanquam prædium pulchrum, ex quo egredi non licet. Tranſtulit autem Regina Chriſtina ſceptrum in Carolum Guſtavum Palatinum, quem vivens videnſque ta tam hereditatem adire voluit, ita tamen vt ſibi quotannis è Pomerania & inſula Oeſulan appanagij vice 200000. Imperiales exſoluantur. Ipſa deinde ad exteros peregrinationem ſuſcipiens, puriore Chriſtianiſmo relicto, Papalibus ſuperſtitionibus ſe totam (an ex animo? novit Deus) mancipio & nexu quaſi tradidit, ac *Chriſtina Alexandra ab Alexandro VII.* Papa appellari, novo adoptionis genere, geſtiit.

Sylla Dictator.

Viventis Regis eſt hereditas interdum.

Nota inſolens adoptionis genus.

V. Varia variorum fuerunt tum de hoc Chriſtinæ facto iudicia. Portentum profecto omne exceſſit Reginam (ſunt verba *Dn. Forſtneri in Epiſt. p.* 124. *& ſeqq.*) ætate florentem, pacatis domi & tranquillis rebus, rerum apud exteros geſtarum gloria clariſſimam, inter ſumma fortunæ obſequia de regno, de potentia, quam per æqua & iniqua, per ſaxa, per ignes alij connectantur, ſponte exire. Politicis animadverſum, quod tandem in illa deferbuerit literarum amor, quod remiſſi in patriam ambitioſè exciti vndique viri docti, cuſtodum furtis expilata Regia Bibliotheca, nullo curante & quod in locum ſanctiſſimorum Myſtarum ſubintrarint cythariſtriarum, veſtiariorum, cinifloнum inertiſſima gens; ſartoribus præterea & tonſoribus iniecta ſit purpura. Notum in Germania eſt exemplum de ſartore nobilitato, qui *Guldenſcheer* appellatus. Dum itaque ſe abdicat Regina voluit aliquid, quod alij cogitare horrent. Quid ſi animi imbecillitate & imparem ſe eſſe ſentiens onus abiecit? Tranſparent huius rei per obſcurum coniecturæ quædam. Aucta in immenſum aulæ magnificentia erat, &, qui eam inſtruunt, ſumptus. Impenſæ Northembergæ (*Nortenſchlos* Sueci vocant) conviviorum apparatibus, & beneficiorum magnitudine tota Germania corrogatæ opes. Abſumpta promiſcuis largitionibus præcipua ditionum in Germanico bello quæſitarum & Livoniæ tributa. Nihil poſtremo reliquum, quo regia dignitas & belli paciſque onera ſuſtineri poterant. Pudebat Reginam corrigere errorem, ſucceſſore opus erat, qui tanquam caſſa revocaret, quæ neque dari, neque accipi, ſalva Repub. poterant. (*Vid. pl. ap. Dn. Forſtner. l. c.*) Ita *in ſervitutem cadere de regno grave eſt*; & *καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννίς.* Cæterum, quum hæc ſupra privatorum horizontem ſint, manum de tabula!

Iudicium de reſignatione Chriſtinæ.

Nimiæ largitiones Regibus Noxiæ.

VI. *Carolus* itaque *Guſtavus*, corona & ſceptro Regni Sueciæ ſibi

Carolus Guſtavus.

tradito, Chriſtinæ, reſignanti ac iuri ſuo renuncianti, ſucceſſit, ac ita linea Palatina regno Sueciæ fuit inſerta. Hic Carolus ingens animi & conſilij heros ſtetit ferè, quamdiu regnavit, armatus, & perſtitit in agmine in laboribus frequens, ſtrenuis laudem oſtentans, ſolatium invalidis, exemplum omnibus. Semper actibus civilibus occupatus, armis & literis clarus: Paucas horas nocturnæ quieti inſumpſit: Ipſe calamo omnia negotia belli & pacis diſpoſuit, omnia ipſe ordinavit, exemplum virtutis & mirificæ vigilantiæ. *Mortuus Gottenburgi* febri ardente correptus die 12. Febr. 1660. Reliquit filium *Carolum*, qui hodie à tutoribus & Senatoribus regni in ſpem magnam educatur, & quidem belli amor ipſi maximè inſtillatur, dum exercitus artificiales, umbratiles pugnas edentes, Regi pupillo proponuntur, ac ſæpius etiam pulvis pyrius, ſive nitratus, igni iniicitur, ut à præcipui Miniſtri Suecici filio mihi relatum eſt. Durante Regis minorennitate, Regnum Sueciæ hodie per viros πολιτικωτάτους adminiſtratur: Præter illos qui ſupr. in *Diſc. de Regn. Suec.* nominati, ſuperſunt *Comes* Magnus Gabriel *de la Guardie*, Generalis Gubernator Livoniæ: *Comes* Ioannes *Oxenſtirna*, Senator Regni, olim in Tractatu Pacis Oſnabrugo-Monaſt: Legatus Coronæ Plenipotentiarius: *Comes* Otto Wilhelmus de *Kœnigsmarck*, Sanctior Regis Conſiliarius, Senatorque Regni qui nuper Legati munus ad Regem Galliæ ann. 1666. ſuſcepit, ad publica regni negotia quaſi natus.

DISCVR-

DISCVRSVS XVI.

Ad art. I. Inſtr. Pacis

DE

PERPETVITATE PACIS UVeſtphalicæ.

Ad verb. Perpetua.

I. MVLTI, præſertim exteri, putant, ſupremâ pacis compoſitione, laſſa potius, quàm exſaturata eſſe odia; dum non dememinerunt ſuæ fortunæ, qui gravia paſſi ſunt, retinentibus memoriam factorum, qui gravia fecere. Cæterùm ſalutari Amneſtiâ art. 2. Inſtr. Pac. inducta, ad minimùm ſpes pacis perpetuæ nos non confundet. Etenim lites & controverſiæ, quibus illuſtris Germaniæ populus, in diverſas diſtrahebatur partes, Pace Religioſa Auguſtana & longiſſima hac conventione Weſtphalica an. 1648. adeò prudenter, temperanter & moderatè compoſitæ ſunt, ut omnes rerum Germanicarum periti, aliter iudicare nequeant, quàm nihil omnino ſupereſſe, ex quo virium univerſæ Germaniæ conjunctio impediri poſſit. *Spes eſt pacem fore perpetuam.*

II. Neque poterit quis in contrarium obiicere pacem hanc neceſſitate eſſe expreſſam; utpote quum ab utraque parte ſub clypeo ſit confecta, (ut ſupra in *Diſc. de Negotio Pacis & de Inſtr. Pac.* eſt relatum) inſuperque iuris gentium ſit ſervare, quæ vi bellicâ promiſeris; cùm ferè ſemper altera pars coacta ad tranſactionem deſcendat, & raro æquis atque integris vtrinque viribus ad pacem perveniatur (*Vid. Forſtner. ad Tacit. p.* 245.) Error itaque eſt minimè ferendus, ut nullum ſtabile fædus, nulla fida ſocietas inter Principes contrahi poſſit, ſi victores victis legem dederunt. Quis eſt enim qui neſciat, pacis conditiones ferè ſemper invitis dari, & à victis vi ac metu accipi, ut quod dici ſolet, minima de malis? Id quod Germani ita efferunt: *Entweder fall oder ſteh*. Nemo tamen aut Princeps aut Legiſlator ex- *Pax hæc non eſt neceſſitate expreſſa.* *In tranſactionibus bellicis non habet locum Edictum, quod metus cauſâ.*

ritit vnquam,qui,quod victori promiſiſſet, exequi recuſaret, quaſi coactus id feciſſet. Qui enim viro forti (inquit *Tullius* l. 3. offic.) vis poteſt adhiberi [*Bodin.* l. 5. de Repub. c. 6.] Rectè itaque *Brockhorſtius*) Centur.1. Enant. Aſſert. 29.) ait : *Edictum Prætoris ; Quod vi metusve* &c *ad metum , qui iure licito alicui infertur, non pertinet, qualis eſt, qui iuſto bello infertur.* *Cum ergo in bello , quod iuſtè & legitimè geritur , aliquid hoſtes inter ſe temporibus adducti promiſerint , debet hoc inviolabiliter ſervari.* (Vid. *Hugon. Grot.* l. 2. de I.B. & P.c.11. n. 7. c. 19. n. 3.) Franciſcum Galliæ Regem novimus non aliam habuiſſe repetendi bellum contra Carolum V. cauſam , quam quod ad conditiones, quos captivus inniiſſet, ſervandas minimè ſe teneri diceret (*P. Iuſtinian.* l. 12. Hiſt. Venet.) Et ipſe Carolus cum ab illo promiſſorum fides repoſceretur , obſecundaſſe tempori reſpondit. (*V. Thuan.* l. 11. Hiſt. *Sleidan.* l. 18. Comm. p. 539. 540. lib. 24. pag. 757. & lib. 24. p. 794.) Deniquè Margaretha Parmenſis vi adactam Belgis ſe quædam conceſſiſſe excuſavit. (*Coneſtagg.* l. 2. Hiſt. de Bell. Belg. *Thuan.* l. 38.) Sic comparatum eſt, vt ea, quæ neceſſitate adacti pollicemur non, niſi neceſſitate eadem vrgente ſervare ſoleamus (*Machiavell.* l. 5. Hiſtor. Floren. p. 285.) Quæ cum ita fieri ſoleant,non tamen ita fieri debent : & iuris gentium eſt , etiam ſervare,quæ vi bellica coactus promiſeris. (Vid. Dn. *Forſtner.* in Cent. vn. Hypomnem. Pol.) Non facilè autem belligerantes à conventionibus publicis reſilire ſolent, vbi ſub clypeo, quod aiunt, aut integris vtrinque viribus aut parum acciſis coëunt. Præterquam itaque quod pax hæc Weſtphalica ſit integris vtrinque viribus,aut non adeò acciſis ſancita; tutiſſimam illam reddet mutuus metus, dum qui eam rumpere vult,dum ambigit,an ſuperior eſſe poſſit, abſterretur Firmiſſima enim eſt inter pares amicitia. Det Deus, vt hæc pax, multo ære parta,ære ſit perennior.

Quibus modis pax perpetua manere poſſit Harmonia Imperij. Concordia eſt è re Imperij.

III. Pax autem hæc erit perpetua , 1. Si caput & Membra Imperij concorditer invicem agant, ne harmonia iſta, qua ſinguli ſuaviter inter ſe conſpirare debent, aut intenſione , aut depenſione vnius alteriuſvè nimia corrumpatur, ſed excluſa omnium ſuſpicionum intemperie æquabilis ſit melodia, ac omnium vocum conſonantia. Vnde Nobilis quidam Germanus interrogatus : Ecquando Germani Pacem habituri ſint perpetuam ? egregiè reſpondit : *Wan alle Uhren im Römiſchen Reich Zugleich eins ſchlagen Werden.* Tum enim nec Gallus, nec Anglus, nec Hiſpanus , nec Barbarus Turca noſtrum Imperium convellere atque contundere valebunt. Prudentiſſimè olim Hiſtoricus: *Coite ſoltùm viri Principes , & trepidabunt vires veſtras exteri, quibus ob inteſtinas liticulas vileſcere cepiſtis Tollite Tuſca illa iurgia, & videbitis neque terrarum orbem, neque cunctas gentes conglobatas movere ac*

cona-

Harmonia Rerump.

contundere hoc Imperium poſſe. In inſtrumento Muſico ſi una vel altera chorda ſit diſſona, tota turbatur harmonia, niſi tempeſtivâ compoſitione prævertatur. Hinc priſci dixere: Rempub. conſtare harmoniâ, quâ diſſolutâ & illam diſſolvi. Ea harmonia eſt conſenſus membrorum cum capite, partium cum corpore. (*Loccen.* in not. Polit. ad l.3. Curt.) *Die Süſſe Laute ſinget Kein angenemes Lied, Vven nicht Zuſammen Klinget Das reine Seiten chor.* Itali affirmant ſibi plus timendum fore à Germaniâ ſi uniretur, quàm ab ipſo Turcâ. (*Arniſæ.* l.2 Relec. Polit. c.2. ſect.7. n.18.) Scilicet: *Exiguis addit vires concordia rebus:*

Concordia conſervat Reſp.

Et male quaſſatas fulcit & auget opes.
Eintrechtig miteinander ſein,
Macht groſs die Hülff, die ſonſt Uvar Klein.

Contra ut flumina in rivulos deducta, vadum vbivis locorum præbent, in alveo perpetuo metuenda: ſic imperia in partes diviſa facilè corripiuntur, quæ unita formidinem vicinis incuterent, aliis inhiarent. Hinc Philoſophiæ ortū axioma: *Virtus vnita fortior:* (*Minſter. Rich.* p.41.42.)

Intereſt Imperij ut inconſultus religionis Zelus ceſſet.

2\. Si religionis Zelus inconſultus ac nimium fervidus (*Der vnzeitige Conſcienz eiffer*) omittatur. Non rarò enim accidit, ut Zelo ac æmulatione pietatis, diſſidia quædam & internecina odia in rebuſpp. oriantur.

Zelus religionis nimius nocet.

Dum numina vicinorum
Odit vterque locus, dum ſolos credit habendos
Eſſe Deos, quos ipſe colit.

Parthenius Litigioſus.

Vt veriſsimè dixerit *Parthenius Litigioſus* (cuius verum nomen Valentinus Vvinther, Ducum Pomeraniæ quondam conſiliarius. l.1. c.6. n.7.) *Religio tanquam diffidentia mater ex noſtro ſeculo theatrum efficit, in quo comœdiæ aguntur, ut rideamus: & tragœdiæ, ut ploremus.* Et hoc ſeculo concertationes religioſæ, à quarum eventu plebs etiam, & indocta cerdonum manus ſtultiſsimo ardore pendet, omnem bene gerendi rem abſorbent occaſionem. Hactenus quum in eo Catholici & Proteſtantes caſtra quaſi caſtris oppoſuerint, quid mirum, ſi adeò nobiliſsimum Imperij Corpus ſit afflictum? Quis non novit nimio & intempeſtivo pietatis Zelo vel Eccleſiaſticorum bonorum aviditate utrinque eſſe peccatum, quas lites tranquillitati publicæ merito condonari oportebat. Præclarè in hanc rem iam olim *Zacharias Geizkofler* (de dato *Vlm* die 8. Febr. 1621.) ad Cardinalem Cleſelium ſcripſit: Peccari intra muros & extra, *Vnd gehe beiderſeits viel* intempeſtivè *vor, ſo zu Verhütung Miſstrauven und Verbitterung Vvol unterlaſſen Vverden Kænte.* (*Lundorp.* To. 2. *act. publ.* 10. c.31. p.1453.) Et *Philippus Pomeraniæ Dux*, profundæ doctrinæ & magni iudicij Princeps in literis ad Elect. Saxoniæ (de dato *Alten Stetin* die 31. Mart. 1615) *Man habe etzlicher orten Evangeliſchen Theils den bogen auch Zu hoch geſpannen, und alzuhizige* conſilia *und*

Diverſum religionis ſtudium excitat diffidentiam.

In Germania motibus & Proteſtantes & Catholici fuere nimiū fervidi.

Nota effatū Philippi Pomeraniæ Ducis.

Intereſt Imperij vt ſacerrimi Ieſuitæ compeſcantur.

Hiſpani in turbidis Imperij rebus in rem ſuam piſcari ſolent

privat-reſpecte *mit vnterlaſſen laſſen.* 3. *Si Hiſpano-Ieſuitæ compeſcantur,* ne rurſus Ignatianis ſuis flammis Imperium conturbent, ac diſſidentiæ ignem veſtalem & perpetuum reddant. Deus illorum mala conſilia in capita eorum contundat, & huiuſmodi incarnatos Diabolos in Curtij peſſundet ſpeluncam. *Zacharias Geitzkofler* (*in Diſcurſu vom Reichsvveſen de an.* 1614) ita: *Es ſey die Haubt* diſcordia *im Rœmiſchen Reich ſo die Catholiſchen Wieder die Evangeliſchen Wegen* reſtitution *der Geiſtlichen Güter erregen gevviſslich anders nichts, als von den* Hiſpanico-Ieſuitern *ein vergiffter vnd unvergleichter Saamen, dadurch die Fürſten vnd Stende des Reichs an ihrer Macht, Land vnd Manſchafft, Geld vnd Gütern einander ſchvvachen, vnd ausmatten, vnd dem Spanier deſto beſſern vnd ſichern paſs zu ſeiner lang berathſchlageten vnd albereit geſpunnenen* impreſſa *machen vnd eræffnen ſollen.* 4. *Si omni ope caveatur, ne*

Papa pacis turbator.

Papa, Chriſtianarum diſcordiarum fax & tuba, res Imperij non iterum turbet. *Henricus Bourbonius*, Navarræ Rex in literis ad Rudolphum II. Imp. (*ap. Thuan. l.* 79. *Hiſt.*] fontem ac fomitem tot luctuoſiſſimorum bellorum, quibus atteritur Chriſtianus Orbis, dicit eſſe Immenſam illam, nec minus ſævam Pontificum Romanorum ambitionem: Sic *Paulus IV.* Henricum II. R. Gall. magnificis promiſſis impulit, vt inducias frangeret, quas in annos 5. Hiſpano condixerat. (*Vid. Miniſter. Rickel t.* 1. *p.* 193.) Sic *Alexander VI.* (vt *Baconus* loquitur in Hiſtor. Henrici VII. R. Angl.) aquas in Italiâ variè communit, vt in turbido felicius piſcaretur. Sic *Iulius II.* ſæpe iactavit, ſe fœdera ac ſocietates cum Germanis, cum Gallis, cum Hiſpanis, quos ipſe Barbaros appellabat, ad eos fallendos ac decipiendos contrahere, vt omnes ex Italiæ finibus exterminaret. Hinc *Machiavellus* ſuadet Italis Principibus ne facilè fædus cum Pontifice pangant, dum ait: Brevitas ſiquidem Pontificum vitæ, diverſitas eorum, qui in eâ dignitate ſuccedunt, exigua exiſtimatio Principum apud ſedem Pontificiam, conſcientia in complectendis ſocietatibus evanida, facit, ne Principi ſeculari tutò in Pontificem recumbere, aut ſuam fortunam ſecurè huius fortunæ committere liceat. Nam qui ſu bello & diſcrimine Pontifice amico vtitur, ille quidem victor ſocium habet, vt victus calamitatem ſolus ſuſtinere cogitur, quod nimirum Pontifex ſpirituali præterea potentia atque auctoritate munitus defendatur. Hæc ille (l. 8. Hiſt. Florent. p. 468.) Noviſſima Bulla Nocentiſſimi Innocentij X. adverſus Germaniæ Pacem tranquillitati Chriſtianæ maximè adverſatur. *Faby Chiſi* Nuncij Romanæ ſedis gemina Proteſtatio dura admodum & Pacis conditionibus omnibus, ipſique adeò Cæſari, Regi Galliæ, & ipſis ſuæ partis Imperij Germanici Principibus perquam iniurioſa eſt; poſterior etiam mirè pertinacem zelotæ animum prodit.

Intereſt Imperij providere, ne Papa in eo turbas det.

Ambitio Papa bellorum inter Chriſtianos cauſa.

Arcanum Papa.

Ecce fidem Pontificiam in ſervandis fœderibus

Cum Pontifice Catholici Principes non facile fœdus contrahere debent.

Papa Pacem Veſtphalicam in Germania nullam declarat.

Deo

Deo laus quod omnes iſti conatus in nervum eruperint, dum Pax concluſa nihilominus perpetua manere iuſſa, ac dein an. 1654. in Imperij Receſſum Comitiorum Ratisbon. poſt verò 1658. in ipſam Capitulationem Leopoldinam tranſierit, atque ita triplici vinculo firmiſſimo roborata ſit. Pax ſit nobiſcum; Bullæque Papales, Pacis pacto adverſantes ad brevia & ad piper abiiciantur. Nimirum Innocentius ille, quamvis fumantia adhuc Germaniæ intueretur tecta, omni ope id molitus, ut fatigatum Imperium diutius attereretur, deſiderio ſuo perpetuæ Germaniæ Pacis iniquitatem prætexens. (*vid. Dn. Conringij Animadverſion. in Bullam Innocentij X.*) Quieſcat porro Ieſuitarum temeritas, qui, ſaciâ ſacrorum fame ſtimulati Pacis tam anxiè deſideratæ conditiones improbitatis Pacificatores Weſtphalos paſſim publicè traducunt. Sed de his hactenus. Plura de remediis perpetuæ Imperij Pacis occurrent in *Diſc. de Intereſſe Imperij* quem aliquando editurus ſum.

Papa Intereſſe Imperij deſtruere ſatagit.

IV. Poſt an. 1648. Pacem hanc perpetuò ſancitam maximè violavit *Dux Lotharingiæ* Carolus; cujus dira Barbaries an. 1651. 1652. 53 54. in Alſatia & alibi maximè fuit graſſata, adeò ut tandem Bruxellis captus & Antvverpiam deductus diu in cuſtodia habitus fuerit. (Vid. *Contin. Theat: Europ. ad an. 1652.*) In iſta continuatione ad ann. 1654. (p. 493.) ita habetur: Ann. 1654. die 20. Febr. *iſt zu Regensburg der Lotharingiſche Abgeordnete* (Nicolaus Fournier) *auſs dem Fürſten-Rath gevvieſen, oder aufzuſtehen, und hinauſszugehen begehrt, mit dem Vermelden, daſs ſein Herr ein offentlicher Feind des Reichs VVere: Nachdem aber dieſer ſeines Herzogen Handlungen gut ſprechen VVollen, ſeind alle Fürſtliche Geſandten mit einem geziſch aufgeſtanden, davongangen, und den Lotharingiſchen Abgeordneten ſizen und reden laſſen.* Excepta eſt eius aliquando ad milites ſuos vox: *Sie ſolten ſich nur für VVaſſer und Fevvr hüten; für den Galgen VVolte er ſie ſchon ſchuzen.* Puto tamen hic famam volubilem errare, quum non præſumatur quod vllus Princeps in Chriſtiano orbe exiſtat, qui tam barbarè loqui didicerit: Palatinatus tamen adhuc hodie luget Barbariſmos in bello VVildfangiſtico ante paucos annos inibi exercitos. Quid porrò via facti *Sueci contra Bremam* an. 1654. tentarint (*Vid. contin. Th. Eur.*) Anno 1665. quoque non pauci Imperij Principes arma rurſus vibrarunt, copias eduxerunt in Archi-Palatinatum, acies oſtentarunt, conflictum minati ſunt; omnes tum perculſi aut tranquillitati fuerunt diffiſi, aut novorum motuum expectatione contremuere. Motus hoſce novos Legati Cæſareus Dn. *Comes de Kœnigsek* & Sereniſſimi Electoris Brandeburgenſis Dominus *de Marenholz* paululum ſedaverunt, donec tandem in certos Arbitros fuit Oppenheimij compromiſſum.

Pacis non nihil læſæ exempla.

Carolus Dux Lothar. turbat Germaniam.

Eius milites dicuntur eximij prædones, VVelche gern vff der Straſsen angeln.

Rapinus occaſio non præſtanda.

Quomodo verò hoc negotium fuerit finitum infra in *Diſc. de Iurib. Sereniſs Electoris Palatini ad art. 4. inſtr. Pac.* plenius videbimus, quomodo ſcilicet Heilbronnæ (quam multi pro ſalutis fonte *Helbrun* tum vanè augurabantur) ab Arbitris Coronarum Galliæ ac Sueciæ Laudum in hac cauſa pronunciatum. Porrò anno 1666. Sueci controverſiam ſuam cum civitate Bremenſi armis iterum agitarunt: Negotium tamen illud bellicum potiſſimum Sereniſſimorum Ducum Brunſvic. & Lunæb. interventu, certis conditionibus dilatum, utinam penitus extinctum! *Autor* anonymus *de Imminent. bellor. cauſis* n. 2. putat, quod an. 1662. illi, quibus Pax Vveſtphalica inviſa, ob alienatas rerum ſacrarum poſſeſſiones, in fœdus, ad reſumendum in Germania bellum, coierint, & quod Pontifex, fœderis primus, ad alendum novum militem, è ſacris bonis ſubſidia conceſſerit: Ducem militiæ ſummum eſſe expertum belli Vveſtphalum, Præſulem admodum bellacem: Socios fœderis quod ſacrum dictum, eſſe præcipuos ſacri Ordinis in Germania, alios palam, clam alios. Idem autor refert n. 9. aliud huic fœderi eſſe connexum quod combinationem vocant inter Imperatorem & alios Principes Romanæ religionis. Confer tamen *Antidotum Scripti illius*, vbi reſponſiones ad ſingula videbis, n. 2. & 5. In Belgio Hiſpanico ruſus motus exorituros timet idem *Autor de immin. bell. cauſ.* n. 7. & 10. vbi tamen itidem confer autorem Antidoti. Autor tamen ille non fuit vanus in ſuo augurio, id quod bellum Gallo Hiſpanicum nuper ſopitum, declarat.

Augurium Politicum de imminentibus bellis

Pax Armata Germania.

Pax patet inſidiis.

V. Vt pax Weſtphalica ſit perpetua, oportet porrò, ut ſi armata. Etenim quemadmodum Philoſophi initium dicunt eſſe ſapientiæ; *dubitare*: ita &, depoſito licèt bellorum uſu, curæ tamen & conſilia adverſus belli imminentia non ſunt deponenda. Experiendo ſemper cognitum eſt nomen pacis inter mortales potius exiſtere, quàm uſum. Paulo ante concluſam hanc pacem Monaſterienſem Chiliarcham quendam dixiſſe ferunt: *Vvan Fried vverde, ſo vverde er kaum ſo viel gelten als ein Stalbub.* Verùm non ſinat Bonus noſter Deus, ut militaris hæc vox regnum obtineat. Militum aliàs ſolenne carmen eſt: *Unfried in aller Vvelt: ſo gelten die Soldaten das meiſte Gelt.* Prudentiſſimus quiſque procerum in Imperio ſanctè obſervet hanc pacem, tanquam perpetuò manſuram: cæterùm iidem & caſtrenſibus ſtudiis eam exerceant, tanquam quæ facilè in bellum ſit exitura. Arietes ſanè jam plures contra hanc Pacem Monaſterienſem eſſe intentatos, negari forſitan vix poterit. Vt Athenienſes ſuam Palladem armatam pinxerunt, ita nos Germani pacem non ut nudam Dianam, ſed ut bellicoſam Deam munire & tueri oportet. Cum valeas cavendum eſt, ne in morbum incidas: cum in pace vivas prævidendum eſt, ne in hoſtem incidas, quippe tum maximè

Intereſt Imperij ut Pax Monaſterienſis armis parta armis conſervetur.

In pace de bello cogitandum.

inſidiatur

inſidiatur hoſtis, cum ſupinus in otio dormis. In Haſnienſis armamentarij pinacotheca Regiâ ſequentia aureis literis ſunt depicta: *Tempore pacis de bello cogitaſſe neminem prudentem unquam pœnituit*: (*Ziller.* in itiner. Germ. c.18. n.5.) Nemo enim celerius opprimitur, quàm qui nihil timet, & frequentiſſimum initium calamitatis eſt ſecuritas. (*Vell. Paterc.* l.2. c.118.) Nunquam Imperator ita paci credit, ut non ſe præparet bello; quod etſi non geritur, indictum eſt. [Senec. de vit. beat. c. 26.] Obſervandum hic eſt Imp. Maximiliani prudentiſſimum ſymbolum: *Semper cum cautione: Allezeit mit Hut*: pro quo extremo verbo pileum attingere ſolitus fuit Imperator. Nunquam ſatis ſecura eſt libertas Germaniæ, nec vigilare nimis multum poteſt, qui potentem & ambitioſum vicinum dextra gladium, ſiniſtra lilia gerentem habet. Hodie (quum circuli nondum ſint redintegrati, quod tamen in *Inſtr. Pac. art.8. & 17.* ſummopere commendatur, & punctus defenſionis & ſecuritatis publicæ nondum ex voto ſit abſolutus) Principes & Status, ſi ingruat periculum, fœderibus ſibi proſpiciunt, præſertim quum videant circulorum auxilia lento atque teſtudineo gradu incedere. Intuemur hodie paſſim Imperij morbos, nec tamen feliciſſimus quidam Machaon adeſt, qui remedium inveteratis malis adhibeat. Confer ſupra *Diſc. de Negotio & Inſtrum. Pac.*

Nimia ſecuritas nocet.

Imp. Maximiliani ſymbolum.

DISCURSUS XVII.

Ad artic. 2. Inſtr. Pac. Sive

DE

AMNESTIA BELLI Civilis Germanici.

I. PRÆCLARUM Traſybuli inſtitutum, quòd ejectis triginta Tyrannis, & reconciliata Athenienſibus Pace legem tulit: *Ne quis anteactarum rerum accuſaretur, neve mulctaretur*: Eamque illi legem ἀμνηστίας ſive oblivionis appellarunt (*Vid. Corn. Nepot. in Traſybulo.*) Concuſſa enim tot tumultibus Athenienſis civitas, atque irritata

Amneſtia origo.

vtrinque tot adactis vulneribus pectora, turbatæque ſtudiis partium voluntates non videbantur aliter in unum corpus & robur rurſus coaleſcere poſſe. (Vid. *Dn. Bæcler.* de Amneſtia c 1. § 27.) Ita optima civilis belli defenſio oblivio eſt (*Senec.* l. 10. Excer. controv. Declam. 3)

Amneſtia quid Iniuriarum & damnorū percuſſorum remedium oblivio eſt.

----- *Pereat omnis memoria,*

Cum victor arma poſuit, & victum decet, Deponere odia ---

(*Senec.* in Herc. Furc. v. 408.) Ita Imperator Maximilianus I. ut veterum injuriarum memoria prorſus deleretur librum, qui Spiræ aſſervabatur, in quo omnes injuriæ ante id tempus à Galliæ Regibus Imperio & Germanorum genti illatæ continebantur, cremandum mandaſſe ſcribitur. *Guicciardin.* (l. 8. Hiſtor.) *Amneſtia* itaque (quam ex Germanis ij, qui barbaris vocibus linguæ patriæ fœdant ſplendorem, *General Perdon* appellare ſolent) *eſt lex qua nati ex diſcordiis dolores iraque, ſublato vindictæ ſtudio ſolemni partium conventione abolentur.* Sive clarius iuxta *Berneggerum* (Orat. de Amneſtia) *Eſt irarum datorum ultro citroque damnorum & illatarum iniuriarum publico decreto ſancita oblivio.*

Amneſtia Imperio noſtro ſalutaru.

II. Quum itaque hæc Amneſtia à Cicerone (Philipp. 1.) fundamentum pacis rectiſſimè ſtatuatur ac *Carolus Guſtavus*, militiæ Suecicæ Generaliſſimus, in literis ad Moguntinum (*in Theat. Eur. Tom. 6. pag. 975.*) benè ſcribat quod *punctus Amneſtiæ & gravaminum ſit origo belli & fundamentum pacis*; hinc etiam ad pacis Weſtphalicæ firmitudinem rectè hoc artic. 2. Amneſtia illa eſt Pacificationi tanquam fundamentum ſuppoſita, & ita belli civilis Germanici egregius exitus finis dum ignoſcendo eſt tranſactum: hic felici infelicium actorum oblivione conceſſus & labens Imperij Status in priſtinum habitum revocatus, diſſipataque Imperij membra rurſus in unum corpus redacta.

Mens eadem cunctis, animique recentia ponunt
Vulnera; non odiis victus, victorve ſuperbit,
Et quamvis præſens tumor, & civilia nuper
Claſſica, bellatrixque etiam nunc ira caleret,

Tamen ea hodie ſint ac maneant exulata ex omni memoria vitaque noſtra. Deo laus quod tandem Traſybuli quidam Germanici ſint exorti, qui reliquias Germaniæ veluti tabulas ex naufragio, rurſus collegerint. Noſtri Hectores, noſtra Troia, noſter Senatus, noſtra conſilia & robora pæne erant ſepulta,

Heu quantum terræ potuit pelagique parari,
Hoc, quem civiles auſtrunt, ſanguine, dextra!

Stabant iam parati iterum Sueci cum ſociis; Carolus Guſtavus cum ſupplemento militum è Succia advenerat: Nec minus Lamboius à parte Cæſaris tentare fortunam decreverat: Dumque partes reliquarum virium periculum facere moliuntur, exiit Monaſterio ſalutare, & ſæpius multorum calidis votis expetitum Edictum: *Miles parce*

ferro : Omnium ante actorum memoria ſempiterna oblivione eſto damnatâ. Atq; ita tandem, poſtquam tot ac tanta *Iliacos intra muros & extra* commiſſa ſunt, funeſtiſſimum civile bellum, quod per bonas artes haberi non poterat, ſalutari pace mutatum in vltimo morbi periculo. Precor vt redeat in Imperium Germanicum expulſa pietas, & moderati animi æquitas, & ex vtraq; Amneſtia & ex amneſtia pax. & ex pace Dei gloria, quā bellorū furor heu quàm diu quā immaniter temeravit. Pertinet huc *inſcriptio Portæ Oſnabrugē ſis*, quā vocā': *Die Norder Pforte :*

Iuſtitiæ & Pacis creſcit Reſpub. dono
Servat eam pietas incolumemquè facit.

III. Notari hic meretur quod amneſtia in Imperio noſtro iam ante fuerat ſancita, & quidem bina vice 1. Tranſactione Pragenſi 1635. Sed illa Palatinam Domum & Suecos excludebat. 2. In Comitiis Ratisbonenſibus ann. 1641. vt ex Receſſu illorum Comitiorum patet. Cæterùm quum in Tractatu Pacis Cæſareani hanc amneſtiam ann. 1641. conceſſam vrgerent. Sueci reſponderunt: Eam eſſe conditionatam; *Sie ſchlieſſe auſs Bœhmen, Die Erblanden, die Pfaltziſche Sach, Baden Durlach*: item, *Vvürtemberg, Naſſavv Sarbrücken, &c.* (Vid. *art.* 4. *Inſtr. Pac per tot.*) *Vnd die jenige vvelche darin begriffen, hetten ſich keines anders als deſs Pragers Friedens zugetrœſten, vvelcher* inconſultis illis *geſchloſſen vnd darnach dem meiſten theil* vi mutuquè *abgetrungen, auch* ex poſt facto *nicht* legitimè ratificiret *vvorden, daſs man alſo ſolchen nicht als ein vergleichung einer innerlichen vnruh im Reich ſondern als ein* armiſtitium *zvviſchen den Standen, ja ein gevviſſes* fœdus *vnd Krieg vvieder die Kronen achten, vnd halten thate, dahero die* amneſtia ad an. 1618. ſine exceptione, limitatione, & conditione *eingerichtet vverden müſſe.* [*Theat. Europæ. Tom.* 5. *p.* 980.] Rectè Sueci generalem ac univerſalem hanc amneſtiam vrſerunt. Omnes enim debet complecti amneſtia: Secus non amneſtia; ſed imago gratiæ, ſpecies pacis, ſimulacrum reconciliationis, & quidvis potius erit, vt rectè cenſet *Dn. Bœcler.)* de Amneſtia. c 2. §. 41.) Anno 1640. menſ. Febr punctus amneſtiæ adhuc valde fuit controverſus, dum Catholici eum in Eccleſiaſticis ad ann. 1627. (vbi Daniæ Rege attrito res eorum erant florentiſſimæ) in Politicis ad an. 1630. Evangelici verò ſimpliciter ad ann. 1618. illum reſtrictum voluerunt.) *Theat. Europæ. Tom.* 5. *p.* 999. Tandem res ita convenit vt *art.* 2. *&* 3. *Inſtr. Pac.* eſt ſancitum,

Quomodo Amneſtia in Imperium inducta.

Iudicium de Pace Pragēſi eiuſque amneſtia: vis & metus exemplum

Amneſtia debet eſſe univerſalis

IV. Licet itaque atrociſſimo hoc & plus quàm civili bello utrinque magnæ clades & immenſa damna ſint accepta, Cæſareanique & Bavarici Turcico more non rarò egerint. [Nota eſt in hiſtoriis *Die Paſſenvvalckiſche vnd Penkunſche Schlacht: Vvallenſteiniſche vnd Tilliſche* procedurem, item *Die Magdeburgiſche Hochzeit.* Vid. *Theat. Europæ ad an.*

Interpretatio amneſtiæ. Lex Aquilia perdit officium.

1630. & 1631.) tamen iuxta h. art Inſtr. Pac. omnia mala præterita, quæ ex ſuperioribus motibus & tumultibus manarunt, funditus nunc ſunt extincta, eorùmque memoria ſempiterna oblivione deleta, vt perinde ſint quaſi omnino nunquam eveniſſent. Apud *Dict. Cretenſem* (l.2. de Bell. Troian.) Achilles ait: Præterita omittenda ſunt, neque oportet prudentem meminiſſe tranſactorum, quando ea, etſi maximè cupias nequeas revocare.

Litis præterita noli maledicta referre,
Poſt inimicitias iram meminiſſe malorum eſt.

Anteacta religioſi ſilentij ſuppare involvenda.

Memoria anteactorum interdum vel à nobis reluctantibus & invitis rurſus apparet

Nulli itaque civium cuiuſcunque ſit Ordinis, loci, gradus, aut fortunæ audeant inter ſe laceſſere præterita obiiciendo, aut exprobrando, néve de re anteacta inter ſe altercari, rixari, contendere, néve conviciari & maledicere. *Salutare ſane remedium ſi tam in noſtra poteſtate eſſet obliviſci, quam tacere.* Etſi enim abolitio anteactorum hic ſit ſancita, tamen quin odij ſcintillæ nihilominus remanſerint teſtatur experientia, vt *ſolet humani ingenij eſſe proprium, odiſſe quem læſeris.* [*Tacit. Agric.* cap. 42.) Similéque odium remanet, occultum ad minimum, apud eum qui læſus. Nondum dememiniſſe penitus poſſumus atrocia mala belli tricennalis: quod fuit tanquam malorum quædam concatenatio ac veluti circulus, cuius revolutio perpetua, triſtia triſtibus cumulavit, dum proxima quæque concertatio cauſam & inſtrumentum ſequenti præbuit.

Curiæ ſtylus eſt Paraphraſis Politica doctrina

Melanchtonis iudicium de Amneſtia.

V. In hoc artic. 2. Obſervatus eſt elegans *curiæ ſtylus*, vbi particulatim amneſtia deſcribatur, quam veteres alias breviter extulerunt. Hanc prolixitatem *Paraphraſin Politicæ doctrinæ* appellat *Dn. Boecler.* de Amneſtia cap. 2. §. 19. Concludo hunc diſcurſum *Philippi Melanchthonis*, de amneſtia iudicio. Is dicere ſolitus: *Vvan man einen vvagen mit Eyer umbvverffe, ſey ohnmüglich daſz man die gantze zahl vviederumb zuſammen bringe: Alſo muſſe man in ſolchen fällen viel verſchmertzen vnd vergeſſen.* Quod Dn. Bernegger ita latinè effert: vt ovorū everſo curru non poſſunt omnia ova integra colligi; ſic poſt talem Reip. confuſionem boni multa conſulenda, privatæque injuriæ ſunt negligendæ dummodo reliquo corpori conſulatur.

DISCVR-

DISCVRSVS XVIII.

DE

STATIBVS IMPERII in Genere.

Summarium art. 3. Inſtr. Pac.

In hoc articulo, quoad punctum amneſtiæ, omnia in eum ſtatum reſtituta ſunt, in quo res ſitæ fuerunt ante hoſce motus bellicos, cum reſervatione tamen iurium reſtituentis & reſtituendi. Conſ. Theat. Europ. Tom. 6. p. 652.

Ad art. 3. verb. *Status.*

I. POSTQVAM ope Francorum coaluere Populi Germaniæ, validiſsimum inter Europæos corpus conſtituere viſi: quod nec hodie mole ſua conſpicuum eſſe deſiit, vtut non modicæ partes in aliorum ditionem conceſſerint, aut in ſeparatas civitates ſegregaverint, de quo negotio Vid. Dn. Herman. *Conringium* in Opere de Finibus Imperij.

II. *Corpus* illud *Germanici Imperij* Capite & membris conſtat. De *Capite* quum ſupra peculiari diſcurſu actum ſit, præſtat, vt nunc etiam de *Membris*, quæ Statuum nomine inſigniuntur, agamus, German dicuntur *Stand oder Glieder deſs Reichs*, qui cum Imperatore, *als ein Chriſtlich* corpus *vnd verſamlung* conſiderantur.

III. *Status Imperij* ſunt, *qui ius ſuffragij in Comitiis Imperij habent. Die*

Status Imperij definitio. *Stimm vnd Stand in Reichsverſamlungen haben.* (R.I. *Auguſt.de an.*1548. §. *Vven auch ein: art.*8. *Inſtr. Pac.*§. *Gaudean:.*) Status vocantur imitatione Germanici vocabuli quo *Stende* dicuntur, quaſi qui ſtationem in Repub. habent. Qualitatem illam Status Imperij moderni vocat *Reichſs-Standſchafft*: *Beſoldus* in Theſ.Pr.verb. *Reichſs-Stand.* Propriè ait Statum Imperij dici, qui cum Imperatore ſtatuendi de Rupubl. vel ſeſſuræ ac ſententiæ dicendæ ius habent in Comitiis.

Quomodo probatio Status fiat. IV. Vt quis probet ſe eſſe Statum duo vulgo iudicantur ſufficere: 1. Vt ſit inſcriptus matriculæ ſive albo Ordinum. Sed hæc nota valde *Nulla Imperij matricula adhuc certa.* eſt incerta. Nulla enim matricula Imperij adhuc adeò certa atque perfecta eſt quæ indicet Statum ſine omni controverſia (Vid.pl.infra *ad art.*8. *Diſc. de Matric.* Imp.) 2. vt collectas ab Imperio indictas in publicum Imperij ærarium inferat. Cæterùm nec is Status, qui immediatè in Imperij ærarium contribuit. Aliàs enim Nobiles immediati ſic forent Imperij Status. Aliqui etiam contendunt ſe per errorem in alterius ærarium ſuam portionem intuliſſe: Alij contra nonnullos per meram vſurpationem, ad publicū provolaſſe, prout quiſque inter Ordines referri aut alterum inde excludere laborat. [*Conſ. Monzamb.c.*2.*de Stat.Imp.*§ 2.] *Omniū optime procedere mihi videtur, qui Imperij Status nō ab accidentibus*, verbi gratia matricula, & collatione in Imp. ærarium, vt faciunt *Gailius* (1 Obſ.21.n. 2.] *Matth. Stephani*(l.1.de Iuriſd.p 1.c.4. n.27.) & *Reinking*(de R.S.&E.l.1.Cl.4.c.1.n.2)*ſed ab ipſo iure in Comitiis ſedendi ac ſuffragāli dimetiuntur*(*V*.*Paurmeiſter* l.1.*de Iuriſd*.c.8.n.4.)

Eſſentia & forma ſtatus in quo conſiſtat.

Hoc ipſum ſi valet, vti certè valere debet, iam vtique civitas Bremenſis adverſus Suecos in poſſeſſorio vicit. Et hoc etiam convenit cum *Civis quis.* definitione Ariſtot. (l 2. Pol. c. 1.) illum ſcilicet demum eſſe verum civem, qui in conventu populi ius habet ſuffragij atque adeò facultatem regendæ Reipublicæ participat. (Dn. *Conringius* ad Lampad.part.3.c.3. §.1. *Ludolph. Hugo* de Statu Regionis Germaniæ c. 4. §.12.) Sane ex titulo non eſt iudicandum de Imperij Statu. Ita Ferdinandus an.1626. creavit 22. Principes; Comites plus quā 60. Barones vltra 120. non tamen hi potiti ſunt Comitiis Imperij atque adeò Status non ſunt. Vt adeo *Sprengeri* doctrina [dum p. 186. Iuriſpr.Publ.ait: Statum Imperij eſſe, non eſſe patrimonij qualitatem, ſed perſonæ dignitatem, non glebæ pretium, ſed ſummi Principis præmium] hodiernis temporibus minimè conveniat. Ius enim ſtandi in comitiis Imperij territorio quodammodò connexum eſt. In noſtro igitur Imperio, licet quis nativitate Princeps ſit aut Comes perſonā tamen legitimam ſtandi in comitiis non habet, niſi in territorio ſucceſſerit. (*Bertram.* de comitiis th. 40. *Reinking l.* 1. *Cl.*5. c.1.c.n.26.) Multis quidem indignū videtur, dignitatem Imperij ordinum glebæ adſcribi(inter quos *Limnæ.* l.1.de

Ferdinandi II. creatio Principum &c.

Titulus ſolus non facit Imperij Statum.

Sprengeri error.

Ius Imperij Status eſt cū territorio connexum.

l.1.de Iur.1.c.7.in addit.ad n.96. & *Spreng.*loc.cit. Aut.*Des Gründlichen Berichts des H. Reichs Stadt Friedberg Stand Regalien &c. betreffend.*c.2. n.15.) Sed quid notius, quàm in comitiis Imperij ſuffragia territoriis connumerari? Et ut taceam conſtitutione Caroli IV. Electoribus ius electionis virtute Principatuum adſcribi (A.B.titul.7.& 20.) noviſſima Imperij conſtitutio Ratisbon.(de ann.1654.§. *Vber dieſes haben*) obnixè inculcat, neminem niſi ſufficienti bonorum, ab Imperio immediate dependentium, quantitate inſtructum, in Senatum Principum cooptari poſſe. Fortaſſis unus alterve eſt, qui iure ſuffragij in comitiis Imperij gaudet, licet parum vel nihil bonorum ab Imperio habeat. Sed paucæ exceptiones non infringunt regulam: & ſatis indignè ferunt reliqui Ordines, iure ſuffragij ſibi æquari illos, qui vix, quò pedem figant, ab Imperio habent, qua de re querelæ non ſunt incognitæ (*Dn. Ludol. Hugo. de Stat.Region.Germ. c.*4. §.13. Conf. Capitul. Lepp.) olim tamen quilibet ingenuus ex populo ad comitia Germanicarum gentium pertinuit, idque in Republ. Francorum obtinuit (*Vid.Conrin.Diſſert de Civib.Imper.à th.*15. *vſque ad* 39.)

Nemo hodie fit Imperij Status, niſi qui ſufficiens habet territorium.

V. Hic porrò notandum *aliud eſſe Membrum aliud Statum Imperij*. Status quidem omnis Membrum eſt Imperij: Sed non omne Membrum eſt Status. Sic Nobiles immediati non minimum repræſentant Imperij Membrum, non tamen Status ſunt, nec ius comitiorum habent. Immediata Imperij Nobilitas, laborat hodie vehementer, ut in numerum Statuum recipiatur. Et verò non paucæ pro illis rationes militant, ceu videre eſt apud *Hippolitum a Dreisbach* in libro: *Von des Freien Reichs Adels Stand vnd* Seſſion. Certè quum vrbes Ducatus Suevici poſt extinctam Ducalem dignitatem tanquam liberæ civitates in conſortium Imperij Statuum ſint receptæ eodem iure non immeritò dixeris etiam Nobiles in eundem numerum recipi debere (*Conring. ad Lampad.* p.3. c.3. §.1.)

Membrum & Statum Imperij eſſe differunt.

Hippolitus à Dreubach.

Iudicium Conringij de intentione Nobiliũ immediatorum.

VI. *Differunt* porrò *Statum eſſe & Imperio immediatè eſſe ſubjectum*, quod patet itidem exemplo Nobilium immediatorum Imperij. (*Add. Receſſ. de ann.* 1555. §. *Dievveil aber. ibi. So dem Reich ohn mittel vntervvorfen und Reichs Stande ſein. Et Receſſ. de an.*1564. §.*und vvollen vvir.* ibi. *Gegen denen ſo nicht Stande des Reichs, iedoch dem H. Reich immediatè untervvorfen.*

Differunt Status & immediatè Imperio ſubiectus.

VII. Quod ad probationem Status (de qua etiam n.4.h.Diſc actum) obſervandum, quod conſenſus Cæſareus non faciat ad ius Status probandum, ceu notum eſt vel ex ſola cauſa Bremenſis vrbis & Archiepiſcopi, nunc Principis. Probatur etiam non ex lato ſemel vel iterum ſuffragio, ſed ex ſuffragio ab omnibus comprobato, cumprimis longa ferendi ſuffragij conſuetudine. *Conring.ad Lampad.*p.3.cap.3.§.2. Plura qui

De probatione Status.

Cauſa Bremenſis.

de Statibus Imperij noſſe cupit is adeat *Dn. Mylerum ab Ehrenbach*, qui ex profeſſo de hac materia ſcripſit, & *Maulium* de eodem argumento.

DISCVRSVS XIX.

DE

ELECTORIBVS IMPERII.

Ad art. 3. Inſtr. Pac. verb. *Electores*.

I. STATVS Imperij dividuntur in Electores, Principes, Comites, Barones & Civitates. De ſingulis iam ſingulatim, ac primum quidem de Electoribus, qui ab aliquot iam ſeculis Imperatorem, cæteris omnibus excluſis, nomine tamen Imperii, eligunt. Quod eorum numerum attinet is per A. B. eſt ſeptenarius, hodie autem poſt concluſam Pacem Monaſterienſem octonarius.

Electores ſunt hodie octo.

Tres inter illos ſunt Eccleſiaſtici & quidem Archiepiſcopi, Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis, & quinque ſeculares, Rex Bohemiæ, Duces Bavariæ & Saxoniæ, Marchio Brandeburgicus & Comes Palatinus Rheni.

De origine Septemvirorum Germanici Imperij.

II. Quæritur iam *quando ius eligendi Septemviri iſti Principes* (Nam octavus Bavari Electoratus primum per Inſtrumentum Pacis eſt introductus art 4.) *adepti ſint*? Supra in *Diſc. de Electione Imperatoris* ordine eſt deductum electionem Imperatoris olim ad omnes Germaniæ Proceres pertinuiſſe. Collegium autem iſtud Septemvirorum tempore Ottonis III. auſpiciis Gregorij V. Papæ, cæpiſſe communis fuit Chronographorum & Ictorum opinio, quæ per duo ſecula & quod excurrit ab anno 1250. ad annum circiter 1500. conſtans fuit (*Vid. Dn. Conring. Diſſ. de Septemviris* German.) cæterum ſilent de eo Scriptores σύγχρονοι.

Et poſt

Et poſt Ottonem proximi ſucceſſores Henricus II. Conradus Salicus teſte Ottone Friſingenſi ab omnibus regni Proceribus ſunt electi. (Vid. *Onuphr. Panuin.* de Comitiis Imperij) *Gevvoldus* etiam qui hanc opinionem amplectitur & operosè in libr. de Septemviratu defendit, ſatis ex A B. tit. 1. verb. *iuxta antiquam* &c. refutari poteſt. Gevvoldus enim conſtitutionem Ottonis Imperatoris allegat: Carolus IV. autem in A. B. ad conſuetudinem provocat, quæ conſtitutioni opponitur. Et licet plurimi Hiſtorici (qui tamen non σύγχρονοι) Gevvoldo adſtipulentur; tamen hiſtoricis non tribuitur fides quando rejiciuntur à lege (*Maſcard. Vol.* 1. Probat. Concl. 287. num 8.) Quum ergo A. B. rem conſuetudini tribuat; utique conſtat, non eſſe diſputandum de fide ſcriptoribus hiſtoricis danda. Dn. D. *Dieterich.* ad tit. 1. A. B. verb. *Iuxta Antiquam.*) Adhoc cōſtitutio illa ſive Ottoniana ſive Gregoriana à nemine hactenus reperiri potuit, & de ea omne Scriptores ad Friderici II. tempora ſilent. *Martinus* enim *Polonus*, qui vixit circa medium ſeculi XIII. primus huius collegij, ſub Ottone III. conſtituti, facit mentionem, adeòque, quum fere per 250. annos poſt Ottonem vixerit, in re tam longè ab ipſius memoria remota ipſi fides haberi non poterit. Moguntinus Archiep. apud Georg. Sabinum in orat. de Eligen. Carolo V. provocat etiam ad Ottonis III. conſtitutionem de Electoralis Collegij inſtitutione. Et ad hanc quoque ſe refert Gevvoldus. Cæterum ſemper hoc modo petitur principium, quum tabulæ nobis ſint monſtrandæ. Sunt qui Septemvirorum Electorum inſtitutionem Friderico II adſcribunt. Sed Friderici nulla hac de re extat conſtitutio Speculum Saxon. art. 36. teſtatur tum temporis adhuc omnes Principes Imperatorem elegiſſe. *Onuphrius* (c. 6. de Comit. Imper.) eleganter deducit, neminem Imperatorum Regumque Germaniæ ne Friderico quidem II. excepto à ſolis Septemviris eſſe electum, quicquid etiam in contrarium dicat Gevvoldus omni teſtimonio, fide digno, deſtitutus. Omnes enim, quos producit vixerunt poſt tempora Friderici II. ſi excipias duo manuſcripta, quæ tamen nemo temere admiſerit, utpote quum à nemine quoquam alio illa ſint memorata, aut hactenus lucem viderint. (*Dn. Conring. ad Lampad.* p. 3. c 4. §. 1.) *Veriſſima eſt ſententia Septemvirorum Electorale Collegium mortuo Friderico II. in diuturno illo interregno capiſſe.* Iam ante Friderici II quidem tempora Septem illi Principes tanquam Imperii officiales & opum magnitudine pollentes in electionibus Imperatorum autoritate reliquos eminuerunt. Nam ſeculo iam XIII. excommunicato Friderico II duos Anti-Cæſares à ſolis Septemviris eſſe renunciatos certum eſt ex *Ioanne Beka* (in Chron. Vltraiec.) qui Septemviros vocat officiales. Poſt Friderici autem tempora, rebus per Germaniam mirè turbatis, cum reliquis publica

Electorale Collegium non capit tēpore Ottonis III.

Gevvoldi error.

Hiſtoricis non creditur quando leges ſunt ipſis cōtrariæ.

Martinus Polonus.

Petitio principii.

Septemviri non ceperunt tempore Friderici II.

Veriſſima ſententia de Electorum origine.

Paucis decus publicum cura.

negotia parum curæ eſſent, hi Septemviri officiales ſibi ſolis ius illud eligendi ſumpſerunt. Hoc vbi in conſuetudinem per aliquot actus in interregno poſt Fridericum II. confirmatam, abiiſſet, Carolus IV Imp. illam per A. B. confirmavit, atque tunc publici iuris eſſe cæpit. Et ex iſto tempore hi Septem Principes Electorium titulum ſibi adſciverunt, quo antea non erant inſigniti, ampliorique quàm reliqui Principes, dignatione æſtimari cæperunt. *Dominus Conring.* [loc. cit.] putat poteſtatem illam eligendi, quæ antea omnibus Principibus erat communis, reſtrictam fuiſſe ad VII. ſingulari quodam conſilio ipſorummet Imperij Procerum, hoc ipſum confirmans verbis Alberti Stadenſis, qui illa ipſa ætate vixit. Diſertè enim de Septemviris verba faciens inquit: *Ex prætaxatione & conſenſu Principum eligunt hi*, &c. Et hoc ipſum ſine dubio à reliquis fuiſſe conceſſum, ut inpoſterum evitarentur diſſidia circa electionem, quæ iam à temporibus Henrici IV. Imperium vehementer conturbarant. Quod inſtitutum adiuvit indubiè nova ratio eligendi cum Romanorum Pontif. tum paſſim omnium Epiſcoporum, quod planè iſthac ætate cæpit, delata facultatê eligendi Pontifices ad ſolos Cardinales; Epiſcopos verò ad ſolos Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, quæ hactenus fuerat communis toti populo apud ſingulas Eccleſias. *Quare autem ad ſolos hoſce Septemviros pervenit illud eligendi ius?* Hoc ideo factum quod ſoli illi in Principum numero publicis Imperij officiis hereditaria quaſi ſucceſſione êminerent. Neceſſum autem erat, quum de numero Electorum contrahendo olim ageretur, vt fierent è duobus Ordinibus, Eccleſiaſticorum, vt vocant, & Secularium. Inter illos quis dubitare poterat, quin præ cæteris eligendi eſſent Archi-Cancellarij? Fuerunt autem tres, Moguntinus Germaniæ, Trevirenſis Galliæ, Colonienſis Italiæ. Ab his ſi longius iretur, occurrebant Archiepiſcopi, auctoritate & opibus pares, numero plures, quam vt cooptari omnes poſſent. Aut igitur omnes aſſumendi erant, aut omnes relinquendi. Hoc fieri neceſſum fuit, ne nimis magnus fieret Electorum numerus, quia inter plures facilius diſſidetur. Sed ſi quinque reliquos Archiepiſcopos adlegiſſent, iam ex vno Eccleſiaſtico ordine fuiſſent octo: Porrò concordiæ intererat, æquali numero deſignari ex vtroque ordine: Fierent ergo ſedecim, & ſi vnus adderetur, vt numerus eſſet impar, fiebant ſeptendecim: aſt hæc iam turba erat. Sequitur ergo relinqui cæteros opportuiſſe, ac tres illos præferri, qui iam olim officia Archi-Cancellariorum Imperij adminiſtraſſent. Iam ergo definitus erat numerus exemplumque datum, quinam præ aliis ad hoc faſtigium eſſent evehendi, non alii ſcilicet quàm qui officia Imperii ex antiqua conſuetudine iam habebant hereditaria. Vnde *Officiales* appellantur Abbati Vrſpergenſi vbi de electione Philippi Suevi agit.

Origo Electoralis præeminentiæ.

Electio ad paucos redacta ipſorummet Principum conſenſu. Interfuit Imperii electionem ad paucos fuiſſe redactam.

Quare ius eligendi ad Septemviros devenerit.

Intereſt Imperii Electionem Imperatorum ad paucos eſſe redactam.

(Vid.

(Vid. *Onuph. Panvin.* de Comitiis c.6. num.29. *Lehman.* Chron. Spiren. l.2. c.7. & ſeqq *Otto Friſin.* l.1. de reb. geſt. Frid. c.16.) Inter ſeculares ſimiliter Officiales admiſſi. Palatinus enim eligit quia Dapifer eſt (*Abb. Stadenſ. in Chron.* p.215.) Dux Saxoniæ quia Mareſcallus, & Marggravius de Brandenburg, quia Camerarius: Sic ergo & Bohemus quia Pincerna. (Vid. *Aut. de Vicariat. Palatin.* c.9. n.20. 21.) Hactenus cur Seni de duobus ordinibus facti ſint, conſtat: Sed ne ex pari ſuffragiorum numero *diſcordia* naſci poſſet, *quam excludere præcipuum huius inſtituti opus ſcopuſque vnicus fuit* [vt vel ex præfat. A. B. colligitur] neceſſum fuit ut unus adderetur. Adſcitus qui & ipſe officio præluſtris eſſet Brandeburgenſis Imperij Archi-Camerarius. Alij Regem Bohemiæ ultimo loco adſumptum putant, iuxta vulgatos rythmos.

Electorum numerus ad Officia Imperii reſtrictus.

Interfuit Imperii vt non ſex, ſed ſeptem conſtituerentur Electores.

Ich bin der Churfürſten Oberman.
VVen man nicht vvol eins vverden kan.
VVem ich den gebe die Stimme mein,
Das der allein mus Kaiſer ſein.

Cæterum hoc omni fundamento carere videtur. *Vid. infra h. diſc. nu.* 8.

III. Quærunt Publiciſtæ *cur Electorum Collegio additi fuerint Eccleſiaſtici?* Andreas *Knichenius* [de Saxon. non provoc. iur. c.1. nu.319. in verb. *Electorum*] id inde factum putat, quod duplici Principum Ordine decoratum ſit noſtrum Imperium. *Peucerus* [lib.5. Chron. pr.] ideo factum dicit, vt Eccleſiaſtici res ſacras tractando & religionis puritatem, tuendo: Politici conſiliis & armis Rempub. iuuarent & amplificarent. Veteres enim in portu conſiſtere exiſtimarunt Imperium, ſi ex togata & arma militia Senatus Imperij conſtitueretur. Quale fuerit iudicium Sleidani & Iulij Pflugij indicat Dn. *Limna* (l.3. de I.P. c.1. in fin.] Mihi illa ſententia arridet, quod propterea illud ſit factum, quia hi tres Archiepiſcopi Electores fuerunt Archi-Cancellarij. Quòd autem Eccleſiaſtici facti ſint Cancellarij vel inde eſt, quod iſtis temporibus, quibus orti ſunt, omnis literatura in clauſtris Monachorum hæſerit, vel ex devotione ſive potius minimè ferenda ſuperſtitione antiquorum erga religionem & religioſos. (*Seldius* in Conſil. *Von der Kaiſerl. Mai. vvahl.* D. *Dieterich* ad A.B.c.28.p.112.] Quando autem orti ſint Cancellarij iſti, non adeò certò conſtare ſcribit *Conring.* [De Elector.] Iam ſec. XIII. iſtis titulis ſunt gaviſi, niſi quod Trevirenſis per A. B. forte primum titulum iſtum conſecutus. De Archi-Cancellariis Vid. Tr. Bernhardi à *Mallinckrot* & Lehman l.2. Chron. c.7.

Quare inter Electores reperiantur Eccleſiaſtici.

An Electorū reſtrictus numerus ſit è re Imperii?

IV. Quæritur *an è re Reip. ſit, quod ius electionis tandem ad paucos pervenerit?* Miratur vehementer *Onuphrius* Panvinius (de Comit.Imp. c.9.) Principum Imperij negligentiam, quod ius tantæ electionis ſibi è manibus adeò permiſerint eripi. Contra Dn. *Conringius* (de Septemvir. Imp. in fin.) diras imprecatur Gregorio VII. aliiſque Papis, quod ad licentiam eligendi Principibus vocatis, potiſſimam inde cauſam dederint deſtructi regni Germanici, idque malum correctum tandem ex parte ait, eligendi poteſtate, ad paucos Septemviros redacta. Quin ipſe fatetur Onuphrius ſeditiones, ſchiſmata & diviſiones ob eligentium multitudinem ſæpè in Imperio ſubortas, ſublatas tandem eſſe, dum ius eligendi coarctatum fuit. (Dn.*D.Dieterich.* ad A.B.tit.1. ver. *Quavis modo permittant.*) Ita quidem ex hypotheſi non bene conſtitutæ Reip. reſolvi poteſt hæc quæſtio; Alias ſi in theſi & ſimpliciter hanc rem expendere velimus, Onuphrius omnino hic omne punctum fert. Illa enim negotia, quæ ad totam Rempub. pertinent, in Rebuſpp. mixtis ab omnibus, quorum intereſt, geri debent, non à paucis, excluſis reliquis: Quod enim omnes tangit ab omnibus debet probari. (C.*Quod omnes.* De R.I. in 6.) Cæterùm quia Papa hoc ſemper pro horribili arcano adverſus rempub. noſtram habuit, vt occaſione electionis Germaniam divideret, & ad incitas redigeret; maximè interfuit eligendi ius paucis, qui facilius convenire poſſunt (*Vil viel Kæpfe nicht vvol vnter einen Hut zu bringen*) tranſcribere. Ita ſemper habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum quod pro ſingulis vtilitate publica rependitur.

De officiis Electorum. Non dependent ab Epiſcopo Bambergenſi.

V. Supra ex Alberto Stadenſi & aliis audivimus quod Principes hi ideo facultate eligendi polleant, quia tres Cancellarij ſint Imperij, Palatinus Dapifer, Saxo Mareſchallus, Marchio Brandenb. Camerarius, (V. A B. t.4.) Rex verò Bohemiæ Archipincerna. *Quando illa officia ceperint?* quæritur. Nonnulli peſſimè inferunt ex eo, quod Henricus II. Electores ſeculares iiſdem officiis & miniſteriis Epiſcopatui Bambergico adſcripſit, quaſi Electores feuda Electoralia ab Epiſcopo Bambergenſi in feudum recognoſcant. Et hæc eſt vulgaris ſententia, ſed nullo fundamento ſubnixa. Veriſimilius id, quod alij affirmant ab Henrico II. Imp. inſtitutum eſſe, ut Bohemus, Palatinus, Saxo & Brandeburgenſis nobilia iſta officia aulica Epiſcopatui Bambergenſi, à ſe inſtituto, præſtarent, eorumque Munerum ergo nonnulla in feudum ab Epiſcopo iſto recognoſcerent. Certè quæ à Bambergenſi Epiſcopo Electores in feudum accipiunt ad ſolius Epiſcopatus illius, non autem Imperij iura pertinent, vnde & hac ratione alij ſunt Sub Officiarij: Bohemus habet illum de *Auſſaſs*, Palatinus Dapiferum de *Pomerſſelden*, Saxo Mareſchallum de *Ebner*, Brandeb. illum de *Rotenhahn*; ex ordine

dine equeſtri Franconico [Vid. *Limna* p.1. ad Capit. Cæſ.] Cæterum ab aliquo Suevicæ ſtirpis Cæſare, ſi non primo inſtituto, ſaltem confirmatum eſſe munus illud Officiale ſecularium Electorum videtur veriſimiliter poſſe colligi ex eo, quod vicaria illa munera iam olim delata ſint ſolis ex Suevica dignitate ortis familiis (Dn. *Conring.* ad Lampad. p.3. c 4.§.1.) Bohemus Vicarium habet *Pincernam de Limpurg*, Palatinus *Truckceſſium de Waldenburg*, Hodie Com. de *Sinzendorf*, Saxo *Mareſchallum de Pappenheim*, Brandeburgicus per A.Bullam Suboffici alium habet Com.da *Falckenſten*, hodie autem *Comitem de Hohenzollern* (Vid.Dn.D.*Dieterich*.ad t.28 A.B.pag.112.113.) In noviſſima Electione & coronatione Leopoldina Francofurti 1658. Bavari officialis fuit Ioan.Iacobus Comes *Truckſeſſius de Zeil*, hereditarius Dapifer, cum Pomo Imperiali. Saxonis officialis fuit Comes Wolfgangus Philippus à Pappenheim, hereditarius Mareſchallus, qui à S Cæſ.Maj.poſt coronationem Caroli M.gladio Eques fuit creatus Vices Brandeburgenſis ſubiit Leopoldus Fridericus Princeps-Comes de Hohenzollern, hereditarius Camerarius. Pro Elect. Palatino officium geſſit Georgius Ludovicus Comes de Sinzendorf, hereditarius Imperij Theſaurarius.

Vicarij Officiales Electorum.

VI. Pincernæ, Mareſchalli, Camerarij, ac Theſaurarij nomina quid denotent, non adeò difficile eſt. Sed de Dapiferis res non adeò clara eſt *Dapiferi* olim in Gallia tanta fuit *dignitas*, ut in ſubſcriptione regiorum diplomatum inter Proceres ille primus ſignaret. (V. *Speidel. A Beſold* voc. *Erbambter.*) Et idem factum apud Germanicos Imperatores, apparet ex privilegio Wihelmi Cæſaris dato Mindenſi Eccleſiæ ann. 1254. in quo primo inter Laicos loco eſt Wernerus de Bolandia Dapifer. Iam verò *Palatinos Rheni fuiſſe Archi-Dapiferos ab antiquiſſimis temporibus conſtat, imò priuſquam Electores fierent.* Palatinus eligit quia Dapifer eſt, ait *Abb.Stadenſ.* in Chron.ad an.1240. (fol.215.) Anno 956. *Bey Kayſer Otten deſz erſten Krœnung zu Ach iſt Pfalzgraff Eberhard zu Francken Truchſes gevveſen.* (*Spangenberg.in Chron. Mansfeld.*) Palatini autem vocabantur *Ertz Truchſes*, non, ut ſuaviter nugabantur, quaſi *Er trug das Eſſen.* *Truchſes* apud alios hodieque dignitatis nomen eſt *Droiſet* (in Suecia) quod ſignificat Regiæ vocis iudicem, id eſt, alio nomine, Comitem Palatij. Ergo & hodie, qui hoc nomen gerit in Suecia Dicaſterij Regij Præſes eſt, idemque Regni Dapifer appellatur. (Vid. *Aut.de Vicariat. Palatini.* c 9.n.1.) *Drozet* autem ſive *Droiſet* componitur ex duabus vocibus *Drot*, id eſt, dominus (vnde apud Otfridum centies Druthin ponitur pro *der Herre*) & *ſet*, id eſt tribunal. *Droiſet* eſt *Domini tribunal.* Maiores noſtri genio linguæ, *μονοσυλλάβως* omnia contrahentis (verbi gratia Moguntiacum *Meinz* Fridericus *Friz*, &c.) pro *Droiſet*, *Droſt*, efferre maluerunt, vicarij ſignificatione, Porro Supe-

De Dapiferatu.

Truchſeſ.

riores Germani poſtea maluerunt *Druchſes*, aut *Druεſes* pronunciare, (Vid. *Aut de Vicariat. Palat.* l.c. n.2.) Hodie loco Palatini Archi-Dapifer eſt Bavarus. Bavari dignitatem iſtam Maximiliano vigore Inſtrumenti Pacis art.4.in pr. verb. *Officium*. deberi aſſeruerunt. Cæterùm ad hoc à Parte Electoris Palatini Autor *Der vvolgegründeten Abfertigung der Chur-Baeriſchen fernern Anzeig vvegen deſz* Vicariats (pag.50.) ita reſpondet: *Es habe Chur Pfaltz die* aſſignation *eines nevven Ertzambts nicht nœtig gehabt, vveiln ſie den Titel eines Ertz-Truchſeſſen auch nach dem geſchloſſenen Friede billich behalten,* (Ratio eſt quia Archi-Dapiferatus non eſt annexus Dignitati Electorali, utpote quum Palatini longe ante quàm Electores facti, Archi-Dapiferi fuerint, vt ex ante allatis conſtat) *biſz endlich auff gepflogene neue tractaten vnd Handlungen der Chur-Pfaltz vnd zvvar auſs vergnugſamen bericht vnd* information *der Ertz Truchſeſſen Titel gegen annehmung deſz Ertz-Schatzmeiſter Ambts nachgeben.*

Tranſactio. Controverſia de Archidapiferatu.

VII. Electores porrò Eccleſiaſtici conſtituuntur, vt alij Epiſcopi Germaniæ, Electione vel collatione. Et huiuſmodi Archi-Epiſcopus poſtquam inveſtitus eſt, iure Electorio fruitur, licèt confirmatio Pontificia & conſecratio nondum acceſſerit. Competit enim electio ipſis, ut Principibus Imperij, adeoque ſola electio tantùm neceſſaria erit (*Carpzov.* Diſp. Feud 3.q.4.n.41. *Dn. Strauch.* Diſſ. Exoter.2.th.3.) Primus inter Eccleſiaſticos eſt *Moguntinus* Archi-Cancellarius per Germaniam, qui eſt Collegij Electoralis Decanus (Vid. A.B. tit.2.) Huius Archi-Cancellariatus adhuc hodie illæſus in viridi praxi viget in Camera Spirenſi & Iudicio Aulico V. *Inſtr. Pac. art.*5.§.20.*&c.* Alter eſt *Trevirenſis* Archi-Cancellarius per Galliam & *regnum Arelatenſe*, quod Otto M. regno Germaniæ adiunxit, ac ita manſit uſque ad Imperium Rudolphi Habsburgenſis, qui Carolo Siculo illud Clientelari titulo conceſſit. Neque alio iure in Gallum collatum eſſe à Carolo IV. multa ſunt quæ ſuadent, in primis quod *Gaguinus* (lib 6.) & *Vignerius* tradunt Gallum ab Imperatore in Arelatenſi regno Imperij Vicarium inſtitutũ, & quidem duntaxat per vitam (Vid. *Limnæ.* in addit. ad l.1.I.P.c.9.) Item Rupertus Imperat. in Italia coronandus filium ſuum Ludovicum Vicarium regni Arelatenſis inſtituit formula Vicariatus à *Frehero* exhibitâ [de Origin. Palat. c.16.] Deniq; ipſe Carolus IV. cum pragmaticam ſuam ſanctionem conderet Trevirenſem Archi-Cancellarium per regnum Arelatenſe conſtituit. Veroſimile autem eſt, non nudum ſine re fuiſſe titulum, neq; id tacitè tuliſſent Reges Galliæ, ſi iã olim omne omnino ius Carolus in ipſos tranſtuliſſet. [Vid. *Dn. Conring.* de Finib. Imp. & quæ ſupra *in Diſc. de Imperatore* ſunt allata *Dn. Strauch.* Diſſ. Exot.2.nu.9.] *Goldaſtus* [in præfat. Conſtit. Imp.] ait. *Das die nachfolgende Frantzœſiſche Kœnige das Reich Arles*

De conſtitutione Electorum Eccleſiaſticorum.

Moguntinus Elector.

Trevirenſis Elector. Regnum Arelatenſe, de iure adhuc Imperij finibus continetur.

Ius Germaniæ in regnũ Arelatenſe.

Arles mehr mit Fauſtrecht, als auff ihr Leben fundirt, beſeſſen, vnd thatlichen inne gehabt. Tertius Elector Eccleſiaſticus eſt *Colonienſis*, qui eſt Archi Cancellarius per Italiam, id eſt, per regnum quod fuit Longobardorum, & reliquias veteris Imperij Romani (*Dn. Strauch.* l. cit.) Hodie regnum illud Italiæ variè dilaceratum, ac in varios Principatus diviſum, quorum Principes Imperatorem pro directo domino recognoſcunt. (Notetur celebris controverſia Mantuana ſupra Diſc. 1. 1. tacta.) adeoque hac ratione Colonienſis Archi-Cancellariatus an adhuc autoritate polleat alij viderint. Non adeo pridem ex M.S. quodam legi Moguntinum re ipſa hunc Archicancellariatum gerere, & per peculiarem Vicarium res Italicas adminiſtrare, titulo tantum Colonienſi relicto. Quod ipſum an Colonienſis æquo animo ferat, ominéque ſpreto ſolo nomine contentus vivat, ego iam in medio relinquo. Quod verò reliquias veteris Imperij Romani attinet, illas Papa variis artibus ac dolis mancipio & nexu ſibi fecit proprias. Verùm non quærendum quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat. Tantũ de Electorib. Eccleſiaſticis.

Elector Colonienſis. *Regnum Italia hodie varie diviſum.*

VIII. In Electoribus Secularibus obtinet ſpecies ſucceſſionis linealis, quàm agnaticam vocant, & ita quidem, vt neq; dignitas Electoralis, neq, Electoratus territorium ullam diviſionẽ recipiant. Inter Archi-Principes Politicos primus eſt *Rex Bohemiæ. Speculum Saxoniæ* hoc negat. (l.3. art.7.) & *Abbas Stadenſis*, & *Autor des Kaiſerl. vnd* Kœnigl. *Land vnd Lehen rechts* (p.1.t.29.§.2.ap. *Goldaſt.* in Reichs Saz. part. 1 fol. 30. & fol. 118.) & deniq; *Weichbildum Magdeburgicum* (art.13.) & *ius feudale Saxonicum* (art.3.) vbi ſoli tres Laici Duces extant. Alij ſtatuunt, quod Rex Bohemiæ tantùm intercedat paribus ſuffragiis, vt *Dubravius* Epiſcopus Olumuccenſis, lib.6. Chron Bohem add. verſus ſupra h. Diſc. n.2. in fin. cit.) Cæterùm Teutonicorum Principum ius adepti fuerunt Bohemiæ Reges, quia in curiis Imperatorum, ad quos non niſi Teutonicæ nationis Principes admiſſi, comparare debuerunt. Vvenceſlaus Bohemiæ Dux Henrico I. & Ottoni M. in comitiis præſto fuere, vt ex Dubravio & Ænea Sylvio patet. De conuẽtu Erfurdiæ vid *Goldaſt.* [de Regno Bohemiæ l.3.c.2.) Competiiſſe etiam Bohemo ius eligendi Imperatorem, iam à ſeculo XI. continua poſſeſſione vſque ad noſtram ætatem, deducit itidem *Goldaſt.* (de Reg. Bohem. l 3. c.6) *Aurea Bulla* quoque clara eſt (tit.5 § 3.) Corruit ergo eorum opinio, qui parib. ſuffragiis tantùm R Bohemiæ ad electionem admittunt, vt ſtatuunt *Dubravius* l.6. *Onuphrius Panuin.* (de Comitiis Imp. c. *Verior. Septem.*) Verbis enim tam A. Bullæ (t.3. §.3. t.7. §.1.) quam experientia refutantur. Vid Goldaſt. l.3. de Reg. Boh. c.6 nu 21. Proin Ecco de Repkau compilator Speculi Saxon. Albertus Stadenſis & alij ſupra adducti errant. *Dn. Strauch.* Diſſ. 2. th 11.12. *Dn. Dieterich.* ad tit. 7. A.B, p.46. *Dn. Conring.* de Finib. Imper.

Conſtitutiones Electorũ ſecularium. *Rex Bohemia.* *Bohemia Reges ſunt ſtatus Imperij.*

Regnum Bohemiæ an hereditariũ an verò electitium. Cõtroverſia.

c.29.) Quæritur *an Regnum Bohemiæ ſit hereditarium an verò electitium?* Bohemum ab indigenis regni per ſuffragia conſtituendum diſertè quidem cautum eſt in A.Bulla a Carolo IV.qui ipſemet erat Rex Bohemiæ. Non verò tantum locum habere ſuffragia,ſed ius quoque hereditarium ſuccedendi obtinere,nec liberæ electioni indigenarum eſſe locum, niſi demum emortua familia regia iam olim idem Carolus ſingulari quadam Bulla,regno Bohemiæ data, definierat fruſtra ringentibus Bohemis, & ſequentibus temporibus liberam ſemper eligendi facultatem ſibi arrogantibus (*Vide Melch Goldaſti* præclarum opus de Regno Bohemiæ) Hæc indigenatum Bohemorum prætenſio accendit flammam illam, quâ poſtea non Bohemia tantùm,verùm univerſa ferè Germania conflagravit. De ſucceſſione autem quæ nititur iure pacti gentilitij in A.B. nihil reperitur, quum omne illud pactum ſatis diu poſt ævum Caroli IV. cœperit *Dn.Conring.* (ad Lampad p.3 c.4.§.6 & 8.) Quomodo Bohemia hodie facta ſit hereditaria, Vid.ſupra Diſc.1. Notandum hic Priuilegio Friderici II. Imp.conſtitutum eſſe, quòd Rex Bohemiæ non teneatur intereſſe comitiis Imperij niſi illa vel Mersburgi, vel Bambergæ, vel Norimbergæ fuerint inſtituta. Certum verò eſt ex hiſtória Comitiis ſuperioris ſeculi Reges Bohemiæ perquam rarò interfuiſſe, cœperunt tamen locum iterum in Comitiis affectare,ſemel etiam interumque admiſſi ſunt. Facilè tamen apparet *cum ſumma iniuria Imperij Ordinum fore coniunctum ſi Bohemus admittatur ad conſultanda & definenda illa, quibus ipſe nolit teneri.* Ita enim Bohemus fuerit Reip. Imperij parte Dominus exlex. Quod ſi tamen quædam conſtituendæ fuerint, quibus Bohemus etiam debat obſtringi, iure meritò in Electorali claſſe facultas ſuffragandi ipſi eſt concedenda (*Dn.Conring.*ad Lampad. p.3.cap.8 §,6.) (*Bohemum Electorem* olim ſequebatur *Comes Palatinus*, nunc per Inſtr. Pacis,Bavarus. Comites Palatini non dicuntur à Palatio Trevirenſi, nec à caſtello in Rheni alveo è regione *Cubæ* ſito (quod vocatur *die Pfaltz*) ſed à Palatio Imperiali, cui ſerviebant; ut ita nomen Palatini merum officium ac dignitatem importet. Quum autem olim Imperium Teutonicum duplici iure regeretur Francico & Saxonico; *illudque* tractum Rheni, Belgium, Sueuiam, Franconiam Orientalem, Bavariam & Auſtriam ad Alpes vſque; hoc verò tractum Saxonicum ad mare vſque Balthicum complecteretur: Hinc factum eſt, ut duo etiam præcipui Palatini haberentur, Saxonicus & Rhenenſis. Et hæc eſt horum Palatinorum origo. (*Dn.Strauch.* Diſſ.Exor.3.n 1.) Mortuo Imperatore Comes Palatinus eſt Imperij Vicarius,quod ius perpetuum Palatinorum Bavarus in controuerſiam deducere ſatagit (*Vid. infra ad art. 4.Inſtr. Pac. Diſc. de Palatini iuribus*) *Tertius Electorum Secularium eſt Dux Saxoniæ,* cui,vacante Imperio,idem ius,quod Palatino, Vicariatus, in

Rex Bohemiæ quatenus teneatur intereſſe comitiis.

Intereſſe Statuum cõtra Regem Bohemiæ.

Origo Comitum Palatinorum. Elector Palatinus.

Duo fuerunt præcipui Palatini

Ius Vicariatus Palatini & Saxoniæ Elector Saxoniæ.

Origo belli Germanici.

in locis vbi ius Saxonicum viget, competit. Loca illa recenſet *Goldaſtus* [in præfat. *der Reichs Saz.*] *nicht allein die Sæchſiſchen Land und Furſtenthumb Geiſt und weltlich &c ſondern auch Polen, Bœhmẽ, Mehren, Schleſien, Lauſnitz, Schlauen und Wenden. Schleſuvig, Holſtein Stormar, und Ditmarſen, Pommern, Perüſſen, Liefland, und Moskavv, Samogiten.* Quum verò Polonia, Pruſſia, Samogitia, Livonia, Sleſvvicum hodie non amplius finibus Imperij Germanici contineantur, (Vid. *Dn. Conring. de Finib. Imper.*) conſequens quoque eſt Vicariatum Saxonicum (quamvis Ius Saxonicum in iis locis maximam partem vigeat) ibi ceſſare. In Aur. Bulla diſponitur quod Saxo ibi ſit vicarius, (ſc. intra Imperij limites) vbi ius Saxonicum viget; Vnde multi Principes, apud quos illud ius non valet, ſe illi Vicariatui ſubiicere nolunt. Henricus Iunior in odium Electoris Saxoniæ ſuperiori ſeculo ius Saxonicum in Ducatu Brunſvicenſi abrogavit: In Ducatu quoque Lyneburgenſi Dux *Chriſtianus* illud in Ordinatione ſua Politica ſuſtulit; adeoque ſi cortici verborum A. Bullæ inhærere velimus videtur dicendum Vicariatum Saxonis etiam in illis Ducatibus non amplius valere. Cæterum contrarium videtur verius. Hodie enim non quærimus an adhuc Saxonicum ius obtineat, in provinciis enumeratis, ſed an olim obtinuerit. Quod Palatinum Vicariatum porrò attinet illum eſſe antiquiſſimum & ante A. B. viguiſſe optimè deducit *Autor de Vicariatu Palatini.* Quod autem *Saxonis Vicariatum concernit, multi egregij ICti Saxonici illum à Carolo IV. per A. B. introductum credunt,* quod tamẽ ex verbis A. B. demonſtrari non poteſt. Imò diſertè quibus finibus Palatinus eſſe Vicarius ſueverit ibidem definitur. Reſtat ergo ut reliqua pars Imperij ſine Vicario fuerit, aut cauſa dici non poteſt, quin & ante Bullam fuerit Vicarius Dux Saxoniæ. Sed & ipſa iuris Francici Saxonicique diverſitas, duplicem Vicariatum poſtulabat. De Vicariatu Ducis Ottonis, qui pater Henrici I. Imp. fuit Vid. *Spangenb.* (in Chron. Mansfeld.) Quo introducto ſemel exemplo quis dubitet, quin ſecuti ex eius progenie Cæſares continui quatuor, decus id ſuæ genti affirmaverint, præſertim quum etiam ad cohibendam inter Francos & Saxones æmulationem & perpetua iurgia vtile hoc videretur, &, quod maximè notandum, Palatini Comites Ottonum hoſtes haberentur. Inſuper maius erat Imperium, quàm vt ab vno Vicario regi poſſet, Comitique Palatino, vt Franco, non lubenter obediebant Saxones. Ergo quum ea tempeſtate Germania in Francos & Saxones divideretur, horum ab initio deterior conditio fuit. Sed paulò poſt, ut fit, ad æqualia omnia adſpirare cæperunt. (Vid. textum ex Chron. Mansfeld. *Spangenberg.* quem ſupra in Diſc. de Electtion. Imperatoris attulimus.) Hiſtoriæ diſertè duorum Vicariorum ſub Ottone I. Imp. meminerunt: *Der hat ſeinen Sohn den jungen*

Vicariatus Saxonis hodie valde reſtrictus.

Saxonicum ius in Ducatu Brunſvicenſi & Lyneb. abrogatum.

Quando Vicariatus Saxonis cæperit.

Saxonis Vicariatus longè ante A. B. viguit.

Francorum & Saxonum potentia æmulatio.

Kœnig Otten ſeinem andern Sohn Erzbiſchoff VVilhelm zu Mainz beneben den Landen am Rhein in ſeine getrevve Vervvaltung befohlen. Damit aber die Lande an der VVeſer vnd Elbe, &c. mitler VVeile auch Schuz haben mœchten, hat er dieſelben Herman von Stubekeshorn bey Soltavv VVohnend befohlen, vnd ihn nicht allein darüber zum Statthalter gemacht, ſondern ihm auch ein gut theil Landes zu erbe vnd eigenthumb vbergeben. (*Spangenb. in* Chron. *Mansfeld.* c. 140. add. *Cranz. l.* 4. Saxon. c 8. 9 ibi: *Vices ſuas in hac regione, &c.*) Iam Henrici IV. adhuc pueri tempore duo etiam Vicarij fuerunt Francus & Saxo, ille Colonienſis, hic Bremenſis Archiepiſcopi, (*Cranz* l. 5. Sax. cap. 1.) Sic *Otto* IV. ipſe quoque Saxo fratrem ſuum Henricum Comitem Palatinum fecit, (*Meibom.* de Henrico Leone fol. 40.) & Fridericus II. circa an. 1180. cum vellet recedere de Saxoniâ cum ſuo exercitu conſobrinum ſuum Hermánum fratrem Ludovici Landgravij fecit & creavit Comitem Palatinum Saxoniæ. (*Hiſtor. Erphesford.* de Landgr. Thuring. c. 25. & 29. *Werdenhag.* de Repub. Hanſeat. part. 3. fol. 131. *Gratian. Th. lac.* de Vicariat. Palat. c. 8. n. 3. & ſeqq.)

Vera ſententia de origine Vicariatus Saxonis. Elector Brãdeburgenſis.

Statum itaque ac fixum ius Vicariatus videtur ortum, vel lege, vel conſuetudine ſeculo XIII. dum nutaret Reip ſtatus, denuo verò lege publica per Aur. Bull. & poſtea ſingularibus tabulis a Carolo IV. Imp. confirmatum ſeculo XIV. Quartus Electorum ſecularium eſt *Marchio Brandeburgenſis*, qui hodie inter omnes Electores eſt potentiſſimus. Quænam porro mutatio circa Electorale collegium contigerit Vid. art. 4. Inſtr. Pac.

In electione Imperatoris etiam reliquorũ Principum, præterquam Electorum intereſſe verſatur.

IX. Notandum hic ulterius Electores ius eligendi à reliquis Imperij Ordinibus ob tumultus evitandos ceſſum, nomine totius Imperij peragere. Hinc Elector Palatinus ita apud *Lundorp.* (T. 2 act. publ. l. 2. Tr. 5. p. 607.) ita: *Obvvol die* election *an vnd vor ſich ſelbſt bey den Churfürſten allein ſtehet; ſeind dennoch die übrige Stande des Reichs daruber, VVan die freye VVahl gleichſam* coarctiret, *oder vvolgar zum hœgsten* præiudiz *des Reichs vnd derſelben Stande* libertet *vernichtet vverden ſolte, nicht vveiniger* intereſſiret. Et ad Magdeburgenſis Archi-Epiſcopatus Adminiſtratorem idẽ (de dato Heilbrun d. 16. Iul.) ſcribit: *Die VVahl ſtehe Zvvar allein des Reichs Churfürſten zu; Es erfordere aber ihr ambt bey der VVahl auch des Reichs vnd aller derſelben Stande* libertet, *VVolfarth vnd gedeyliches aufnehmen in gebürende Obacht zu nehmen.* Quæ cum ita ſint, miretur quis quare Monita Principum tam Catholicorũ, quam Proteſtantium ad Capitulat. quæ intereſſe Imperij omnibus modis ſtabilitum eunt, nondum ſint in Capitulatione noviſſima attenta. Cæterum expectandum hic æquis mentibus erit, qui tandem punctus perpetuæ Capitulationis nobis allaturus ſit. Det tandem glorioſiſſimus.

ſimus Deus vt Electores, Principes ac Status Imperij iunctim maieſtatem ac libertatem Imperij firmiter ſtabiliant.

X. Electoribus vti ius eligendi Imperatorem; ita poteſtatem quoque eundem, ſi mereatur, deponendi competere, ſunt qui aſſerunt. Alij tamen exauctorationem Imperatoris ad reliquorum etiam Ordinum notionem pertinere arbitrantur, atque hoc modo etiam factam eſſe depoſitionem Wenceſlai probant ex ſententia exauctorationis apud *Goldaſt.* (T. 1. Conſt. Imper. p. 380. §. 7.) Quod depoſitionem ipſam attinet, Imperator ſi fundamenta Reip. velit deſtruere meritò poteſt deponi, vtpote quum Electores & Principes Imperij magnam imò potiorem partem maieſtatis iurium participent. Sic verò quid iniqui committit Imperator, quod Rempub. non convellit, capitulationis tamen legibus adverſatur, iure tale quid non licet, quia fieri vix poteſt, propter humani ingenij imbecillitatem, vt non interdum iniqui aliquid decernatur (*Dn. Conrin. ad Lampad.* p. 3. c. 2. §. 10.) Pauci ſiquidem Principes ex voto omnium imperarunt, & rariſſimum eſt exemplum Rex immaculatus, vt loquitur *Cauſſin.* [Diſſert. 9. ad libr. Regum (Quis perpetua innocentia candidus, aut ſe intra gratiarum legem nunquam exerranti venuſtate poliuit? quis de cælo illam prudentiam deduxit; quam Iovi aſſidentem & ideam laborum ſuorum Pictura & Poëſis in artificij æſtu intuetur? Nimis ſuperbè dedignatur mortalitatem, qui peccaſſe erubeſcit. (*Barclai.* in Euphorm. part. 3.) Neminem natura mortalium tam conditis moribus finxit, in quo non aliquid deſideres, velut vltimam artificis manum, ait idem *Barclai.* (in Icon. Anim. c. 2. part. 4.) Meminiſſe oportet perfecti exempli nec noſtrum quemquam eſſe, nec vllum mortalium. Ad Henricum IV. Imperio deiiciendum alij quoque Principes præter Electores, opem contulerunt. Moguntini verò audaciam in depoſitione Cæſarum notat *Monzambano* (cap 4. de Stat. Imp. Germ. §. 6.) De aliis Electorum iuribus V. *Speidel.* voc. *Churfürſten.* Vltimo hic notandum quod Electorum vota maiora Imperatorem conſtituant, adeoque *Lotharius* Comes Eckardo Marchioni, Imperium Ottone II. mortuo ambienti, obiecit: *Num currui tuo quartam deeſſe non ſentis rotam?* vt refert *Dithmar.* lib. 4. Chron.

An ſoli Electores Imperatorem deponere queant.

Nullum Imperium quod non vitium interdum capiat.

Electorum vota maiora Imperatorẽ faciunt.

DISCURSUS XX.

DE
IMPERII PRINCIPIBUS
Eccleſiaſticis & Secularibus.

Ad art. 3. verb. Principes.

MEMBRUM I.

De Principibus Eccleſiaſticis.

I. ELECTORES (*die Wahl-und Chur-Fürſten*) excipiunt reliqui Principes, qui dividuntur in Eccleſiaſticos & Seculares ſive Politicos. De Eccleſiaſticis nunc primùm erit agendum.

Eccleſiaſticorum Principum origo.

II. Quod Eccleſiaſticorum Principum originem attinet, conſtat ab initio per univerſam Eccleſiam Epiſcopos à Clero & populo fuiſſe electos & conſtitutos: quem morem S. Cyprianus Apoſtolicum vocat. Romani autem Imperatores poſtquam circa ſeculum quartum Filio Dei Ieſu Chriſto fidem dederunt, ſui ſe admonentes officij, nimirum quod à Deo conſtituti nutritij Eccleſiæ, & primæ ac ſecundæ tabulæ Divinæ cuſtodes conſtituti eſſent, Eccleſias, variis perſecutionibus hactenus miſere afflictas, diſſipataſque rurſus conſtituerunt, pioſque & idoneos Epiſcopos ac Sacrorum miniſtros paſſim in Vrbibus, oppidis & vicis ordinarunt, præſertim quum intelligerent, *quantum ad tranquillitatem Reip. faceret, bonos & pacificos viros ſacra tractare.* (Conf.

Romani Impp. ſibi rectè arrogant ius conſtituendi Epiſcopos.

Miniſtri Eccleſiæ non niſi boni & pacifici eligendi.

Meibom.

Meibom. de Iur. inveſtit. Epiſcopal. in princ.) Conſtituerunt Imperatores, tam Patriarchas ſive Metropolitanos, quàm reliquos Epiſcopos, quoties libebat rurſusque ab officio removebant, quos tam arduo munere indignos cenſebant. Patiebantur quidem interdum Imperatores eligi Epiſcopos tam à Clero, quàm à Populo; confirmatio tamen nihilominus erat apud Imperatores (V. *Niceph. Gregor.* lib. 3. c. 2. *Sozomen.* l. 7. c. 7. *Nicephor.* l. 12. c. 12.) De Ambroſio ordinato vid. *Hiſt. Tripart.* lib. 7. c. 8.

III. Deficiente autem Romani Imperij autoritate & potentia quum Barbari Occidentis provincias invaderent, & ex eorum Regibus nonnulli Chriſtianam religionem amplecterentur, idem ius conſtituendi ac promovendi Epiſcopos hi ſibi vendicarunt. De *Merovingiis Francorum Regibus* ſatis conſtat Epiſcopatus ab iis per multos annos concedi ſolitos, ſola manuum impoſitione, & Presbyterorum ordinatione Epiſcopis cæteris relicta. (*V. Greg. Turon.* lib. 3. cap. 2. & 17. lib. 6. c. 9. & 39. lib. 7. c. 17. lib. 8. c. 12. Confer. *Lupold. de Bebenburg*, Epiſcopum Bambergenſem lib. de Zelo veterum Principum Germaniæ cap. 8.)

Francorum Reges ius cõſtituendi Epiſcopos ſibi ſumunt.

IV. Idem ius etiam exercuere Imperatores Romano-Germanici, qui olim itidem inveſtituram Epiſcoporum iure ſuo ſibi uſurparunt, antequam per tyrannidem Romani Pontificis iure illo privarentur. *Carolus M.* poſtquam Italiam à Longobardis liberaſſet, à Papa Adriano & concilio 153. Patrum Eccleſiaſticorum accepit ius conſtituendi ſedis Romanæ Epiſcopos & ordinandi antiſtites, per univerſa ſua regna & dominia. (Vid. c. Hadrianus. Diſt. 63.) Hoc ipſum ius Carolo magis confirmatum eſt, cum titulum & nomen Auguſti à Populo Romano accepiſſet. Poſtea quum poſteri Caroli M. res Italicas ſegnius adminiſtrarent & Pontificum Romanorum inſtinctu Berengarius aliique Pſeudo Reges regnum Italiæ invaſiſſent, fœdeque dilaceraſſent, tandem *Otto M.* Italiæ regno ſubacto, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus denuo ius ordinandi ſedem Romanam, ac conſtituendi reliquos Epiſcopos aſſervit ac redintegravit. Factum eſt inde, ut inveſtitura Epiſcoporum per traditionem *annuli & pedi Epiſcopalis* perficeretur. Pedum illud *Ditmarus* (l. 1. & 6.) *baculum paſtoralem*; *Adam Bremens.* (p. 52.) *ferulam paſtoralem* (p. 53.) *virgam paſtoralem* (p. 71.) *cambuccam paſtoralem*, vocant, Germanicæ *Krumbeſtab* Sacerdoti autem ſive Epiſcopo, dum conſecratur, baculus iſte datur, ut eius indicio ſubditam plebem vel regat vel corrigat: vel infirmitates infirmorum ſuſtineat: *Annulus* autem in ſignum Pontificalis honoris, vel pro ſignaculo ſecretorum (ut vult Synodus Aquiſgranenſis can. 9.) conceditur. Hinc fallitur *Cranzius* qui (lib. 6. Metrop. c. 15.) per ferulam paſtoralem intelligit inveſtituram temporalis dominij: Huius enim traditio facta eſt per ſceptrum,

Carolingi Imperatores ius conſtituendi Epiſcopos exercent.

Intereſſe Imperij quoad conſtitutionem Epiſcoporum occumbit.

Romano-Germanici Imperatores ius conſtituendi Epiſcopos ſibi ſumunt

Pedum paſtorale.

Origo inveſtituræ Eccleſiaſticæ.

Annulus paſtoralis.

Intereſſe Imperii circa Epiſcoporum conſtitutionē occumbit.

Hoc iure vſi ſunt Imperatores & Reges Germanici vſque ad tempora Henrici IV. quem Gregorius VII. & ſucceſſores ob eam cauſam miris modis exagitarunt, ſumma ac inſigni ſanè iniuria, Nam Cæſarum prima cura debet eſſe, vt Eccleſia talibus ſubmittatur, qui ſubditos faciant meliores. Hoc autem curare non poteſt Princeps, niſi de ipſius conſenſu Epiſcopi conſtituantur. *Ita Otto M.* Brunoni fratri Epiſcopatum Aggrippinenſem conceſſit (V. *Ditmar* l. 2.) Idem Imperator Giſelerum Epiſcopum Magdeburgenſem fecit (*Ditmar.* l. 2.) Idem Cancellarium ſuum Willigiſum Moguntinæ præfecit Eccleſiæ. (*Ditmar.* l. 5.) Henricus II. Meningando dedit Epiſcopatum Trevirenſem [Chronic. Belgic. Vid. plurib. *Meibom.* de Iur. Inveſt. Epiſcopal.) Tulere etiam Pontifices Romani per aliquot ſecula inveſtituras iſtas, neque ex Imperatoribus cuiquam litem moverunt, donec Gregorius VI. Papatum iniret. Hic enim de perturbanda non modo Republ. verùm etiam Eccleſia concilia iniit, cujus conatibus fortaſſis etiam acceſſerunt flabella Epiſcoporum nonnullorum, Politico Magiſtratui amplius ſubeſſe detrectantium. Quod Gregorius VI. obtinere non potuit, id *Gregorius VII.* prioris diſcipulus & aſſecla in actum perducere conatus eſt. Hic ante Papatum Hildebrandus dictus fuit, quem noſtrates ob perverſam & turbulentam naturam Hellebrandum, id eſt, titionem infernalem vocant. Potitus ſede Pontificia tantùm in Imperio turbarum excitauit, vt totum pænè illud everterit. Hic inveſtituram Epiſcopalem coacto conciliabulo Cæſaribus eripuit. (V. c. Siquis deinceps. cauſ. 16. qu. 7.). *Henricus V.* quum Patre deiecto ſerò nimis cogitaret, quanto ſcelere ſe obligaſſet, rebus ſuis maturé conſulendum ac tyrannidi gliſcenti obviandum putavit. Contemptis igitur Pontificum ſanctionibus, Epiſcopatus aliaſque Prælaturas vacantes libere conceſſit illis, quos maximè dignos cenſuit, fruſtra indignante Paſchali II. Papa, qui tamen in conciliabulo quodam Trecæ in Galliis, Imperatorib. hoc ius abjudicavit, (V. *Cranz* Metrop. l. 5. c. 23.) Hic Imp. quum fulmen Tarpeium metueret, patriſque infelicisſimum fatum recoleret, tandem tot turbis feſſus hoc ius an. 1122. Pontificis Calixti Legato *Lamberto* Epiſcopo Oſtienſi in Comitiis Wormatienſib. miſerandum in modum remiſit. *Abbas Vrſpergenſis* talem Henrici formulam refert: *Ego Henricus Dei gratia Rom. Imp. Auguſtus pro amore Dei & ſanctæ Rom Eccleſiæ, & Domini Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & Sanctis eius Apoſtolis, Petro & Paulo, Sanctæ Eccleſiæ omnem inveſtituram per annulū & baculum* &c. Reſcriptum hoc Imperatoris, vt & Papę Calixti, in quo Imperat. conceſſit, vt electus Epiſcopus regalia per ſceptrum ab ipſo recipiat loco campeſtri circa Rhenum lecta ſunt. [Vid. pl. *Vrſpergens.*) *Hoc modo conſtituta ſancitaq; à Carolo M. iura Imperatorum.*

Exercitium iuris conſtituendi Epiſcopos.

Gregorius VII. immane quantum intereſſe Imperii affligit & attenuat.

Gregorius VII. Papa Imperatoribus ius conſtituendi Epiſcopos eripit.

Intereſſe Imperii decreſcit.

Ceſſio ac Renunciatio in fraudem Imperii facta non valet.

ratorum, *& ultra* 300. *annos contra turbones Italicos conſervata atque defenſa infelix Reip. fatum uno pæne momento eliſit. Onuphrius Panvinius* (in vita Greg. VII.) ait Imperatores Romanos, amiſſis Prælatorum inveſtituris, majorem Imperij ſui, meliorem fortioremque partem deperdidiſſe, & maximarum calamitatum ſeminarium feciſſe. Sequentes quidem Imperatores Lotharius II. Otto IV. Frideric. I. & II. de inveſtitura cum Papis vehementer contenderunt [Vid. *Marſil. Patavin.* in Defens. Pacis. part. 2. c. 26. *Cranz. l.* 2. Metropol. c. 59.] Sed *Cranzius* (l. cit.) dicit quod gladius Eccleſiæ pervicerit, ut jus ſuum Eccleſiis relinquerent Imperatores. Cæterùm is gladius fuit mera tyrānis, armata perfidia & perjuriis, immane quantum debacchans in optimos Imperatores, totumq; terrarum orbem civili ſanguine inundans.

Intereſſe Papæ per meram tyrannidem crevit.

Ex his evenit id ipſum, nempe quod Germania terrarum victrix, regio, ſi quæ alia, olim florentiſſimæ ornamenta dignitatis & præſidia ſtabilitatis amiſerit. (Vid. pl. *Meibom* de Inveſtir. Epiſcop. add. *Lehman.* l. 2. Chron. Spir. c. 15.) Ex eo igitur tēpore, majore vi ſublato jure Imperatorio in Germania ſola iterum electione Epiſcopi conſtitui cæpere.

Epiſcopi Sola Electione conſtitui incipiunt.

In conventione Henrici V. cum Pontifice expreſſum erat, ut deinceps electio Epiſcoporum eſſet penes Clerum & populum. Aſt eligendi illa poteſtas initio ſeculi XIII. retracta ad ſolos Canonicos ſive Capitulares Cathedralium Eccleſiarum (*Stiffs-Kirchen*) reliquo omni populo excluſo: connivente ſine dubio *Pontifice*, *cuius magis intererat à paucioribus electionem inſtitui.*

Electio Epiſcoporum ad ſolos Canonicos reſtringitur. Intereſſe Papale.

Electio illa Canonicorum hodie creberrimè fit per *ſcrutinium*, ubi ſecretè & ſigillatim vota cunctorum Capitularium explorantur. c. 48. & 57. X. de Elect. Electio poteſt deſcribi, quod ſit perſonæ idoneæ ad Prælaturam ſive ad dignitatem Eccleſiaſticā canonicè facta vocatio. Debet illa intra tres mēſes peragi c. 41. X. de Elect.

Quid ſit Electio Epiſcoporum.

Cæterùm fracta Imperatorum poteſtate erexit ſeſe magis magiſque Pontificum Romanorum Dominatus; qui proinde ſenſim variis modis eligendi illud jus frangere, & per reſervationes & proviſiones, quas appellant, facultatem conſtituendorum Epiſcoporum tantum non omnem ad ſe pertraxerunt, tandemque res eò devenit, ut à Capitulo Electorum Epiſcoporum confirmatio Roma peteretur; cum antea illa, uti & conſecratio ad Metropolitanos ſpectaret.

Incrementa Pontificis. Reſervationum & proviſionum origo ut & Confirmationis.

Quum verò etiam inde ingens omnium rerum nata eſſet perturbatio, nec tyrannidem Pontificiam amplius ferre poſſent Eccleſiaſtici, rebellione quaſi exorta coacta fuit, quamvis invita, Curia Romana in certas leges cum Germanica natione paciſci. Factum hoc ſeculo XV. cum Nicolao V. Papa. Pacta illa vulgo dicuntur *concordata* cum natione Germanica, quæ curia Romana (non paſcens ovem ſine lana) nunquam obſervavit, adeoque à temporibus uſque Caroli V. Capitulationibus omnibus Cæſareis hoc quoque inſertum eſt: *Quoniam Roma vis*

Concordata.

fiat hiſce concordatis, videat Cæſar ne quid inde detrimenti capiant Eccleſiæ & Reipub. iura. (Vid. *Georgij Brandeuij Tr.* de concordatis.) Hodie porrò hoc ſibi iuris datum Papa credit, ut extra ordinem, ſi iuri ſuo Pontificio conveniens electio vel poſtulatio inſtitui nequeat, ipſe pro liberrimo arbitratu Epiſcopatus poſſit donare. Hoc iure fuit vſus in nuperrimo bello civili Germanico, dum Archi Epiſcopatum Magdeburgenſem & Bremenſem, Epiſcopatum item Halberſtadenſem & Verdenſem contulit Leopoldo Wilhelmo Archi-Duci Auſtriæ Ferdinandi II. tum temporis latè per Germaniam victoris, filio. (Vid. plenius *Dn. Conring. Diſſ. de Conſtitutione Epiſcopor. German.* in tot. & *ad Lampad. p.3.c.6.§.6. Ludolph. Hugo*, de Statu Region. German. cap.3.§. 23. 24. 25.) Pontifex porro in Epiſcopos Germaniæ arrogat ſibi ius prætextu ſui Vicariatus Divini, non aliquo iure à Cæſaribus dependente, imò non tantùm in Germaniæ, ſed omnes orbis Chriſtiani Epiſcopos ſibi, abſque Divini verbi ſuffragio, Dominatum adſcribit

Papa extra ordinem etiam donat Epiſcopatus.

Arcanum Papæ.

V. Præter modum conſtituendi Epiſcopos Germaniæ, nempe Electionem, eſt & alius modus qui dicitur *Poſtulatio* (vnde infra art.5. Inſtr. Pac. paſſim apparet formula: *Electi aut poſtulati*) quæ eſt in ſubſidium electionis introducta. Poteſt ita deſcribi, quòd ſit ſimplex petio Collegij, vt hæc perſona Epiſcopi locum teneat, quæ ob Canonicum defectum eligi non potuit, verbi gratia, ſi ſit minorennis, laicus [c. Innotuit. de Elect. in 6.] Pontificij Epiſcopos Lutheranos non ſimpliciter Epiſcopos cenſent. Dicunt enim hos eligi non poſſe, quia ſunt Laici, interim poſtulari poſſe. Verum quia Lutherani Epiſcopi, ita poſtulati Papam negligunt, hinc illos pro veris Epiſcopis agnoſcere ipſis ſeſſionem & votum in Comitiis concedere noluerunt. Cæterum per *art.5. Inſtr. Pac.§.6* Lutherani Epiſcopi locum & votum in Comitiis obtinuerunt. Hinc moderni Epiſcopi Auguſtani pro illegitimis haberi non debent, ſicut aliquoties factum. Cur enim illegitimis annumerentur, quos inſtrumentum Pacis Romano-Catholicis in religioſis exæquavit? Neque obſtat quod à Pontifice non ſint confirmati. Olim quidem ante confirmationem & conſecrationem Epiſcopus quis eſſe non poterat. (c. Qualiter. extr. de Elect.) Hodie tamen aliter ſe res habet, quia Epiſcopus electus vel poſtulatus, ſi maximis cauſis ſit impeditus, ut conſecrari vel inveſtiri non potuerit, nihilominus poſſeſſionem vel quaſi juris Epiſcopalis univerſi apprehendere, id exercere, atque in illa poſſeſſione ſe tueri poteſt. Epiſcopi enim electi habent iuſtam poſſeſſionem, quippe eam acceperunt bona fide è manibus Capituli. Et hoc eſt in Epiſcopis Auguſtanæ confeſſionis deciſum, ſiquidem in comitiis Imperij 1555. Auguſtæ omnis juriſdictio

Poſtulatio Epiſcoporū.

Quid ſit poſtulatio

De Epiſcopis Lutheranis.

Lutherani Epiſcopi ſunt legitimi, etiamſi non confirmentur à Papa.

Papæ

Papæ eſt ſuſpenſa. (*Beindorf. Diſcurſ. Iur. Publ. 4. th.* 41. *&* 56.) Memorabile hoc eſt, quod inter omnes Lutheranos Epiſcopos, ſive electos ſive Poſtulatos, Papa neminem confirmaverit, niſi unum Divum *Henricum Iulium* Ducem Brunſuic. & Lyneb. Poſtulatum Epiſcopum Halberſtadenſem. Quum enim *Sigiſmundus* Epiſcopus Halberſtadenſis an. 1566. eſſet mortuus Sereniſſ. Principis *Iulij*, Ducis Br. & Lyn. filius Henricus Iulius bimulus adhuc, à Capitulo Halberſtadenſi fuit poſtulatus Epiſcopus, ac interea loci, donec maiorennis fieret; Capitulum vſque ad an. 1578. Diæceſin adminiſtravit. Romana Curia hodie valde fremit, quòd Evangelicis tam multa in Inſtrumento Pacis quoad Epiſcopalia ſint conceſſa. Et ſingulare ſanè eſt, quod hodie per *art.* 13. *Inſtr. Pac.* Capitulum Oſnabrugenſe teneatur alternativè Catholico Romanum, & Lutherano Euangelicum Epiſcopum è Sereniſſima Domo Brunſvvigo Lyneburgica eligere. Et quidem articulus iſte 13 hodie in viridem obſervantiam venit, quum mortuo Epiſcopo *Franciſco VVilhelmo* Comite de Wartemberg anno 1661 menſ. Septembri Reuerendiſſ. ac Sereniſſimus Princeps *Erneſtus Auguſtus*, Dux Bruſ. & Lynæburg. in Epiſcopum Oſnabrugenſem adſumptus. Et quamuis de titulo Epiſcopi tum moueri à nonnullis controuerſia cæperit, tamen hæc omnia facile potuerunt explodi, quum verba textus Inſtrumenti Pacis adeò de hac re clara ſint, vt ne Sol quidem meridiem illuſtrer clarius.

Henricus Iulius Dux Br. & Lyn.

Nota. In poteſtate patria conſtitutus poſtulatur Epiſcopus.

Erneſtus Auguſtus Epiſcopus Oſnabr. Dux Brunſvic. & Lynaburg.

VI. Evangelici Principes in Germania, quum ipſi iura Epiſcopalia ſive rectius, ſacra per Pacem religioſam, Inſtrumento Pacis perpetuò confirmatam, ſecurè & quietè poſſideant, Epiſcopi nomen (præteritis ſeculis admodum odioſum redditum, quum *Biſchoff* non amplius verum etymon quaſi *bey den Schaffen*, ſed quaſi *beiſs die Schaffe* reſonaret) mutarunt, revera autem omnia ad primitivæ ac aureæ Eccleſiæ mores in Eccleſiaſticis reformarunt. In Eccleſiis Lutheranis itaque deſiit Epiſcopi nomen, & in locum eius nomen *Superintendentis* ſucceſſit, quod iam *Auguſtini* ævo fuit notum (lib. 19. de civ. Dei, c. 19.) In Ducatu Brunſuicenſi *Superintendentes* alij ſunt *Generales*, alij *Speciales*. (Vid. *Fürſtl. Brunſchvv. Lyneb. Kirchen. Ordnung.*) Priores Archiepiſcopis, poſteriores Epiſcopis quodammodo aſſimilari poterunt. Ipſis Generalibus hactenus in dicto Ducatu *Generaliſſimus* præponi ſolitus, quæ dignitas ibi *Theologorum honoriſſitium* eſt, quemadmodum Cancellariatus Ictorum. Magni nominis Politicus ac Cancellarius Duc. Brunſuic. conſilium Sereniſſimo Principi ſuo optimum ſuggeſſit, vt mutatis iſtis titulis, Generaliſſimi ac Generalium, ambitionem militarem ſpirantibus, alios æquipollentes ac modeſtiores ſubſtitueret; quod iam tum in Ducatu Lynæburgenſi inductum, ubi

Regimen Eccleſiaſticum in terris Proteſtantium.

Etymologia vocis Biſchoff.

Superintendentes.

Generaliſſimus.

D. Schvvarzkopſs & D. Langenbecks conſilium.

qui antea dictus Generaliſſimus, hodie vocatur *Ober*-Superintendente. Reliqui qui ſubſunt Superintendentibus dicuntur Paſtores, & Concionatores, *Prediger oder Pfarherrn.* Miniſterij candidati in Eccleſiis Evangelicis quando præſentantur, ſolent prius examinari, & dein ſi idonei reperti, per preces ac impoſitionem manuum confirmari ac ordinari. Non opus eſt hic pallio & aliis prædandi vocabulis Romani Papæ.

Incrementa potentiæ Epiſcoporum.

Solæciſmus Politicus.

VII. Inquirendum nunc eſt, quomodo Romano Catholici Germaniæ Epiſcopi ad tantam potentiam pervenerint. Res ita ſe habet: Quamvis Epiſcopis, quatenus Epiſcopis, iura Divina, Canonica ac civilia iuriſdictionem ſecularem ac Politicam dignitatem non concedant; tamen Imperatorum inconſulta liberalitas, magis zelotypia religionis, quàm politica ratione, excitata, ſenſim Epiſcopos, Abbates & Clericos opimis bonorum cumulis mactavit. Scilicet fervens (ait *Monzambano*) eo tempore Principum animos inſidebat pietas, & quò quis plura in Sacerdotes profudiſſet, eo arctiore ſibi nexu Numen obſtringere credebat; quum tamen ſi verè ac ſine obliquis affectibus hanc rem perpendimus, excolendæ pietatis ſtudium apud Sacerdotes, per nimiam opulentiam ſit potius ſuffocatum, quam in maius promotum, vt non magis ſcitè quam vere dixerit quidam: *Alma mater Religio peperit divitias; ſed filia hæc devoravit matrem.* [Confer. Dn. *Myler.* Archologiam c. 12. & infra ad *art.* 5. *Inſtr.* Pac. *Diſcurſ. de Bonis Eccleſiaſticis.*] Donati ergo Epiſcopis & Eccleſiis non ſolum fundi, decimæ, aliique reditus, ſed etiam integra Dominia, Comitatus, Ducatus; imò & regalia iura quamquam non vno & eodem tempore, addita, vt Principibus ſecularibus non modo multi Epiſcopi pares & proximi, ſed etiam ſuperiores potentia facti ſint. Sanè tempore *Caroli M.* Epiſcopi in Germania aliive Clerici circa bonorum ac honorum aucupia multum fuerunt ſolliciti. Illi tamen *Caroli M.* munificentia, vrbes, arces, territoria minimè obtinuerunt, quum Carolus tantùm pecuniam, mobilia & quandoque etiam prædia in Epiſcoporum & Cleri ſuſtentationem conceſſerit. [Vid. Dn. *Myler in Arcolog.* c. 12. § 4.] Nullus extiti Epiſcopus aut Abbas in Imperio, qui de ſeculari poteſtate & iuriſdictione territoriali à Carolo obtenta gloriari potuerit: Sondern, *ſie haben auch noch lange zeit, nach* Carolo M. *ihre Schirmherrn, vnd Kaſtenvœgt gehabt.* Omnia enim monaſteria tum temporis habuerunt ſuos Advocatos, prout ex Hoſpiniano, Haidero & aliis oſtendit *Dn. Myler.* l.c. (V. *Lehman.* l. 2. Chron. Spir. c. 16.) Secularis dignitas tum temporis tantum duobus conceſſa 1. *Richardo* Epiſcopo *Herbipolitano* [V. *Cent. Magdeb.* 8. c. 19. *Kranz. in Metropol.* Procem & *l.* 1. *c.* 9.] 2. *Abbati Campidonenſi* cui

Nota dictum de bonis Eccleſiaſticis.

Origo Eccleſiaſtici iuris territorialis.

Intereſſe Imperij quoad Eccleſiaſtica non obſervatum.

Sub Carolo M. iuriſdictio Eccleſiaſtica nondum fuit nota.

Alluvio Politica bonorum Eccleſiaſticorum.

Epiſcopus Herbipol. & Abbas Campidon. ſeculares ſimul ſunt.

cui Carolus M. Comitatum cum omnimoda juriſdictione territoriali tradidit in Dominium. (*Bruſch. de Orig. Monaſter. l.4. c.21.*) Atque huc pertinent rythmi: *Herbipolis* (& *Campidona*) *ſola judicat enſe & ſtola.* Præſul itaque Würceburgicus eſt utrumque & Epiſcopus & Dux Politicus Franciæ: Ex quo evenit, ut, quum Miſſam celebrat Epiſcopus, gladium ſtrictum in loco propinquo poſitum habeat. (*Dreſſer.* de Vrbib. German. verb. *Herbipolis.*) Cæterum res haut adeò boni exempli non ibi conſtitit, unde cæpit, ſed quamvis in tenuem recepta tramitem latiſſimè ſibi evagandi viam dein fecit. Nam Caroli M. filius *Ludovicus Pius* maxima liberalitate erga Dei cultum uſus in tantum, ut Epiſcopos, qui propter animarum regimen Principes ſunt cæli, ipſe eoſdem nihilominus effecerit Principes Regni, ut loquitur *Helmold.* (l.1. Chronic. Sclavor. c. 4.) Hic tamen Imperator nimium Pius expreſsè ſibi reſervavit iura in res Eccleſiaſticas (Vid. Dn. *Conring.* de German. Imp. Rom. *c.* 7.) Et quamvis concedatur nonnullos iſtius ſeculi Epiſcopos Principum titulis honoris gratia eſſe condecoratos (*Lehman. l.2.* Chron. *c.* 15.) nemini tamen Diſtrictus, Comitatus Ducatus cum Superioritate & Iuriſdictione ſeculari ceſſit. Hinc *Vadianus* ſcribit, *quod Reges & Imperatores Francorum & Germanorum in concedenda & donanda iuriſdictione ſeculari Cathedris Epiſcopalibus & Monaſteriis penitus abſtinuerint*: *Et hoc ideo quod vetus & media ætatis religio ab imperio & ſanguinis iudicio longè maximè abhorruerint.* (*Goldaſt. in Antiquit. Aleman. Tom.2. part.2. fol.*84.) Quod verò hiſce temporibus ſenſim ad magnam dignitatem adſcenderint Epiſcopi, ad hoc quoque non parum momenti attulit, quod nobiliſſimi homines (ut *Monzambano* ait) ad munia ſacra adſpirarent; quodque barbaris iſtis ſeculis ſoli ſacri Ordinis viri literarum cognitionem haberent. Hinc Epiſcopi ad conſilia in aulis adſciti, illiſque officiis præfecti, quæ ſine adminiculo literarum obiri nequeunt. Atque hinc eſt quod adhuc Cancellariorum dignitate Primores Præſulum in Germania fulgeant. Non parvum incrementum quoque potentiæ Epiſcoporum inde acceſſit, quod multi Principes ac Nobiles bona ſua aut partem eorum Epiſcopis in feudum obtulerint, ut hac ratione ſalus eorum eo diligentius Deo commendaretur. Hinc factum, ut, ſtirpe Principum ac Nobilium extincta bona eorum Epiſcopis accreſcerent. Taceo nunc de immenſis privatorum legatis quibus animabus, in Purgatorij vlulationibus valde ſitientibus, conſulere voluerunt. Vnde rectè Philippus Caroli, quum adhuc Lutheranus eſſet, (in not. ad Solæciſm. Polit. p. 87.) ſcribit: *Ignem Purgatorij Pont. Rom. feliciorem in æruſcando experitur, quovis lapide Philoſophico. Hoc eſt plenum illud copiæ cornu, quo tot Romani Iovis Corybantes ſuſtentantur.*

Caroli M. error.

Merum Imperium Herbipol. & Campidon.

Exemplorum ea vis, ut uno illicito dato plura ſequantur: Pius ſolæciſmus Politicus.

Vetus & mediæ ætatis religio Merum & mixtum imperiū ſpernit.

Singularis cauſa promotionis Epiſcoporum.

Quâ de cauſa Eccleſiaſtici ad munera Politica admoti.

Quilibet ex re allodiali poteſt facere feudalem.

Purgatoriū.

Tempore Ottonis M Epiſcoporum ſecularis ac territorialis iuriſdictio cum Regalibus capit Ottoniſmus id eſt Solæciſmus (Ottonis in Eccleſiaſticis commiſſus.

VIII. Porrò lapſis Francorum rebus, præſertim poſt Imperatorem *Arnulphum*, & filium eius *Ludovicum* ita largæ factæ ſunt Principum donationes, ut oppida etiam & vici Epiſcopis concederentur, & Ducatus quoque ipſis permitterentur. (*Vadian. de Colleg. & Monaſt. lib. 2. fol. 94.*) Nam Imperio à Francis ad Saxones, & quidem familiam Otthonicam, tranſlato, *Otto M.* ut ante erga ſeculares Principes & Comites, ita Epiſcopis nimia indulgentia quoque, aliiſque Imperii Romani Præſulibus omnium primò iuriſdictionem ſecularem, territorialem cum Regalibus conceſſit. [Vid. *Diplomata ab Henrico Meibomio congeſta* in *Wittikindi annales. Reiner. Reineccius* ad annal. Caroli M. lib. 4. *Limnæ* l. 3. de I. P. c. 3. n. 1.] Hic Otto fraterno affectui nimium tribuens, *Brunonem* Colonienſem Archi-Epiſcopum primus Ducem Lotharingiæ conſtituit malo exemplo. Proinde in Chronico Erfurtenſi M. S. emphaticè ſcriptum extat. *Da begunten zu erſt die Biſchoffe Weltliche Rechte zu haben, das dauchte damahls unbillig manchem Manne*, quod refert *Gryphiand.* (de Vveichbild. Saxon. c. 28. num. 11. & ſeqq. *Knichen.* de iur. Territor. c. 1. n. 18.) *Mesbomius* ad Vvittichindum ita: *Exemplum Brunonis ſecuti ſunt poſtmodum ex Prælatis alij quoque; qui religione neglecta, deſertave ad dominatum & imperium ſeſe converterunt* [Add. *Lehman.* l. 4. Chron. c. 3.] *Marcus Antonius de Dominis* (l. 6. de Repub. Eccl. c. 7. n. 89. & c. 8. n. 11.) notat Imperatores illos, qui ita evexerunt Epiſcopos dominatus ſui firmandi cauſa id feciſſe. Otto enim M. ſtudebat rei bellicæ, provehebat liberos Fratri & filio Archi-Epiſcopis, Ducatus addebat, quò pluribus munimentis inſiſteret. Et hoc modo *Epiſcopalis audientia* [quæ iure Codicis Iuſtinianei conceſſa erat,] tandem in veram quandam iuriſdictionem degeneravit. D*n*. *Ludolph. Hugo* (de Stat. Region German. c. 1. §. 5.) Idem Otto M. *Giſlero* Epiſcopo Magdeburgenſi commiſit. *Das Hertzogthumb an der Elb zu Schartavv.* (*Chron. Iur. Vveichbild.*) De hoc Brunonis & Giſleri exemplo ita Vadianus: *Poſtea ambitio, licentia, & regnandi ſtudium in cauſa fuerunt, ut etiam Monachi & Epiſcopi alicubi Imperia mixta & mera appetere, aucupari, vel mercari & ſua facere, vel reclamante profeſſione veriti non fuerint* (Dn. *Myler. l. 6. c. 13. n. 4.*) *Sed hæc* (addit cautè *Cranzius* l. 2. Metrop. c. 27.) *in aurem legenda ne offendantur Magnates, & dicamur os in cælum ponere, dum quæ ſupra nos ſunt carpere contendimus.* Idem Otto *Vvilhelmo* filio Archi-Epiſcopo Moguntino Thuringiam gubernandam commiſit. Ita Colonienſes, Moguntinique Archi-Præſules, ut & Epiſcopi Spirenſes, aliique complures, in Civitatibus antea à Ducis vel Comitibus gubernatas imperium-iuriſdictionemque vel omnem, vel in caſibus ſaltem quibuſdam, iuxta beneplacitum Imperatoris acquiſiverunt. [Vid. *Lehman.*

Otto M. negligit intereſſe Imperij in Eccleſiaſticis.

Arcanum Ottonis M. Epiſcopalis audientia.

Eccleſiaſticorum mori & mixti imperij appetitus.

Archi & Epiſcoporum iura in Civitates.

Lehman. l. 4. Chron. *c.* 3. *Dn. Myler. l. c.*) Ex hactenus dictis patet ſolidum iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ædificium Ottonis tempore eſſe abſolutum, & à ſucceſſoribus eius magis magiſque exornatum. Fundamenta enim huius novi & inſolentis operis iam tum à Carolinis temporibus iacta. Epiſcopi iam à Caroli M. temporibus primas quæſiverunt & tulerunt (cauſam *n.* 7. *præced.* attuli.) Hinc conſiliis regni ſe primò immiſcebant, conſuetudine Procerum quotidiana utebantur, Officio Cancellariatus res regni curabant, iudiciis ſecularibus præerant, manuſque plus vltra extendentes ad ſtatum tandem pervenere bicipitem, ut loquitur *Dn. Buſch* (in *Tr. de Bonis Eccleſ.* p. 98. 99. Ideoq; hodie Epiſcopi duplicem ſuſtinent perſonam, ac baculus Aaronis (vt loquuntur Dd.) & gladius Nimrodi unâ manu regitur, & Epiſcopi partim Clerici, Principes partim audiunt, altero pugno Codicem altero Enſem geſtantes, vt loquitur Ampliſſ. *Ioan. Bünting.* [in Inaug. Diſſert. de Iure Fiſci th. 6.) Arator quidam ſenex in Germaniâ, cum Epiſcopum Ducemque Colonienſem, qui iter armatus faciebat, vidiſſet, magno riſu ſolutus, & interrogatus, quæ tanti riſus cauſa eſſet? Reſpondit: Ridere ſe, quod Petrus Apoſtolus, clericalis ordinis Princeps, in tantâ inopiâ mortuus eſſet, & poſteros in eo ordine magnopere locupletaſſet. Reſpondente autem Epiſcopo, ſe ſimul & Ducem eſſe & Epiſcopum, eoque tempore vt Ducem armatum eſſe, & cum armatis iter facere; cum autem in templo eſſe contingeret, illic ut Epiſcopum agere: maiori etiam cachinno ſolui arator cœpit. Denuo igitur cauſam rogatus dixit: Vellem equidem declarari mihi: cum mortuum hunc Ducem, cuius perſonam geris, in inferno eſſe continget, quo putes Epiſcopum iturum? vt refert *Fulgoſus* (*l.* 6. *c.* 2.) Dolendum ſanè eſt Carolum M. Ottones & alios Imperatores Politicas literas adeò ignoraſſe, vt, Martis ſtudio tantum intenti, Epiſcopis tam latè patentem portam tum ad luxuriam tum verò ad molitiones contra Rempub. aperuerint. Animarum & Eccleſiæ curam internam hiſce ſolummodo demandare oportebat: De reliquo Scholæ ita fuiſſent inſtituendæ, vt Laicos, bene educatos, ad regni munera Politica evehere potuiſſent: Sic enim non fuiſſet neceſſum Epiſcopis Cancellariatus & alia ſecularia officia committere, eoſque dein, quâ data porta, regni Principes conſtituere. Cæterum quum non tam pacis quàm belli tempora ſemper illis Cæſaribus præ oculis verſarentur, quid mirum ſi tot ſolæciſmi tam in Eccleſiaſticis quam Politicis fuerint admiſſi? Quum itaque hodie (proh dolor!) ferendum ſit, quod mutari non poteſt, veriſſimum eſt, quod *Sebaſtianus Meichſnerus* (in præfat. *der Kayſerl. Land vnd Lehen Rechte*) Germanicis rythmis exprimit.

Epiſcopi hodie duplicem perſonam repræſentant.

Errores Cæſarum circa Eccleſiaſtica.

Seit die Ritterſchafft Thurnieren vermeidt,
Vnd die Prieſterſchafft im Harniſch reit,
Vnd Weltliche Mœnch Geiſtliche Pfarr regiren,
So müſſen Wir Land vnd Leüte verlieren.

Et alius.

Quicquid agit mundus Monachus vult eſſe ſecundus.

SchoocKij iudicium de πολυπραγμοσύνη.

Facetum eſt quod an. 1662. Groningæ Dn. *Martinus Schoockius* in Collegio ad Tacitum Auditoribus ſuis retulit: Amſtelodami fuiſſe Medicum nomine Cœſterum, qui cum aſſedit vnà cum Paſtore ad lectum ægroti, & accerrimè contemplaretur manus illius Theologi; Paſtor quæſivit: Quid ita in manu ſua adſpiceret? Reſpondit Medicus: Se obſervare ipſius annulum, ſimulque de eo cogitare, cuinam Theologorum corporis parti integranti omnium aptiſſimè aptari poſſet annulus? Cumque Paſtor paululum titubaret, honorem præfatus medicus, dixit: naſum ſibi videri membrum aptiſſimum, cui Theologi annulos infigere debeant, Rationem adiecit illam: *weill Sie doch Wolten die Naſen in Mancherley Handel ſtecken könte man ihre Naſen damit binden, das ſie ſelbige müſten auſs Weltlichen affairen auſslaſsen.* Hæc ille, iocosè veritatem ſeriam adumbrans. Huc etiam collimat indicium *Conradi von Iungingen*, Magiſtri Ordinis Teütonici in Boruſsiâ, qui, quum ab Epiſcopo Coyenſi Ioanne Crapidolâ ad bellum incitaretur, maſculam hanc & cedro dignam vocem emiſit: *Seit der Zeit die Geiſtlichen Zu Fürſten hœfen haben angehaben, und ſich in die Rathe der Kœnige vnd Fürſten gemenget, ſo haben Sie ſtets abgenommen. Vnd die Fürſten, die Ihren Rath gefolget haben, ſind vnter ihrem Rath verdorben*, vt refert *Caſpar Hennenberger* (in Chronicis Pruſs. pagin. 299.) *Richter* (in Axiom. Polit. 213.) Sed vt redeamus ad Epiſcopos, veteri ævo recepto, non alia polluerunt poteſtate, quàm penitentiæ & excommunicationis, eorumque officium conſiſtebat in cura tantum animarum ac rebus ſacris; paulatim dein adiecta eſt omnes in Clericos & Monachos iuriſdictio quoad perſonas & bona. Negatum etiam fuit Epiſcopis iudicio præſidere, aut bona adminiſtrare aliter quam per conſtitutos Advocatos [*Kaſten-Vœgte*) Dn. *Conring*. de Iudic. German. th. 30. & ſeqq. Et hac ratione bona Epiſcoporum & Monaſteriorum ſecularibus iudiciis ordinariis fuêre exempta. At omnia illa bona intra villarum, agrorum ſylvarum, ſimiliumque parvorum fundorum conſtitere tenuitatem, Vrbes verò Comitatus, imò integræ Provinciæ ab Ottonibus Epiſcopis ac monaſteriis conceſſæ ſunt. Dn. *Buſch.* l. cit. Textum ex *Theodoro de Niem.* vid. apud *Myler* l. c. p. 5.

Epiſcopi hodie duplicem perſonam repræſentant.

Bona Eccleſiaſtica à ſecularibus iudiciis eximuntur.

IX. Hæc

IX. Hac ergo ratione Epiſcopi & Abbates, ſecularium Principum inſtar, regna religioni iunxere, ac Imperij Membra conſtituti ſunt. Gladio enim accincti, & dominiis Politicis à ſacris auocati pedetentim, poſt acerrimas concertationes Pontificum, quibus Imperatores quaſi ſub iugum miſſi ſunt, omne ius etiam ſeculare ſibi vindicare, & bella gerere cœperunt. Concionandi verò munus Monachis, diſciplinam Eccleſiaſticam Officialibus commiſere, & ita mandato Seruatoris neglecto more gentium dominaturi omnem præeminentiam ad ſe rapuerunt, nec tam Epiſcopi erant & antiſtites, quàm Principes à nutu Papæ, tanquam Imperatoris Eccleſiaſtici dependentes. Vnde & factum, vt multi Epiſcopi militantibus & aulicis magis; quàm Eccleſiaſticis fuerint moribus. (vide *Cranz.* l. 6. Saxon c. 46.) *Bonifacius VIII.* cùm Iubilæum conſtituiſſet, vno die cum Pontificali ſtola ſe oſtentauit, altero verò cum Imperatoriis ſignis prodiit adiuncto hoc lemmate: *Ecce hic ſunt duo gladij* (*Cranz. l.* 8. Saxon. *c.* 36.) *Otto Monaſterienſis* Epiſcopus bellis gerendis, quàm Eccleſiis gerendis aptior, (*Cranz.* Metrop. *c.* 49.) cui nonnulli hodiernum Monaſterienſem Epiſcopum Reuerendiſſ. Principem *Bernhardum* (qui ſtemmate eſt Nobilis *von Galen*) aſſimilant, vtpote quum adeò acri ad omnia Marte dicatur, vt in ſeculari iſta Spartâ omnes anteceſſores ſuos vincat, vti non obſcuro & vario ſermone, ſed omnium clariſſimâ voce ad me eſt relatum. Fides tamen illius rei eſto penes autores. Ottonem I. ſecuti filius & nepos non minora dona in ſacros Ordines ſparſere. *Otto III. Epiſcopo Vercellenſi* Epiſcopatum cum Comitatu & regalibus in perpetuum conceſſit. (*Baron* ad ann. 999.) *Idem Epiſcopo Paſſavienſi*, totius ciuitatis Paſſavienſis mercatum, mônetam, bannum, telonium, & totius Reip. diſtrictum conceſſit. [*Gevvold. in Metrop. Salisburg.*] de Epiſcopatu Spirenſi, vid. *Lehman. l.* 4. *c.* 7. *Henricus II.* Imp. profuſiſſimis ſuis donationibus non parum videtur Imperio nocuiſſe. Poſſeſſiones quippe omnes, quas in Bauaria habebat Eccleſiis donauit, debita hereditate defraudans cognatos ſuos Bauariæ Duces. *Bambergenſem Comitatum*, Comite abſque liberis defuncto, ad Imperium deuolutum in Epiſcopatum mutauit, cui multos & ampliſſimos ſubdidit Comitatus, vt feuda inde dependentes. (vid. *Cranz. l.* 4. Sax. *c.* 27. 28. Dn. *Buſch.* de Bon Eccl. p. 127.) Similiter *Epiſcopatus Curienſis* ann. 1170. ab Imperatore Friderico Barbaroſſa, Principalem dignitatem obtinuit. (*Guler.* in Rhæt. l. 9.) Pari modo Wilhelmus Imper. *VVittickindo, Eccleſiæ Mindenſis* Præpoſito ann. 1253. regalia & adminiſtrationem bonorum temporalium ipſius Eccleſiæ, conceſſit, vt ea tanquam Princeps Imperij adminiſtret. *Ioh. Piſtor.* in *Chron. Mindenſ.* & ex eo D*n. Myler.* l. c. qui etiam n. 7. & 8. exponit

Fructus iuriſdictionis ſecularis in Eccleſiaſticos collata

Intereſſe Imperij in Eccleſiaſticos occumbit

Per prodigalitatem in Epiſcopos decrevit Imperij intereſſe.

Epiſcopatus Paſſavienſis.

Donatio ad pias cauſas non debet excedere modum.

Epiſcopatus Bambergenſis origo

Epiſcopatus Mindenſis.

quomodo Abbates, Abbatiſſæ, Canoniſſæ ſecularem iuriſd. acceperint.

Epiſcopi ſecularisati legitimum Imperatoris ac domini ſui imperiū tandem instinctu Papæ abiiciunt.

Epiſcopi truncū ſpernentes Ciconiā pro Rege acceperunt.

Intereſſe Imperij per exēptionem Epiſcoporum vehementer afflictum, Papale autē intereſſe creſcit.

Iuriſdictio ſecularis Epiſcopis conceſſa cum ſummo detrimento Imperij eſt coniuncta.

Gregorius VII. Papa regni Anti Chriſti Architectus.

Simonia crimen.

Arcanum Papæ Eccleſiaſticorum bonorum Imperij amplum patrimonium.

X. Sic Sacerdotum fortuna facta fuit ampliſſima: verùm ibi nondum conſtitit, ambitione & avaritia illorum animos ulterius ſtimulante. Dum ergo ſeculare brachium diſtributionemque tantorum Eccleſiaſticorum beneficiorum in manu Imperatoris eſſe ægerrimè ferunt, cui eâm ob cauſam peculiariter obſtricti cogebantur vivere: hinc omnem inierunt rationem, quomodo faſtigio Imperatoris ſeſe opponere ac civile illud capiſtrum a ſe removere poſſent. Hoc tandem ut aſſequerentur, fulmina Pontificis, & turbæ, ſtrenuè contra Imperatorem excitatæ, demum effecerunt. Cæterùm Sacerdotes hoc modo dum nimis altum vrgent, pontificemque Regem eligunt, Charybdim vitando, in Scyllam inciderunt. Imperio autem noſtro inde maximum vulnus inflictum, dum Epiſcopi tanquam Membra Imperij papam, qui extra Reipub. Germanicæ horizontem eſt conſtitutus & plane extraneus, Ducem ac Dominum ſequi coguntur. Extraneum enim principem, Ordines in Imperio conſtituere, eoſque iuramento fidelitatis ſibi obſtringere hoc cum magno Imperij periculo eſt conjunctum, præſertim quum Papa ſæpe, dixerim ſemper, Imperij hoſtem agat. Bene ſanè iudicat *Onuphrius Panvinius* (in vit. Gregor. VII.) Tyrannide ſacra Gregorij VII. Papæ & ſucceſſorum eius Cæſares dimidium Imperij perdidiſſe.) Confer. pluribus Dn. *Myler* in egregio opere cui tit. *Archologia Principum* cap. 16. in tot) Eminente enim indies cleri poteſtate hoc à Pontificibus Epiſcopis ac Præſulibus agebatur, ut Imperij maieſtas imminuta, Romanæ verò ſedis pompa redderetur ſplendidior. Ad hunc ſcopum ſumma vafritie omnia direxit *Hildebrandus Papa,* qui Henricum IV. Imp. excommunicavit, Ordineſque univerſos ſacramenti religione, noua hæreſi (vt vocat *Sigebert Gemblacenſis*) ſoluit, ac tandem decretum de abolendis inveſtituris Laïcorum finxit, quod exhibet *Baron.* ad an. 1080 *Hinc incendij initium, quo totus fere Occidens conflagravit. Hinc Imperij dignitas everſa & Regum maieſtas conculcata eſt.* Ponamus, Henricum in conferendis Eccleſiaſticis beneficiis ſe imprudenter geſſiſſe: id lubricæ eiuſdem adoleſcentiæ, maliſque conſultoribus erit imputandum, quibus vtebatur. *Adelberto* nempe *Bremenſi Archi Epiſcopo,* & *Wernero Comiti,* hominibus (iudice *Schafnabrugenſe*) flagitioſis, à quibus quicquid Eccleſiaſticorum quicquid ſecularium dignitatum eſt, emebatur. Sed *callide hoc prætextu rem aggreſſus Hildebrandus, Eccleſiaſticorum bonorum (quæ maxima Imperij pars & quaſi dextra manus erant) collationem Imperatori extorquere allaboravit, confidens ſe hac ratione Monarchiam, quam meditabatur obtenturum.* Gregorij decreta repetierunt ac confirmarunt dein *Victor* Papa, *Vrbanus II. Paſchalis II.* (V. *Cranz.* Metropol. l. 5. 33.)

donec

donec tandem *Henricus V.* iuri Imperiali in bona ſacra nobiliſſimo renunciavit. *Ab eo tempore Pontifices eò inſolentiæ pervenerunt, ut ſibi omnem in Cæſares & Rempub. noſtram iuriſdictionem arrogarint*, aſſerentes Cæſarem Papæ vaſſallum, Imperiumque feudum eſſe Papale. (*Dn. Buſch.* de Bon. Eccl. Memb. 1. §. 21.)

Epiſcopi Germaniæ duplicē perſonam ſuſtinent.

Inveſtitura per baculum & annulum.

XI. Hodie ergo *Epiſcopi duplicem perſonam* ſuſtinent, *Epiſcopi* nimirum, & hoc modo Pontifici ſubſunt; & *Principis* Imperij, ob feuda & alia regalia, quæ ab Imperio habent, & hoc modo Imperatori ſubditi cenſentur. Origo huius diſtinctionis eſt ex tranſactione inter Henricum V. Imp. & Calixtum II. Papam inita. Antea enim Epiſcopi non tantum quoad dignitatem civilem Principis, ſed etiam quoad ſacrum munus Imperatori ſubiecti erant. Inveſtitura enim per baculum & annulum, quæ ab Imperatore fiebat, collationem muneris Paſtoralis ſignificabat. Poſtea, omiſſa inveſtitura per baculum & annulum, in poſterum Epiſcopus Canonicè electus, regalia ab Imperatore per ſceptrum accepit. Et *hoc modo ſacrum Epiſcoporum munus Imperatoris iuriſdictioni ſubtractum, civiliſque tantum functio regaliumque poſſeſſio Imperatori ſubdita manſit.* Quamquam enim *Marcus Antonius de Dominis* (lib. 6. de Repub. Eccleſ. c. 7.) nudam ceremoniam remiſſam putet, iure in omnibus Imperatori ſaluo; hoc tamen neutiquam credi poteſt. Nam ceremoniæ ſigna rerum ſunt, earumque mutatio, rei ipſius mutatæ indicium eſt. Quod igitur loco annuli & baculi, Epiſcopalis officij ſignorum, ſceptrum dein ad inueſtituram adhiberi cæpit; ſignificat Epiſcopos quoad officium Epiſcopale exemptos, cæterum regalia & ditiones Imperij, quas ſceptrum denotat, ab Imperatore dependere. (Dn. *Ludol. Hugo.* de Stat. Reg. German. c. 4. §. 16.) *Quod* itaque hanc *geminam Epiſcoporum poteſtate attinet, illa à multis iam ſeculis ab univerſo Imperio Epiſcopis conceſſa, ut, qui hodie contra eam diſputare velit, illum hodiernum Imperij Statum convellere oporteat.* Iam an. 1139. *Arnoldus* quidam *Brixianus Veridicus*, quod Epiſcopis Regalia competere negaſſet, in præſentia mille Antiſtitum, hæreſeos damnatus, ac tandem, ob veritatem à Papa Cæleſtino II. Romæ an. 1155. combuſtus fuit, teſte *Sigonio* (lib. 11. de Regn. Ital. *Dn. Myler. in Archol.* c. 16. num. 14. Vid. *Lehman.* lib. 5. Cronic. c. 51. *Prückman.* ad c. Quæ ſint regalia c. 4. n. 43.)

Imperator amittit iuriſdictionem in Epiſcopos.

Inveſtitura Epiſcoporum per ſceptrum.

Naevus Imperij perpetuus.

Arnoldus Brixienſis.

Eccleſiaſticorum Principum diviſio.

Hierarchia in Germania mutatio.

XII. Principes Eccleſiaſtici dividuntur in Archi-Epiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Abbatiſſas: Huic Ordini accenſetur *Magiſter Ordinis Teutonici* & D. Ioannis. De hiſce omnibus conſule Dn. Limnæum in libris de Iure publico & alios Publiciſtas. Notandum hic porrò *Hierarchiæ in Germania* ingentem & ſuperiori & hoc ſeculo *factam eſſe mutationem. Primò* in eo, quod per Paſſavienſem Pacis tractationem ſu-

Intereſſe Imperij quoad Eccleſiaſtica ex parte rurſus ſtabilitur.
Archiep. Rigenſis cum Imperii finium damno periit,
Intereſſe Imperii quoad fines attenuatur.
Seculariſatio Archi & Epiſcopatuum.
Bona ſacra fiunt ſecularia.
Ratio ſtatus ſuprema Imperiorum lex.
Intereſſe Imperii hypotheticum.
Epiſcopatus Sleſvicenſis ad Germaniam non pertinet.

periori ſeculo omnia iura Eccleſiaſtica Epiſcoporum, per omnes Provincias, quibus fas fuit Auguſtanæ Confeſſioni ſe addicere, fuere ſublata, vt ita Epiſcopis & Archi-Epiſcopis nihil manſerit iuris reliquum præterquam in proximis ſuis territoriis ſecularibus. *Secundò*, quū ſubducta fuit Imperij finibus univerſa Livonia ac Pruſſia (*Vid. Dn. Conring. de Finib. Imper.*) ſimul etiam *Archi-Epiſcopatus Rigenſis* cum ſuffraganeis Epiſcopatibus perierunt. *Tertio*, iam ante Paſſavienſem Pacem Saxoniæ Elector Epiſcopatum Naumburgenſem, Merſburgenſem & Miſnenſem; Elector Brandeburgenſis Brandeburgicum & Havelbergenſem; Pomeraniæ Duces Camminenſem ſibi addixerunt. *Quartò* paulò poſt item tres Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis cum territoriis ad Regem Galliæ pervenerunt, tranſactione etiam Monaſterienſi in perpetuam Regni Galliæ poſſeſſionem tranſlati ſunt. *Quintò* per pacificationem Oſnabrugenſem quidam Archi-Epiſcopatus & Epiſcopatus in ſecularem ſtatum tranſierunt & iure hereditario partim Regno Succiæ, partim aliis Principibus tranſcripti: Vid. *Inſtr. Pac art.*10.§.7. *art.* 11.§.4 & 6.*art.*12.§ 1. *De Abbatia* Hersfeldenſi *V. art.*16. *Inſt. Pac. E*t hoc quidem neceſſitate ac ſalute Imperii publica, quæ ſuprema lex eſt, exigente ita fieri oportuit contra iura communia ordinaria. Neceſſitas ſiquidem non habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem, & quod non eſt licitum in lege neceſſitas facit licitum. Ac proinde quum in eas anguſtias pervenerimus, ut aut violatis legibus ſalva reſpub. aut ſalvis legibus interitura ſit reſpub. poſthabitis legibus neceſſitati parebimus, & : *dormiunt hodie leges*; dicemus (Dn. *Forſtner.* Hypomn. Pol. 71.) *Sexto* Sleſvic. Epiſcop. fuit olim ſuffraganeus Archi-Epiſcopi Bremenſis, is tamen ab aliquot ſeculis inter Epiſcopos Regni Germanici non fuit numeratus; quum omne territorium Sleſvicenſe reapſe ſit pars regni Danici. (*Vid. Dn. Conring. de Finib. Imper. & ad Lampad.p.*3.*c.*6 § 4.

Hodierna Epiſcoporum eminentia ab Apoſtolico avo immane quantum diſtat.
Ambitio Eccleſiaſtica.

XIII. Principes Eccleſiaſtici Germaniæ in Comitiis aliiſque actibus priori præ Secularibus Principibus loco ponuntur. *Monzambano* hoc ipum ita perſtringere videtur. *Poſtquam recentiorum fortuna Sacerdotum immane quantum à tenuibus antiquiſſimorum rebus diſceſſit, abſurdum fuerit illos amplius obſtringere velle obſoletis legibus, ſuper modeſtia eius Ordinis hominum à Salvatore promulgatis. Et fortaſſe iſtæ leges ad primæva illa tempora duntaxat debebant valere. Nam id revera ridiculum erat, homines piſcatores aut textores ambitioſè priorem locum affectare, quibus in diem victus labore manuum aut ſtipitibus collatis quærebatur.* Quid ſentiendum ſit de illius Viri, rerum Germanicarum peritiſſimi, cenſura, alij viderint; Mihi contra præſentem Reipub. Imperij Ordinem ac ſtatum aliquid adducere religio eſt. Maxima quidem Sacerdotij eſt

dignitas;

dignitas; Vnde Hiskias Levitas etiam vocat ſuos filios. [2. Chron. 29. v. 11.] Rex Ioas Eliſam vocat patrem ſuum [2 Reg. 13. v. 14,] Hinc etiam Maximus Imp. quum ad medium ferè convivium (vt moris eſt) paterã regi miniſter offerret, ille ſancto admodum Epiſcopo Martino] potius dari juſſerit, ut ſcribit *Sulpit. Severus* (in vit. S. Martini.) Tanta tamẽ nõ eſt reverendorum Miniſtrorum dignitas, vt emineat ſupra poteſtatem regiam. Quapropter idem ille S. Martinus ex falſa præeminentiæ Clericalis perſuaſione feciſſe exiſtimandus eſt, quod in convivio primum hauſtum Presbytero ſuo, non Maximo Imperatori, quantumvis expectanti atque ambienti, propinaverit, nullum ſcil: exiſtimãs digniorem, qui poſt ſe biberet, quemadmodũ idem Sulpitius Severus annotat. Ferdinandus II. Imp. auditus non ſine admiratione occurrentibus ſi eodem loco ac tempore Angelo ac ſacerdote, ſe primum ſacerdoti deinde Angelo honoris officium perſoluturum, vt ſcribit P. *Leimermannus* (in vit. Ferdin. II. c. 9.) de quo Dn. *Reinking* (l. 1. *Bibl. Pol.* Axiom. 1.) ita: *Welches ich gleichwol an ſeinen Ort ſtelle, dieſes findet man in Gœttlicher Schrifft, daß die Prieſter Engel des Herrn genant Werden Malach.* 2. v. 7. Dn. Reinking in margine addit: Simile non eſt idem: *Zu weinig vnd zu viel, verderbet alle Spiel.* Laudandus verò Divus *Erneſtus*, Dux Brunſuic. & Lyneb. qui Vrbanum Regium Concionatorẽ ſuum & Ducatus Lyneburg. Superintendentem, quem Auguſta ſecum adduxerat, plurimi fecit, eumq; vt Patrem veneratus eſt. Itaque quum ex ipſo Auguſta reverſo in nobilium conſeſſu quæreretur, Et quid novæ & pretioſę mercis aliorum Principum exemplo ſecum apportaſſet? Reſp. Allatum à ſe eſſe theſaurum toti Ducatui incomparabilem, quem omnibus antepo nat deliciis. Quumque Auguſta vrbs an. 1535. Vrbanum repeteret, dixit, perinde vt oculos ita & Vrbanum ſe amittere nolle. (Vid. *Melch. Adami* in vit. Vrbani Regij.) Dn. de *Monzambano* ſcribit porrò *quod nonnullis Epiſcopis acrior ſit galearum, quàm tiaræ amor, & non paulo efficacior vis in accedendo Marte, quàm in propaganda pietate*, & quæ alia p. 49. de Statu Imperij Germ. affert. vbi etiam exponit, *quare in Saxonia plures Epiſcopatus Proteſtantium rebus acceſſerint*, quàm in Superiori Germania, nempe, *quòd Saxonibus minor ex Carolo V. Cæſare metus, quàm Principibus Superioris Germaniæ*, quos vicinia ſuarum ditionũ, aut præſẽtia preſſit: Fuiſſe etiam diſperſas magis in tractu Saxoniæ Sacerdotum ditiones, & validiorum intercurſu Principum preſſas: Per ſuperiorem autem Germaniam magis contiguas eſſe Epiſcoporum ſedes, & inprimis ad Rhenum (*Legmannus* in Chronic. vocat *Die Pfaffen gaſſe*) niſi quod decoram iſtam ſeriem Electoris Palatini terræ interrumpant, quem propterea Epiſcopos vel hanc ob cauſam parùm blando adſpicere oculo credit idem Autor. Inter ordines Imperij

Miniſtri Ecclesiæ honorandi ſed cum modo.

S. Martinus.

Ferdinandi II. iudicium de honorandis Clericis.

Vrbanus Regius;

Quare in Superiori Germania tot Epiſcopatus Proteſtantiũ rebus non acceſſerint, uti in terris Saxonicis.

Magiſtri Ordinis Teutonici & D. Ioannis

Quando iſti Ordines cœperint.

Eccleſiaſticos quoq; ſunt *Ordines Equeſtres Marianus ſive Teutonicus & D. Ioannis*. Cæpit vterque ordo ſeculo XIII ferventib. adhuc bellis ſacris, quæ recuperandæ Palæſtinæ cauſa viribus univerſi Orbis, Eccleſię Romanę addicti ea tempeſtate gerebantur. *Mariani Ordinis* potentia plurimùm decrevit ex quo ille Ordo Pruſſiam omnem ut & Livoniam deinceps Regibus Poloniæ ſubiicere coactus fuit. (*Vid. Dn. Conring. de Finib Imper.*) Neque hodie Ordini iſti quicquam ſupereſt, præter bona nonnulla paſſim per Germaniam diſperſa, ampla illa quidem, ita tamen, ut cum priori fortuna nequeant comparari. *Alter Ordo Johannitarum* ſedem Magiſtri ſui ex Syria in Rhodum, inde Viterbium in Italiam, demum in Maltam ſive Melitam Inſulam, poſtquam ſuperiori ſeculo Solymannus Turcarum Imperator an. 152; Rhodum expugnavit, tranſtulit. (Vid. *Burchardi à Niedeſtedt Maltam veterem & novam* Helmſtadi impreſſam) Hic Ordo bona tenet plurima non tantùm per Germaniam, ſed & per univerſam Galliam & Italiam. Mariani ordinis nomine Magnus Magiſter, Iohannitici verò is duntaxat, qui pręſidet omnibus per Germaniam diſperſis bonis, inter Ordines Germaniæ ſolet numerari, atque in Comitiis comparere. Magiſter Teutonici ordinis reſidet in Franconia in Vrbe *Mergemheimb*: hodiernus eſt *Baro* quidam de *Amring* Princeps valde moderatus, qui nuper adverſus Sereniſſ. Elec. Palatinum quamvis incitatus, claſſicum canere noluit. Excepta eſt eius pacifica vox: *Er kœnte ſeine ſache mit dem Churfürſten mit einem Glas wein auſzmachen*. Si uſum ſpectes utriuſque ordinis, is ſane eſt perexiguus. Vix enim Marianus vel Reipub. vel Eccleſiæ hodie quicquam prodeſt, Alter claſſe quidem pugnat contra Turcā, in mari Mediterraneo, pro amplitudine tamen bonorum perpuſillum præſta, *et fortaſſis ex re potius fuerit bona iſthæc in alios uſus convertere*, ut iudicat Magnii Dn. *Conringius ad Lampad.* p. 3. cap. 7. §. 2.] Pertineret itaque etiam hic punctus ad Reformationem Imperij Politicam, ſi illa, uti *art.* 8. *Inſtr. Pac.* promiſſum, tandem aliquando, iuxta calida multorum vota, ſuſcipi deberet. Bona Ordinis Teutonici in genere ſolent dici *Commendaturæ*, ſive *Commendæ* eorumque præfecti *Commendatores*. Germani corruptè efferunt *Comptoreyen, Compters*. Quum fratres illius Ordinis adhuc in Paleſtina contra Sarracenos pugnarent, non poterant ipſi in Germania ſua bona adminiſtrare. Miſerunt itaque ex Palæſtinâ milites emeritos, iiſque bona ſua commendarunt; inde Commendaturæ dictæ ſunt. *In Ducatu Brunſuicenſi* Guelpherbytano binæ ſunt hujuſmodi commendaturæ, altera eſt *Supplēburgenſis*, cui hodie *Liber Baro de Blumenthal* præeſt; altera vero *Luclumenſis*. In *Inſtrumento Pacis* (art. 11. verſ. *Quarto*] Electori Brandeburgenſi omnia ad D. Iohannis ordinem

Decrementū Ordinis Teutonici

Encomium hodierni Magiſtri Ordinis Teutonici

Intereſſe Imperii. quoad Ordinem Marianorum & Iohannitarum.

Commendaturæ.

nem Equeſtrem ſpectantia extra territoria Sueciæ conceſſa, reſtituuntur. Bona Comitatus *Vierraden* ad hunc ordinem maximam partem ſpectant, inter quæ & *Sonnenberg*. Quum *Martinus* ultimus Comes Vierradæ, Magiſter ordinis Iohannitici ann. 1609. ſine heredibus decederet, Comitatus iſte cum adjunctis Dominiis ad Electorem Brandeburgenſem pervenit. (*Zeillerus* in compend. Itiner. German. cap. 17. pag. 614) *Comitatus Vierraden.* Porrò in *Inſtrum. Pacis* [art. 12. verſ. *Pro maiore.*] D. Iohannis commendæ *Mirovv* & *Nemeravv* in Ducatu Megapolitano ſitæ, conceduntur Ducibus Megapolitanis. *Mirovv Nemerav.* Ann. 1648. d. 17. Iul. in Tract. Pacis Statuum Deputati ab Electore Brandeburgenſi petierunt: *S. Churfürſtl. Durchl. vvolte dem Fürſtl. Mecklenburgiſchen Hauſe*, pro aliquali compenſatione *die beyde Commenthureyen als* Patronus quoad recognitionem & præſtationem præſtandorum *erblichen vberlaſſen.* (*Th. Europe. Tom. 6. p. 572.*) Anno 1652. menſ. Decemb. Sereniſſ. Elector Brandeburgicus *Ioannem Mauritium Comitem Naſſovium*, ac Vicarium Ducatus Clevenſis, Magiſtrum ordinis Iohannitici creavit Berolini, vbi inter alias ſolennitates Senior ordinis Comitem trinis vicibus gladio in dorſo tetigit, & ad ſingulos ictus hæc verba repetiit: *Beſſer Meiſter als Knecht* [*Contin. Theat. Europ.* ad ann. 1652. pag. 312. 313.] *Solennia in creatione Magiſtri.* Quando quis recipitur in ordinem Teutonicum, quærit Magiſter ordinis Candidatum, an placeat Ordo? Illo affirmante iubet Magiſter recenſere ortum ſuum, & vitia ſui corporis, ut conſtet an ſit idoneus propagando ordini. *Solennia in creatione Equitum Marianorũ.* Poſtea Candidatus manum alteram Codici Biblico imponit, alteram ſui ordinis regulæ, eoque geſtu tria vota monaſtica edit: Paupertatis, cœlibatus, obedientiæ. His tribus addit, quartum, nempe perpetuum cum Barbaris bellum. His peractis Magiſter ordinis dicit: *Wir ſagen euch VVaſſer vnd Brod zu vnd eine geringe Kleidung, vvird es beſſer mit vns ſo habt ihrs auch, mehr ſind vvir euch nicht ſchuldig.* Ita receptus ſurgit, oſculatur Magiſtrum & reliquos fratres, à quibus monetur, ut regulam, in quam iuravit, ſedulò ſervet. Inaugutatio fit in ipſo templo, in quo novo Equiti traditur gladius, clypeus, calcaria & pallium. Magiſter autem Ordinis ſtricto gladio clypeum percutit additis his verbis: *Das vertrag von Keinem mehr.* Inde ad epulas & pocula itur. Hi fratres hodie in ſuis commendis luxum & otium ut plurimum ſequuntur. Vnde rythmi: *Kleider aus Kleider an, Eßen, trinken, ſchlaffen gahn, Iſt die arbeit ſo die Teutſche Herren han.*

MEMBRVM II.

Huius Diſcurſus.

de

PRINCIPIBVS SECVLARIBVS.

Origo & principia Ducum Comitum & Baronum. Mutationes Rerumpub. ſenſim contingunt.

XIV. HActenus Eccleſiaſtici Imperij Principes, eorumque initia & incrementa vidimus: Nunc quoque ſeculares ſive Politicos paululum percurremus. Quod originem & principia Principum, Ducum, Comitum & Baronum attinet, ſine dubio ea poſuit *Carolus* nomine & omine *Magnus*. De hinc poſtmodum *Principum* ac Statuum Imperij libertas, dignitas, & territorialis Superioritas ſenſim crevit, à quo Principes & Status Imperij originem glorioſè trahere poſſunt. *Dan zu welcher zeit das Rœmiſche Reich dieſe* formam regiminis *bekōmen das daſſelbe in unterſchiedene Stand, als Churfürſten, Fürſten, Graven, Herrn und Stadt verfaſſet worden, wird in keinen Hiſtorien ſo eigentlich beſchrieben, dieweil die* mutationes Imperiorum *nicht in* momento *ſondern* ſenſim *und gleichſam unvermerckt* (Unde Ciceroni ad Atticum orbis Reip. dicitur minimo ſonitu converti [*einſchleichen. Allein hat hieran* Carolus *der groſſe den erſten Eckſtein gelegt*, vt bene ſcribit *Autor Reſpons. Ciuit. Fridburg.* (punct. 2. n. 6.) Is enim more Francorum *Provincias* & ditiones partim hereditarias, partim armis ſubactas, In Ducatus, *Principatus* & Marchionatus erexit, quibus *milites ſuos ſtrenuos* in præmium & auctoramentum cum titulo Ducis, Marchionis, Comitis, plerunque *ad dies vitæ præfecit*, vt haſce provincias regant, nomine Imperatoris, ſubditis ius dicant, ac Imperatori, ubi opus eſſet, præſtò adſint, eique vbique fidelem operam præſtent. (Vid. *Lehman.* l. 2. Chron. c. 16. 17. & ſeqq. ac lib. 4. c. 1. *Dn. Myler.* in Archologia c. 6 n. 5. 6. Dn. *Gryphiander* de Weichbild. Saxon. c. 27. per tot *Freherus* de Origine Comit. *Palatin*, part. 1.) *Erat* autem *conſuetum tempore Caroli M. & Ludovici Pij, vt adſingulas* civitates regendas populoſque in fide continendos aliquis *Comes* mitteretur, ac quoniam territorio Comes præerat, *Comitatus* dicebatur, aliàs territorium, diſtrictus, ſeu *diæceſis*, communiter autem *Pagus*, v. g. pagus Elſaticus, Pagus *Pariſienſis* [*Freher.* de

Comites. Diæceſis. Pagi.

origin.

origin. Palat. p. 1. c. 5.) pagi illi hodie vernacula lingua *Ein Govv oder Thal* vocatur, veluti *das Craichgovv, das VVormbsgovv, das Speirgovv, das Nordgovv, Neckergovv, das Algovv, das Rheingovv, das VVeſtgovv.* Hi pagi & olim & hodie adhuc ampliſſimi Comitatus in Helvetia & Superiori Suevia exiſtunt. *Erat autem Pagus* ditiuncula binum aut ternum millium virorum, ſeu tractus totius fontis vel fluvij, ex quo illi pagani communiter biberunt, adeò ut alibi pagus ultra viginti millia complecteretur; nomine à vocabulo Germanico (*Pech*) Saxones *Beck* vocant) aſſumpto. In hiſce pagis erant quoque *Civitates*, non Romanorum more extructæ, ſed ædificiis non cohærentibus conſtitutæ, German: *ein Gemeinde, ein Gericht, ein Stadt.* Vnicuique autem pago *Comes* præſidebat, qui *erat Epiſcopi Advocatus & paganorum defenſor & iudex,* qui ſub ſe *Centgravios*, Vicarios & *Scabinos* habuit. (*Dn. Myler.* l. c. n. 7. 8.) *VVas die Rœmer* Diœceſes *und* præfecturas *genennet, vnd durch ihre* præfectos militum *oder Haubtleute regieret; das haben die Teutſche nach ihrem Gebrauch ein Govv vnd die Regenten Govvgraven genennet, &c.* (Vid. pl. egreg. apud *Lehman.* l. 2. Chron. Spir. c. 17.) pagos hodie vocamus *Ambacht as. Æmbter*, & præfectos *Ambtmanner.* porrò Germani Romanos imitati provinciarum Rectores Duces appellabant, quos ex nobili familia deligebant. Duces exinde ſunt dicti quia exercitum ducebant, Germanicæ Dux dicitur *ein Herzog*, quaſi *ein Herr des zoges,* quemadmodum Comes dictus, quòd Regem comitaretur, Germanicè *Ein Grave*, id eſt iudex. Hinc *Daniel Haider*, Antiquitatis Germaniæ peritiſſimus, in act. Lindavienſ. *der vier* Dœrfern. fol. 282. ait: *Es iſt bey der Caroliner Regierung ein Graff nichts anders gevveſt, als ein Landrichter, der den Kœnigsbann, anſtat des* Kœnigs *in ſeiner gantzen Graffſchaft allein gefuhrt, vvelches in ſolchem Govv oder Graffſchaft zu üben, ſonſtē niemand gebührt.* Hinc verba & tituli *Landgravy*, id eſt, provinciæ Comites, *Marchgravy*, limitis Comites, *Pfaltzgravy*, palatij Comites, *Burggravij*, arcis præſidiique Comites, *Centgravij, Gogravij & Dinckgravij*, qui erant pedanei iudices, originē traxerunt, (*Myler.* l. c. n. 12.) primam dignitatem ſub Francis in Alemannia habebat *Dux*, proximam *Comites. Regulariter* Duci *duodecim Comites adiuncti fuerunt*, qui ceu intimi eius, illum utplurimùm comitabantur [*Abb. Vrſperg.* l. 5. Hiſtor. cap. 20.] Bruno *der Herzog in Sachſen, hat Zvvœlff Graven in einem Herzogthum gehabt vnd iſt ſambt denſelbē im* Krieg *vvieder die Dennemercker erſchlagen vvorden* (*Henninges* in Geneal. p. 2. ſub Brunone, *Ditmar.* l. 1. Chron. *Adam. Bremens.* l. 10. c. 53.] *Carolus M.* quoque ceu *ſingulari arcano conſervandi, Saxoniam noviter* ſubactam, quæ tunc ſub uno principe regebatur, *in plura Dominia* [ſcil. Comitatus, Baronias] *diviſit*, & exteros, quibus firmiter confidebat, Dominos & Rectores antiquæ Saxoniæ

Govv. | *Pagus quid.* | *Civitates Germaniæ antiquæ.* | *Centgravij.* | *Govvgraven.* | *Duces.* | *Herzog.* | *Caroli M. arcanum Politicum in Saxones devictos, nempe Divide & impera,*

Marchiones quorum ante Caroli M. tempora in rebus Francorum non fit mentio.

præfecit.(Ex Theod.de Niem *Gryphiand* de VVeichbild Saxō.c.27.n.9 *Dn.Myler* in Archolog c.6.n.10.) Similiter Carolus M.ad tuendos Imperij limites *Marchionum Brandeburgenſem* contra Vandalos *Marchionem Auſtriacum* contra Hunnos: *Badenſem* ad defendendum Rhenum. *Miſnenſem* contra Bohemos conſtituit; inde Marchiones dicti (*Dn. Limnæ*.l.4.de I.P.c.4.n.21.)

Carolingorum Duces & Comites non fuerunt ſuæ & liberæ poteſtatis.

XV. *Hi Duces & Comites tempore Caroli M.non fuerunt ſuæ ac liberæ poteſtatis*, ſed eorum poteſtas erat vicaria Cæſarum, eorumque dignitas in arbitrio Cæſarum fuit poſita (V. *Ludol. Hugo* de S.Region. Germ.c. 1.§.1.2.3.) Hinc pulchrè *Vadianus*: *Franci Reges Regnum ſuum Ducum maximè & Comitum operâ moderabantur, qui in illa quidem ætate non ſuã ceu propriam, ſed publicam regni ditionem adminiſtrabant* (lib.1.de Colleg. & Monaſter. German: Et *Daniel Haider* (in act. Lindau. fol. 340.) ita hac de re: *Ob zvvar dieſer oder iener Herzog oder Graue etvvann võ ihren Eltern vnd Vorfahren eigenthumliche Landgüter ererbt, durch Heirath erlangt oder erkauft, haben ſie doch deſsvvegen nicht Herzog geheiſſen, noch ſolchen titul geführet, ſonder von ihrem Ambt vnd Stand, darein ſie vom Kœnig von vvegẽ des Reichs geſezet vvorden.* Hæc ille. His accedit Paul. *Æmilij*, (lib.1.) Hiſtor. teſtimonium: *Duces initio Comitéſque à Regibus præficiebantur Gentibus Civitatibuſque ac, quum videretur, dimittebantur. Deinde inveteravit conſuetudo, vt, niſi ſceleris convicti, abire Imperio non cogerentur.* [Vid. *Lehmann*.l.2.Chron.c.17.] Mirificè hanc rem illuſtrant verba *Iannis Letzneri* (in Chronic. Daſſelenſi l.1.c.1.) quæ ita habent, *Als die Fürſten vnd Graven vvie auch die Herzogen allererſt aufkommen, ſind es nur Aembter gevveſen, vvelche die Kœnige ehrlichen vnd vvol verdienten fürnehmen von Adel, vnd andern ehrlichen vnd erfahrnen Leuten, &c. eingethan vnd befohlen haben. Als die Fürſten zu Fürſtehern, die Herzogen in Heerzügen zu Heerführern, die Grauen zu Richtern, vnd im fall der Noth dem Kœnige im Streit vnd Kriege zu folgen, daher ſie dan auch* Comites *ſint genandt vvorden; Die Banner Herrn denen im Kriege die Fahnen vnd Bannier vertravvet vnd befohlen vvorden; die Ritter zu Rettern vnd zum Schuz der Frommen vnd vnſchuldigẽ geſezt vnd verordnet Solche vnd dergleichen Aembter ſind damahls bey denen vvelchen ſie der Kœnig gebẽ nicht erblich blieben, ſondern vven es ein Fürſteher der Lander, ein Heerzüger des Kriegs, ein Richter, Banner Herr oder Retter vervvircket, iſt er vom Kœnige ſolches Ambts vnd Nahmens entſezet: Oder vven deren einer geſtorbẽ, hat der Kœnig eine andere darzu dienliche vnd tüchtige Perſon vviederumb an deſſelben ſtat ervvehlet vnd verordnet.* Hæc ille.

Banner-Herrn. Ritter.

Ducatus & Comitatus paulatim fiunt hereditarij.

Diffitendum tamen non eſt quin *dignitates hereditariæ*, *vnà cum Ducatibus & Comitatibus ſub Imperatore Carolo M. radices agere cœperint.* Exemplum de Comitatibus *VValdeck & Gleichen* Vid. apud Dn.

My'er (Archol. cap.8. num.2.) Sub *Ludovico II. III. & Carolo Craſſo cœperunt* etiam, benevola Imperatorum largitione *magis magiſque irrepere hereditariæ dignitates*, quod de Ludovico I. Imp. teſtatur *Theganus* [in vita & geſt. Ludov. Imp.] apud *Lehman.* (l.2. Chron. cap.4) licèt vtplurimum hoc non fuerit verum. Hiſce temporibus tamen inductum, ut Ducibus ac Comitibus defunctis eorum filij non negligerentur. Patet hoc ex Capitulis Caroli Calvi Imp. in quibus diſponit, quod ſi Comes de regno obierit, filium eius honoribus iſtis honorare velit. (Vid. *Hincmar.* Epiſt.3. *Lehman.* l.2. Chron. cap.16. *Myler.* l. c. num. vlt.) *Severinus de Monzambano* errorem Politicum in hac re notat. Dicit enim *nihil magis exitiale Monarchiis exiſtere poſſe, quam ſi eiuſmodi adminiſtrationes fiant hereditariæ, inprimis vbi eædem rem quoque militarem complectantur.* Fatetur ſe riſum vix tenere potuiſſe, quum legiſſet apud quoſdam Scriptores Germanicos, iſtud quaſi laudabiliter & prudenter factum defendi. Eſſe quidem Regiam laudem ait, benemeritos magnificis mactare præmiis: Verùm modum hic teneri debere. *Dominus enim, ſi omnes ſervos ſuos libertate velit donare, ſibi ipſi calceos deinceps purgare cogitur.* Bonum patrem familias non ſtatim feudum ſuum colono donare: *nec Imperantis Maieſtatem inde eſſe æſtimandam, quòd multos in ſua ditione habeat, qui ipſius imperium impunè poſſint ſpernere.* Hæc ille. Sed quid opus eſt præterita quæ corrigi amplius ſine ruina Reipub. non poſſunt tam acri ſtylo perſtringere? Vide quæ in contrarium affert *Dn. Myler.* in Archologia. cap. 11 num. 5. & ſeqq. inprimis num. 8. vbi oſtendit Carolum M. ex ſuperiorum temporum hiſtoriis vidiſſe, quod Præſides Provinciarum, non adeò lautè & regiè habiti, ſeditiones concitarint, Provincias depopulati ſint, unde occaſio Imperium invadendi Barbaris gentibus data ſit (Vid. *Sigebert.* ad ann.802. Hoc itaque malum ut præcaveretur, Carolum Præſidibus multum indulſiſſe, reſervato tamen ſibi directi Dominij iure, ut ita dum ſua quaſi defenderent, acrius militarent. Præterea libertas Germaniæ, quam Carolus M. ferè oppreſſerat, non poterat non Duces & Comites, incitare, ac velis remiſque eo impellere, ut populum ſuo regimini ac iuriſdictioni commiſſum, in priſtinam vindicarent conditionem, & hæreditarium in ipſos imperium exercerent, vtpote quum ſuis quiſque pareat placidius; ac vis quædam ingenita Germanicorum populorum mentes, ad Principum ſuorum cultum facilè traduxerit. Creditur à multis Ferdinandum II. Imp. omnia in Imperio ad Carolina tempora reducere cogitaſſe. Sed quid inde evenerit, nôrunt ij, qui *art.8. Inſtrumenti* Pacis bene cognitum habent. Carolus M. porrò videtur nimiæ Ducum potentiæ obviam ire voluiſſe, dum Saxoniæ Ducatum armis

Error Politicus.

Adminiſtrationes Politicæ non debent fieri hereditariæ.

Quare Ducatus & Comitatus facti ſint hereditarij.

Arcanum Caroli M.

ſubactum, ob nimiam amplitudinem in multa dominia diviſit; quod politicum arcanum & in Ducatu Bavariæ, ob rebellionem vltimam Taſſilonis adhibuit. Poſt Carolum verò ſenſim in magiſtratibus Ducum & Comitum filij ferè patribus ſurrogati, & ex coalitione plurium Comitatuum voluntate poſterorum Caroli, aliquot Ducatus inſtituit, qui magna terrarum ſpatia amplectebantur. Hiſce Ducatibus præfecti, data occaſione vtendum rati, proprias ſtabiliverunt opes, præſertim quum Imperatorum Francorum autoritas magis magiſque vileſcere inciperet, inteſtinis diſcordiis convulſa potentia. Paulo antequam Carolina familia Imperio fuit dejecta (quod in Ludovico III. contigit) *Germania omnis in quinque Ducatus fuit diviſa, ni: Bavaricum, Sueviсum, Francicum, Lotharingicum; Saxonicum.* Horum Duces omniū primi cōgitarunt ſubiectioni Regis ſe eximere, teſte *Sigeberto*, qui hoc ad an.914. refert. Primus autem Germaniæ Ducum qui maximè, crevit, fuit *Otto Saxoniæ Dux*, Henrici Aucupis pater, qui etiam ob maximam ſuam potentiam à proceribus Germaniæ electus eſt Imperator, quem honorem tamen abnuit. Hic validiſſimam ſub ſe habens nationem, eouſque ſe confirmavit, ut ad regium Imperium ipſi nil præter nomen deeſſe videretur. Inde cum Conradus I. Imp. in ordinem redigere eiuſdem filium *Henricum* fruſtra agitaſſet, tandem moriturus autor fuit Proceribus, ut in iſtum Imperatoriam & regiam dignitatem conferrent; conſultius credens (verba ſunt Severini *de Monzambano*) vltro dare, quod per vim ipſe ſibi ſumere poterat, aut ne iſte à reliquo ſeſe corpore Germaniæ ſepararet. (Vid. *Lud. Hugo* de Statu Reg. German. cap.1. §.3. *Lehman*.l.2.Chr.cap.16.& 47.) Hunc Henricum VVitekindus omnium primum Ducem liberæ poteſtatis, vocat, [lib.1. Annal.] & ab illo tempore poteſtas Ducum & Comitum, quæ Carolino ævo ut plurimum vicaria erat, crevit, ſequenteſquè Duces, ut Reges, provincias gubernarunt.

Occaſio increſcens potentiæ Ducum.

Germania diviſio in quinq; Ducatus.

Otto Saxoniæ Dux.

Henricus I. Imp.

XVI. Poſt mortem itaque Ludovici III. filii Arnulphi, ſub Conrado I. & Ottonibus Imperatoribus Ducatus, Marchionatus & Comitatus iſti, hereditario iure paſſim ad poſteros tranſire cœperunt. *Henricus*, Saxoniæ Dux, primus ſub Imperatore Conrado Ducatum ſuum hereditario & feudali iure accepit, quo attentius contra Obotritos & alios Imperii hoſtes militaret. (*Beat. Rhenan.* l.2.Rer. Germ. *Munſter.* in Coſmogr.l.3.cap.20. *Myler*.in Archolog. cap.9. num.1. Huius filius *Otto M.* generoſas familias ad obeunda Imperii munia elegit, & fortiſſimum quemque Regalibus inſignivit, & *quæ ambulatoria prius, & fortunæ ad rotam mobilia, hereditaria pleraque atque perpetua conſtituit*: Imò de iure Imperatorio tam quoad poteſtatem, quàm quoad reditus aliquid ceſſit. (*Myler*.l.c.) Ita Gero Comes Luſiskorum, Ducatum Luſatiorum ab Ottone I. hereditario iure obtinuit. Idem Otto

Saxoniæ Ducatus primū factus hereditarius.

Otto M. ex ſe tanquam fonte flumina quaſi potentia Ducalis derivat

Luſatia Du-

Nobilem quendam *Hermannum Billingium de Stubenkesborn*, aulæ ſuæ miniſtrum, Saxoniæ ac Luneburgenſem Ducem creavit. (*Cranz.* l. 4. Saxon. c. 8.) *Alſo ſchencket ihm der Kaiſer Erb vnd Eigenthumb die Lausnitz ſambt der Burggraffſchafft Magdeburg, erhœhet vnd ſetzet ihn in einen Fürſtlichen Stand, vnd zum Herzogen zu Sachſen vnd Lüneburg da er auch ſeine Fürſtliche reſidenz und Hoff gehalten.* [*Lehmā.* l. 5. Cronic. c. 5.] Idem Otto *Conrado Franco* Ducatū Lotharingiæ conceſſit hereditario iure (*Abb. Vrſperg.* f. 156. *VVitichind.* Corbeienſis Monachus l. 2. Hiſt.) *Plura de Ottone* I. II. III. Vid. *Dn. Myler.* l. c. n. 2. 3. Münſterus in Coſmographia ita de Ottone I. *Es hat nach ſeinem Vater Otto der erſte die ambter und* digniteten *zu Erblehen verlihen, und bisvveilen fur eigen vergabt, ſeind alſo des mehrentheils die Herzogthumb und Herſchaften, Des Reichserblehen etliche zu eigen vvorden* (Lehman. l. 4. Chron. c. 1.) Plurimi hiſtorici Ottonem III. tanquam fundatorem Regiminis hodierni in Imperio Romano Germanico vigentis, deprædicant, eique inſtitutionem Electoralis Collegij adſcribunt; quem communē errorē *ſupra in Diſc. de Electoribus* refutavimus. Add. *Goldaſt.* (in Conſtit. Imper. Latin. Tom. 1. fol 87. ac in f. 259. ac *Reichs Sazungen* part. 3. fol. 16. in marg. ibi: *Hierauff Kaiſer Otto*) *beruffen ſich alle Fürſten und Hiſtorienſchreiber, ſo bey* 300. *Iahren gelebet haben. Iſt aber ein gedicht und den vhralten vhrkunden zu vvieder.* [*Dn. Myler.* l. c. cap. 9 num. 5.] Patet ex hactenus adductis quod Præfecturarum ſive Officij aut Regiminis permiſſiones ſub Otthonibus Impp. tandem deſierint; ac Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ſimileſque ditiones, Imperij Principes & Status, iure proprio, cum dignitate quaſi Regia ceu *Autocratores* hereditario iure obtinere cæperint. Aſt fiduciaria clientelæ, ſeu feudi lege, ſub reverſionis conditione in defectu prolis, ac ſemper ſalvo & illibato Imperialis Majeſtatis faſtigio, ſicuti ex Reinero Reineccio tradit *Andr. Knichen.* (de Iur. Territ. cap. 1 num. 16. 104.) *Es iſt aber die bey den Sächſiſchen Keyſern, auffgenommene* Sublimation, *nicht einſmahls und zugleich, ſondern einzeln vveiſz, nach und nach, ſonderlich bey den Prelaten erfolgt, und gleichſam unvermerckt eingeſchlichen*, vt ſcribit *Aut. Reſponſ. Civit.* Fridberg. punct 2. num. 6. & 7. Ita *Conradus Salicus* circa an. C. 1025. Nobili viro *Adolpho de Salingſleven* Comitatum Schauenburgicum in feudum dedit. Pari modo circa an. 1056. *Rudolphus à Reinfelden* Ducatum Sueviæ, ac poſt eiuſdem obitum in acie, *Fridericus ab Hohenſtauffen* Imperatore *Henrico IV.* obtinuit. Deinceps Imperator *Fridericus I. Bernardum* Comitem de Anhalt Electoratu Saxoniæ condecoravit, idem *Henrico* patruo ſuo Marchioni Auſtriæ, *das Land oberhalb der Ens*, conceſſit, Marchiámque Auſtriam circa an. 1166. in Ducatum erexit. (*Dn. Myler.* in Archolog. c. 10. n. 2.) Hic in-

Ducatus vt & Luneburgenſis origo

Hermannus Billingius.

Feudorum Imperij origo.

Imperium ſenſim ad Ariſtocratiam delabitur.

Iuris territorialis origo.

Mutationes Rerumpub. ſenſim contingunt.

Comitatus Schavvenburgenſis origo

Sueviæ Ducatus origo.

Auſtria ex Marchionatu fit Ducatus.

Pomerania Ducatus & Marchionatus Badenſis erigo.

ſuper *Bogiſlao* Ducatum Pomeraniæ;& *Hermanno* ex illuſtri Italiæ proſapia oriundo Marchionatum Badenſem contulit.

Coagulum Imperij hodiernum.

XVII. Habent ergo Duces ac Comites hodierni Regalia & omnia iura, quæ olim ſolius Cæſaris erant;& à tempore Henrici Aucupis facti ſunt *Autocratores* : ſalva tamen Imperij & Imperatoris ſuperioritate. Vnde & Ducum poteſtas, quum non ſit ſimpliciter abſoluta non dicitur Majeſtas, licet quilibet Princeps in ſuo territorio majeſtatis iura exerceat. Hinc in ditionis ſuæ cives ius vitæ & necis habent, in eadem Magiſtratus pro lubitu conſtituunt, fædera ineunt, omnis generis reditus in fiſcum ſuum inferunt, &c. Vnde *Severinus de Monzambano Imperij Status non pro ſubditis, ſed pro inæqualiter Imperatori feudi fide fæderatis agnoſcit.* Satius enim viſum Regibus, ne Germania in antiquam iterum faciem, modicis civitatib. divulſa rediret: paſſam Principum potentiam feudi vinculo ſibi conſociare. (Vid. *Ludolph. Hugo* de Statu Region. German. in tot.)

Origo iuris territorialis.

Poteſtas illa Ducum & Comitum dicitur *ius Superioritatis* vel *ius territorij* (German: *Landsfürſtl. Græfflicke Hoheit*, item *Die hohe Obrigkeit* [add. *ſupra Diſcurſ. de Majeſtate Imp. in fin.*] Duces & Comites ſcribant ſe *Von Gottes Gnaden*, & quemadmodum Cæſari, tanquam Imperij Capiti, tribuitur titulus Majeſtatis I. *Kaiſerl. Majeſtat*, ita Principes ſeculares ſalutantur *I. Fürſtl.* aut iuxta noviſſimum Stylum, *Hoch Fürſtl. Durchleuchtigkeit* Comites autem & Barones *I. Græffliche, Freyherl. Gnaden.*

Incrementa potẽtiæ Principum unde orta.

Incrementa ergo potentiæ ſuæ Principes debent donationibus Imperatorum primariò ſcilicet, ſecundariò verò & ex conſequenti emptionibus, ſucceſſionibus non ſolũ ex iure ſanguinis, ſed etiam per pacta ſucceſſoria (quæ *confraternitates Erbverbrüderungen* appellant. Vid. *Tract. Beſij de Pactis familiarum illuſtrium.*)

Intereſſe Ducum quomodo creverit.

Intereſſe Saxoniæ Ducũ creſcit.

Comitatus Hennẽberg.

Ex tali pacto ad Saxones devolutus eſt Comitatus *Henneb rgicus*, opima ſanè poſſeſſio. Vnde Elector Saxoniæ quum illuſtriſſimorum ſuorum majorum imagines depingi curaret, Pictori mandavit: *Erſtlich Die Henne für allen fein mahlen, welche ihm ein ſchœnes Ey gelegt.*

Pacta cõfraternitatis

Pomeraniæ quomodo ad El. Brãdeb. pervenerit.

Simili iure ad Brãdeburgicum Electorem pervenit *Pomerania* Quia verò hujuſmodi pactis non dubiũ eſt lædi ius Imperatoris, tanquam Domini directi, hinc etiam non valent, niſi ab Imperatore confirmata ſint. Porrò potentia Ducum crevit ſucceſſionib. ſubfeudalibus (*Aſſterlehenerbſchafften*) qua ratione maximè aucta eſt Brunſvvigo-Lunebùrgenſium Ducum potentia, de qua re aliàs. Denique ante pacem publicam introductam multorum Ducum potentia in Reipubl. turbis armis & vi bellica amplificata eſt. Ita Palatinatus ad Rhenum (teſte *Munero* in Coſmographia) emptionibus & armis *Friderici Victorioſi* (vulgò *der böſe Friz*) maximè crevit.

XVIII. Ex hactenus dictis patet, unde provenerit, quod Imperium hodie

Occaſiones potentiæ Ducum & Comitum.

hodie publicè egeat, Cæſariſque nervus rerum gerendarum valde ſit præciſus. *Occaſio potentiæ Ducum potiſſimum eſt triplex. Prima* eſt conniventia Imperatorum, qui plures provincias ſub vnum Ducem aut Comitem commeare ſunt paſſi, eaſquè illis hereditarias fieri. *Altera eſt*, quòd *E*piſcopi quoque & Abbates provincias ſeculares acceperint, qui olim tantum circa ſacra erant occupati. Sub religionis autem prætextu *E*piſcopi populum à Cæſare avocarunt, & in ſuas partes illum trahentes, Imperatoribus ſæpè formidabiles extiterunt. *Tertia occaſio eſt* infantia & pueritia Henrici IV. qui anno ætatis octavo Imperator factus, adulta ætate multa imprudenter geſſit, quibus principes & *E*piſcopos irritavit, donec hi tandem illum Moguntino præeunte, & animum addente, deponerent, novo prorſus & inaudito in Germania exemplo, quæ res ingentes animos principibus & *E*piſcopis addidit. Sed ad hæc rem papa Romanus excommunicationibus ſuis iſta ætate plurimum contulit: poſtquam itaque autoritas imperatorum dolis pontificum in anguſtum redacta fuit, adminiſtratio Regia in Imperio quidem hodie longè remiſſior, in Regionibus autem principum vel eadem, quæ olim, vel etiam auctior eſt, vt adeò verum tulerit de *Mergania* ſive Germania noſtra iudicium Cleobulus apud *Barclaium* in Argenide: *Regio erat ſub uno formidanda; nunc ſegnitie ſive patientia Imperantium adeo in varios Principes lapſa, vt Domino tota exciderit.* Vnde etiã principes ac Status Germaniæ, licet Imperio ſubiecti ſint, vix tamen verè ac propriè Imperatoris ſubditi dici poterunt. *Germanos verius imperare, quàm parere* ſuperiori ſeculo [teſte Sleidano] iudicavit *Eraſmus Roterodamus*: illoſque feudi vinculo inæqualiter Imperatori eſſe confœderatos *Severinus de Monzambano* probabiliter ſaltem non verè exiſtimare videtur, vtpote quum vaſallus non ſit ſubditus, vt inter politicos conſtat [Vid. *Dn. Cellar.* l. 2. pol. c. 18.] & inter vaſallum & feudi Dominum vltrò citróque obligatio intercedat nec hic reſpectu illius majeſtatem habere dici queat [*Vid ſupra Diſcurſ. de Majeſt. Imperatoris.*] Vnde etiam Electores & principes literis ad Imperatorem datis non ſimpliciter ſubſcribunt *Evver Kayſerl. Mayeſt. Vnderthan* ſed cum appoſito, vt nunc curialia ſe habent. *Evver Kayſerl. Mayeſt. Vnterthaniger und Gehorſamer Chur Fürſt Fürſt*; quæ curialia tamen magis ad Imperium, quàm Imperatorem flectẽda. & ſecundũ iuris feudalis regulas ac fundamenta ponderanda ſunt. Inde porrò eſt, quod principes, Comites & reliqui Status, qui de Republ. participant, & in ea ſtationem habent, non dicantur *deſz Kayſers ſondern Reichs Fürſten, Reichs Graven Reichs-Stadte*. Non ſcribo hæc in iniuriam Seren. Imperatoris noſtri [de quo ſemel pro ſemper ſolemniſſimè proteſtor] ſed vt magis dignitas & venerabilis opinio de Imperatore eleuetur. Quanto enim

Libertas Germaniæ redit ad jus principium.

Barclay iudicium de Germania.

Proceres Germaniæ vix Imperatoris ſubditi dici poſſunt.

Vaſallus non eſt ſubditus

quilibet præeſt Majoribus & dignioribus, tanto & ipſe major & auguſtior habetur. (*Novell.* 15. princ. *Aut. Reſponſ. Civit. Fridberg.* punct. 5. n. 13. *Larrea* Allegat. Fiſcal. 8. n. 16. & 17.) Vnde *Carolum V. Imp. gloriatū fuiſſe*, Hiſtorici referunt, *ſe in aliis regnis mancipiis & ſervis, in ſola verò Germania ſe Regibus imperare. Reinking.* de R. S. & E. l. 1. Cl. 4. c. 16. nu. 73. & 24. *Dn. Myler.* in Archolog. c. 11. n. 9.) Nonnulli quidem Imperatores tam profunde radicatam Principum potentiam convellere, & ſub leges veræ Monarchiæ Germaniam revocare conati ſunt: Cæterùm hi ſpe ſua exciderunt, interdum ſubiipſis exitium crearunt, ac præter moleſtias, ſibi aliiſque conciliatas, nihil ſunt lucrati. Sic quam infeliciter ceciderunt ſuperiori ſeculo *Caroli V.* & hoc noſtro *Ferdinandi II.* conatus, notiſſimum eſt. (vid. *ſupra Diſcurſ. 1. Præliminar.* in totū *Monzamban.* de Statu Imper. c. 2.) De Principum ac Statuum imperij poteſtate egregiè Generoſus Dn. *Veit Ludevvig von Seckendorff Teutſcher Fürſten Staat*, p. 2. c. 2. n. 1. qui liber ſanè incomparabilis ac verè aureus eſt, in hunc modum ſcribit: *Damit nicht die Meinung geſchœpffet vverde, als ob eine Teutſche Lands-Herrſchafft ſo gahr frey und ohn einige Ziel und Maſſe jhre Hochheit zu gebrauchen hette: So haben vvir uns zu erinnern, &c. das vvir von ſolchen Landen reden die im Rœmiſchen Reich Teutſcher nation ligen, auch von ſolchen Herrn und Standen, die von* Kayſerl. Majeſt. *als dem Hœgſten Oberhaubt im Reich mit ihren Landen und Herſchafften, oder doch mit deren Regalien von deroſelben beliehen vverden.* Darauſz *folget nun, daſz ſie auch under dem* Kayſer (ſcilicet intuitu Imperij, cuius adminiſtrator extra Comitia Cæſar eſt) *und dem Reich ſein, und mit Empfahung ihrer Regalien das Reich* (*vvie im Reichs. Abſch.* de ann. 1500. Tit. *Der Teutſchen Orden, geredet vvird erkennen: Alſo das dannenhero ein Teutſcher Fürſt oder Landes Herr nicht allein in ſeinem gevviſſen gegen Gott dem Allmechtigen ſeine Regierung und Handlung zu verantvvortē hat: ſondern er iſt auch ſchuldig und mehrentheils mit Eydespflicht verbunden einen Ordenlichen ervvehleten Regierenden Rœmiſchen Kayſer und dem Reich gebürlichen reſpect und gehorſam zu leiſten: Vnd demjenigen vvas Keyſerl. Maieſt. und die Chur-Fürſten und Stände deſz Reichs altē herkommē nach geordnet und geſchloſſen haben und noch ſchlieſſen vverden für ſich und in ſeiner Lands-Regierung in acht zunehmen, es vvere dan das er eines andern durch gevviſſe privilegien, Freyheiten und bedingungen beſugt vvere.* Hæc generoſus ille Eques.

Germania veram Monarchiam ferre nequit.

Dn. SecKendorff Teutſcher Fürſtē Staat.

Germania Principes ſunt Reges dependentes ab Imperio.

Ducatus & Comitatus paulatim fiunt hereditarij.

Cauſa decreſcentis Principum potentiæ.

XIX. Hactenus vidimus initia & progreſſus potentiæ Ducum ac Comitum Imperij. Paucis nunc etiam annotandum, quomodo nonnullorum Principum vires inſigniter diminutæ. *Cauſas eius rei reperio tres. Prima eſt Luxuria* & prodigalitas Principum qui nihil in fiſcum ſuum collegerunt, & rei augendæ & ſervandæ nullam curam habuerunt. Vnde facile fuit eos ſupprimere. *Omnis* enim *luxus eſt facilis via ad interi-*

Intereſſe potentia Principum decreſcit.

tum. Vtinam & hodie in noſtra Germania illud attenderetur. Sapienter olim Fridericus II. Imp. ad Ottonem Bavariæ Ducem ſcripſit: *Der überfluſs pflegt auch der allervvizigiſten Verſtand zu verblenden.*

Luxuria nocet.

Luxuria cõtra intereſſe Principum.

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
Corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus,
Membraquè Circæis effeminat acrius herbis;
Blanda quidem vultu, ſed qua non teirior ulla
Vlterices fucata genas, & amicta doloſis
Illecebris torvos auro circumlinit hydro.

(*Claudian.* l. 2. de laud. Stilic. verſ. 132.)

Olim negotia Imperij citra invidiam & luxum ſepoſito omni privato ſtudio feliciter expediebantur, Imperatorem Carro inſidentem, & duobus tauris vectum pedibus ſequebantur Principes, teſte (*Lehman.* l. 2. Chron. Spir. c. 37) vbi addit: *Das bey* Caroli M. *Zeiten ſolche Ochſenfarth abgangen, und Carolus M. in ſeiner græſſeſten Herlichkeit zu fuſs gangen, und in Kleidung ſich ſehr ſchlecht getragen habe.* Idem teſtatur *Eginhardus* in vit. Caroli M. Hodie profuſiſſimi iſti apparatus, pompæ, ceremoniæ, invidia, æmulatio ac partium ſtudia quid non detrimenti attulere Reipu. ut ferè amplius appareat nulla, & maximè opus habeat cauterio, ſi ad ſanitatem priſtinam fuerit Deo volente reducenda (Dn. D. *Dieterich* ad tit. 26. A.B. p. 107.) *Secunda eſt Diviſio Ducatuum & Comitatuum inter plures liberos*, & ita hac ratione ex magno, in plures particulas diviſo, ortum eſt parvum & interdum minimum. Repetimus quidẽ in Digeſtis & Codice noſtro *titulum: Familiæ erciſcundæ*; cæterum ad privatos ille ſpectat & in iure publico *inter Illuſtres Perſonas cum lance & licio evaneſcere debet, ne ex potentibus Dominis ſenſim fiãt impotentes Domicelli.* Nimirum veriſſimum eſt, quod ſcribit *Ioachimus Stephani* (in politicis demonſtrationib. c. 12. n. 19.) quod hercita familia Reip. iacturã plerumquè accidat meritóque Robertus Bruſſius contra adverſarios diſputavit: Regna non poſſe dividi ad inſtar prædiorum privatorum, ap. *Buchanan.* (lib 8. Hiſtor. Scot.) Hinc etiam Fridericus I. Imp. (2. Feud. t. 55. §. 1. verſ. *Præterea.*) prohibuit Ducatũ, Marchiam, Comitatũ dividi, quæ Reip. adeò ſalutaris conſtitutio quare non in nonnullis Ducatibus ac omnibus Germaniæ Comitatib. obſervetur, ego non intelligo. Firmius ſiquidem futurũ eſt regnum, ſi penes unum remanet, quã ſi portionib. inter plures filios dividatur. (*Juſtin.* l. 21. c. 1. in princ.) Succeſſores Caroli M. nulla aliâ de cauſâ potentiam ac maieſtatẽ ſuam amiſerunt, quã quia regnũ inter fratres diviſum fuit, quorum nullus alteri iure ſuo cedere aut obtemperare voluit, ſed bello inteſtino moto, ſe mutuo proſtraverunt. Quod ſi ius appanagij (ait *Ioan. Tilius* (l. 2 de Reb. Gall.) & forma aſſignationũ, quę hodie vſitata eſt, in Galliâ obſervata fuiſſet à tẽpore Caroli M. Francorum Imperium ſuffeciſſet debellando orbi. (Auctor ap-

Titulus familiæ erciſcundæ intereſſe Principũ atterit.

Ius primogenituræ intereſſe Principũ privatum conſervat.

pendic. ad Campanell. de Monar. Hiſpan. qui videtur eſſe Beſoldus.) Præclara ſunt in rem præſentem ICti *Surdi* Conſil. 375. n. 13.) verba: Ex diviſione evadunt tandem *principiculi*. Et enim diviſio nata ad deſtructionem ſubiecti unio autem ad conſervationem dignitatis. (D. *Dieterich*. ad tit. 24. A. B. p. 96.) Multi Germaniæ Principes communem hunc errorem agnoſcentes huic malo per *ius primogenituræ* [quod alias *Grotio* docente iure gentium in omnibus Regnis introductum] remedium quæſiverunt, reliquis ſecundo & poſtgenitis per *appanagia* conſulentes [Vid. *Springsfeldium* de Appanagio, & quam brevi lucem viſuram ſperamus, Magnif. Dn. *Myleri* Appanalogiam.) Ita bene conſultum eſt potentiæ Sereniſſ. Electorū Ducum Brunſvvigo. Luneburgenſium, Landgraviorum Haſſiæ, & aliorum Principum. Miror quare non ſimili via & ratione ſibi conſulant Duces Saxoniæ, apud quos diviſio Ducatuū, adhuc obtinet, vt ex Sleidano & experientiâ didici. Quomodo Francorum Regum potentia per diviſiones bonorum Coronæ conciderit, ſupra dictum. *Tertia cauſa concidentis potentiæ Principum eſt* bellorū civilium calamitas, & immunitas civitatū. Quum enim ſeculo præſertim XII. & XIII. magnæ Vrbes Ducum & Comitum imperium excuſſere, & liberæ Imperii civitates factæ, multū ſanè Ducum & Comitum potentiæ deceſſit. Non immerito quis quærat *quodnam ſit vinculum, quod potentes Germaniæ Principes adhuc ſub uno Imperio contineat*? Reſpondetur, vinculum iſtud eſt *metus Turcæ* & *Proſcriptionis*, quibus accedit recognitio feudalis Ducatuum & Comitatuum Imperij. Maximilianus I. Imper. quoque potentiæ Principum frenum injecit, dum Imperium in *Circulos* diviſit iiſque Duces præpoſuit, qui, ſi vnus alterve Principum ea agitet, quæ plus quàm civilia ſunt, illum ferro & armis in ordinem rurſus cogat. Nonnulli inter Imperij vincula ponunt etiam *Cameram Spirenſem*. Rectè quidem ſi modò de Executionis modo iam in Comitiis conveniſſet. *Sententiæ* enim *Camerales adverſus Magnos Germaniæ Proceres hactenus fuerunt quaſi fulgur ex pelvi tonitru ſine pluvia, & campana ſine piſtillo.*

Appanagiū. — *Intereſſe Electorum, Ducū Brunſvi. Landgrav. Haſſ. Ducū Saxon. intereſſe.* — *Bella civilia intereſſe Principum atterunt.* — *Vincula quæ hodie Caput & Membra Imperij uniunt.* — *Intereſſe quoad Cameram. Sententiæ Camerales.*

Multæ familiæ Principū Imperij interierunt.

XX. Principes Imperii ſeculares ſunt vel Archi-Duces, Duces, Comites Palatini, Marchiones Landgravij Burggravij, Principes ſimpliciter dicti & Comites Principes *Gefürſtete Graven*. Principum autem Politicorum hodie pauciores quam olim reperiuntur familiæ Duces enim Sueviæ, Stiriæ, Carinthiæ Iuliæ, Cliviæ ac Montium, vt & Marchiones Luſatiæ & Moraviæ: Landgravij omnes (nempe Thuringiæ, Alſatiæ Leüchtenbergenſis) præter Haſſiacos: Comites Principales (*Gefürſtete-Graven* (Tirolenſis & Henebergicus, & multæ aliæ florentiſſimæ familiæ extinctæ, eorùmque ditiones cognatis aut vicinis Principibus ceſſerunt.

XXI. Prin-

XXI. Inter Principes ſeculares primi ſunt *Archi-Duces Auſtriæ*, quorum familiam iam aliquot ſeculis Imperatorium faſtigium inſedit. Huius familiæ fundator fuit *Rudolphus Habsburgenſis* Comes, qui Saxonis, Burggravij Noribergici, ac Ducis Bavariæ ſocer, per iſtas primariarum familiarum affinitates novis ſuis rebus in majus extollendis, decus & robur addidit, Auſtriamque, Stiriam, Carniolam, Venedorum Marchiam, & alias ditiones feudales Imperio apertas in filium contulit. Auſtriaci cum paulatim tam opimo patrimonio inſtructi, & Archi-ducali titulo inſigniti ſint, quid mirum eſt quin nubendo ditiſſimas ſponſas, præfulgenti dignitate ſponſorum facile allectas, ad tantam ac tam formidabilem potentiæ amplitudinem adſcenderint? *Severinus de Monzambano* ſolertiam Auſtriacorum laudat, quod, quum invidioſum nimis eſſet ob familiæ novitatem, primum in Comitiis locum inter ſeculares Principum familias antiquas occupare, priorem locum in ſcamno Eccleſiaſticorum Principum ceperint, vtpote quum Auſtriacis perſuaſum eſſet, Eccleſiaſticos, ex inferiori ut plurimum proſapia, facilè hoc ipſum eſſe conceſſuros. Admiſſi itaque in primum illius ſcamni locum, porrò in Senatu Principum. (*Fürſten-Rath*) *Directorium*, quod vocant, alternis vicibus cum Archi-Epiſcopo Salisburgenſi exercendum obtinuerunt. Auſtriaci hodie ditione ſua complectuntur pleramque Germaniæ partem, qua illa ad Orientem vergit, illiſque aheneus murus verſus Turciam prætexitur Hungariæ regnum, quod hodie Auſtriaci, bello Turcico ingruente, tributis (*Türckenſteur*) & militibus Statuum in proprium emolumentum & commodum defendunt. Quod Electores ex hac inclyta familia hactenus longa ſerie electionem Imperatoriam continuarint, plurimi propterea factum eſſe putant, quod vix ſit vlla præter ipſam per Germaniam familia, quæ Imperialem ſplendorem (quum Imperium publicè hodie egeat) propriis impenſis ac reditibus ſuſtinere queat. *Metuit Severinus de Monzambano, fore, ſi contingat alium ad Cæſaream dignitatem vocari*, quod *Auſtriaci*, (quorum opes ita diſpoſitæ, talibuſque ſibi proſpexerunt privilegiis, ut facili negotio dum ægrè alterius Imperatoris autoritatem fortè ſequentes ſeparatam ab Imperio civitatem efficere poſſint) peculiarem ab Imperij corpore Rempub. tandem condituri ſint, quo ipſo quantum detrimenti paſſurum ſit noſtrum Imperium nemo non videt. (Vide tamen *Pacif. à Lapide* in not. & Strictur. ad Dn. de Montzambano) Inter alia, privilegij à Carolo V. Imper. indulti, capita occurrunt iſta 1. Auſtriæ Archi Dux ab omnibus Imp. oneribus immunis ſit, Imperiumque ipſi tutelam præſtet. 2. Non teneatur inveſtituram petere extra ſuas ditiones. 3. Ad comitia compareat, ſi velit, ſi nolit, non teneatur. 4. Quæ geſſerit in ſua ditione, Imperatori

Archiduces Auſtriæ.

Cauſa incrementi Auſtriacæ potentiæ.

Solertia Auſtriacorum.

Quare Imperatores hodie ex familia Auſtriaca eligantur.

corrigere non liceat. 5. A ſententiis ipſius nulla provocatio concedatur. 6. Ditiones eius, deficientibus maſculis, ad fœminas devolvantur; aut ſi ne fœminæ quidem ſuperſint, liceat eas vltimo poſſeſſori transferre & alienare, quomodocunque placuerit, &c. (Vid. pl. *Speidel.* verb. *Ertz-Hertzog. Münſter.* l.3. Coſmogr. c.399.) *Vt adeo vel ob hunc metum, ſecretum magis quàm profeſſum, interſit imperij, electionem in illa Domo continuari.* (Vid. not. *Paris. à Lapide* ad Monzamb.)

Intereſſe Imperij hypotheticum.

XXII. Inter ſeculares Principes *Comites Palatini* Rheni antiquitate familiæ nemini cedunt. *Origo Comitum Palatinorum* talis eſt: Quum Comitis nomen maximè honorificum fieri inciperet, & à multis expeteretur, beneficij loco poſt tempora Conſtantini M. dari ab Imperatoribus Comitiva cæpit (Vid. varios titul. Cod. & Novell. Iuſtin.) Procedente tempore autem quum ſemper qui circa Principem ſunt, honoratiores habeantur, Comitibus omnibus præferri Palatini cæperunt, quanto videlicet Palatium cæteris officiis atque dicaſteriis præcellebat. Declinante autem Imperio Romano, quum varia regna naſcerentur, Reges qui ab eo ſe abruperant, nihilominus comiter illud colebant, eiusque inſtituta ſtudiosè imitabantur, præſertim autem ante cæteros Gothi Franci, aliis nominibus quamvis vtentes, re ipſa tamen in multis cum Romanorum inſtitutis conveniebant, qui Regio Palatio Præfectum ante Pipini patrem *Maiorem Domus* vocabant. Poſtquam autem Carolus M. Imperium Rom. eſſet adeptus, Comitum appellatio rurſus recepta, iudicesque ita nominari ſolebant. Igitur ab eo tempore *Maiorum Domus appellatio quievit*, & Palatinorum Comitum exortum nomen eſt: Palatia enim cuiuslibet Auguſtæ ſive Imperatoriæ Domus, vbi eſſent, haberi conſuetudo tenuit, maximè in quibus Imperator ius dicere conſueverat. Vnde poſtea Palatij vox ab Auguſtæ Domus appellatione, & officia Palatina ab officiis privatarum Cæſaris rerum diſcreta ſunt. Inde factum, ut, pro *curia* nunc quoque in Gallicis Parlamentis *le Palais*, in Germania alicubi, ut Argentorati, *Pfaltz* dicatur, ipſa etiam Goſlaria *die Pfaltz-Statt* dicta (Arnis. de Iur. Mai. l.1. c.4. n.15.) quod in ea Palatium Regium extructum fuerit. Vid. Domin. *Fruſchbij* comm. ad tit. c. de Palatiis. Igitur quoties Imperatori vacabat adeſſe iudiciis, ipſe diſceptabat, quod veteres Imperatores paſſim feciſſe legimus (§.6. Inſtit. de I. N.G. & C. l.fin. C. de Legib.) Ab ente verò aut nolente cognoſcere Imperatore, Palatini Comitis id officium erat. Officium Comitum Palatinorum ita *Hincmarus* deſcribit: *Comes Palatij de omnibus ſecularibus cauſis vel iudiciis ſuſcipiendis curam inſtanter habeat, ut nec ſeculares prius Dominum Regem abſque eius conſulto inquietare neceſſe haberent, quousque ille praevideret ſi neceſſitas eſſet, ut cauſa ante Regem meritò venire deberet.*

Origo Comitum Palatinorum.

Maior Domus.

Officium Comitum Palatinorũ.

Et

Et *Reineccius*: *Pfaltzgrafen vvaren Richter des kœniglichen Hofes oder Palaſt, haben auch derer Landſchaſten, ſo erſtlich von den* Kœnigen *erobert, vnd eingenommen mit gerichts vnd Rechts Vervvaltung gepflogen.* Tract. *Von des Adels Herkommen* p. 58. Hic igitur vice Sacra iudicans, quid aliud tum quoque quam Vicarium agebat Imperatoris?] Vid. *Speidel. & Beſold. verb. Pfaltzgraff.*) Quod, etiamſi quando cœperit non ſit annotatum, cœpiſſe tamen debet ſub eadem tempora, quibus Comites Palatini *Pfaltzgraven*; id eſt, iudices Palatij facti ſunt, vano alias & inepto nomine deridendi. Imò deridendi & ipſi Imperatores, qui nomen hoc illis impoſuerunt, ſi rem concedere noluiſſent. Clariſſima Palatinorum Comitum iam inde ab antiquiſſimis temporibus auctoritas, ab omni eiuſmodi dubitatione facile nos abſolvit. Quis enim ambigat fuiſſe illos Imperatorij iudicij Præſides, quos ipſorum quoque Imperatorum fuiſſe iudices A. Bulla diſertiſſimè docet. Neque verò mirandum, quando Comes Palatinus Cæſarei Palatij iudex fuit, inter omnes eminentiſſimum ac præcipuum fuiſſe: idque officium Imperatores Francos propinquis ſuis detuliſſe. *Certum* enim *eſt*, ait *Cario* in Chronic. *primi Palatini ſtemmatis ortum ex Caroli poſteris fuiſſe.* Hi Comites Palatini ſubſequentibus temporibus adeò excreverant vt vim Imperij ſibi in regno Francorum attribuerint. (Vid. *Lehman.* l. 2. Chron. c. 9.) In Germania inter Comites Palatinos eminuit, qui ad Rhenum fuit. Habebant Imperatores Germanici ſua palatia non in vno Germaniæ loco, ſed in multis provinciis & vrbibus. In his Palatiis quum Imperator abiret, ſolebat iudicem relinquere, qui nomine Cæſaris iudicaret, & hic fuit Comes Palatinus dictus. *Autor Speculi Saxonici* ſcribit, quamvis Germaniæ provinciam, ſuum Palatinum habuiſſe, vt proinde tot fuerint Palatini, quot provinciæ. Olim dignitas Comitum Palatinorum fuit temporaria & Cæſaris vicaria, ſed hodie eſt propria, & hereditaria; *hodieque ille dicitur Palatinus, qui de tali terra eſt inveſtitus, quæ Palatinus dicitur.* [*Vid. Marquard. Freheri Tr. de Originibus Palatinis.*] Poſtquam autem dignitas Comitiva Palatini ad Rhenum facta fuit vnius Domus hereditaria, Comitibus Palatinis multa præcipua atque eximia (vt Aur. Bulla loquitur) Comitatus Palatini privilegio contigerunt, maximè vt Vicarij Cæſarum, vt eorum iudices, vt Archidapiferi &c. fierent. (*Aut. de Vicariatu Palatini.* cap. 3 à num. 6. vſque ad fin.) *Münſterus & Freherus* (de orig. Palat. c. 10.) referunt Palatinum quod Wormatiæ fuit iam antè an. Chriſti 791. in poteſtate Conradi Comitis Palatini fuiſſe: Et in vrbe Trevirorum illuſtre monumentum eſt in Archi-Epiſcopali aula quæ adhuc etiam *der Pallaſt* vocatur. Hoc Palatium diu extincto Francorum regno, Palatinorum Comitum ſedes fuit,

Antiquitas familiæ Comitum Palatinorum.

Comes Palatinus ad Rhenum.

Olim multi fuerunt Comites Palatini.

Quis hodie dicatur Comes Palatinus:

Comes Palatinus ad Rhenum fit Cæſaris Vicarius.

Palatium Trevirenſe.

qui perpetuam illius vrbis Præfecturam ſiue Aduocatiam gerebant, à qua regio illa circa Palatium *die Graffſchafft* etiam nunc vocatur. Dignitas porrò Palatinæ Domus in cauſa fuit, quare inter Electores Laicos primum poſt Bohemiæ Regem locum tenuerint. Palatini enim Comites dignitates citius aliquando faciliuſque, quàm amplas ditiones conſequi potuerunt. Poſtquam enim alij ſubinde aliique Ducatus atque Comitatus hæreditarij eſſe inciperent, haut temere conceſſi ſunt aliis, quàm his, qui tum eos obtinuerunt. Palatinis autem Palatio ſuo cedere Cæſar non potuit, aut ea donare, quæ eſſent in proximis Regiæ provinciis. Evenit igitur, vt alij territoriis, hi divitiis, quas largiri Cæſares poterant, & iuribus, quæ iidem ſibi reſervarant in provinciis abalienatis augerentur. Vix enim quiſquam Princeps Imperij monſtrabitur, qui ſimilia habeat etiam per alienas ditiones iura, qualia ſunt *Wildfangiatus* & alia de quibus infra *ad art.* 4. *Inſtr. Pac.* Talia collata ſunt Palatinis, quum cætera iam eſſent occupata. Hinc ergo procedit, quod de ſuo tempore teſtatur *Münſterus* [l. 3. Coſmogr.) *Das innerhalb vier hundert Iahren alle Flecken ſo die Pfaltzgraffen zu unſern Zeiten am Rhein beſitzen, entvveders von ihnen erkaufft, oder von ihnen erſtritten ſind.* (Vid. *Lehman.* l. 4. Chron. c. 7.) Hic notandum porrò multos *exteros* ſibi falsò perſuaſiſſe quaſi Comites Palatini, Landgravii, Marckgravij, inferioris dignitatis ſint, quàm alij Duces & Principes. Superiori ſeculo, quum adverſus Landgravium inſtitui diceretur expeditio, fuerunt Galli qui ſciſcitarentur: *qualis eſſet iſte Lanſgravius?* (ſic nominabant) & *s'il eſtoit de bonne Maiſon?* Hinc forſan ad hanc tollendam ſuſpicionem ipſi Palatini, quum nomen antiquum meritò retinerent, ditionē ſuam Principatus, quàm Comitatus inſignire vocabulo maluerunt, vnde in textu Latino A. Bullæ Principatus dicitur (*Aut de Vicariatu Palatini.* c. 10. n. 6 & 7.) Præter Electorem Palatinū præterea Palatini Principes ſunt *Neoburgicus, Sulzbacenſis, Simmerenſis, Bipontinus, Birckenfeldenſis, Lautereccenſis.* E familia Bipontina fuit *Carolus Guſtavus* Rex Sueciæ [Vid *Wagneri, Speneri*, & aliorum opera Genealogica) Antiquiſſima ſedes Electorum Palatinorum fuit *Bacharach*, de qua re *Autor Spicilegij antiquit. Palatin:* fol 25. in hunc modum: *das die vhralte Pfaltzgraffen Churfürſten, vvelche von den* Pipinis *vnd* Carolo M. *her, daſz gantze kleine Franckreich genant, auſz Brabant herauf an der Maſe, Moſel vnd Rhein vnterſchiedlich regierten, ihre Hoffhaltungen vvohnurgen, ehe dan zu Heidelberg oder ſonſten irgentvvo, zu Bacharach, oder vvelches ein* Ding, *zu Staleck in dem alten* Schlos *geführet.* (Vid. *Topograph Palatin. Infer.*)

Comites Palatini dignitatibus, alii territoriis aucti.

Quomodo Comitum Palatinorum potentia incrementa ſumpſerit.

Iura Palatini.

Intereſſe Comitum Palatinorum ad Rhenum, quomodo creverit.

Exterorum error in rebus Imperii.

Quare Comitatus Palatinus dicatur Principatus.

Bacharach.

Marchiones.

XXIII. Inter Seculares Principes porrò ſunt Marchiones, Germ. *Marckgraven*, i. e. Comites limitanei, Liminarchæ & Præfecti finibus Imperij;

Imperij;

Imperij, qui ad Imperij limites poſiti ſemper in armis excubabant contra vicinos barbaros, & populis, quos defendebant, ius dicebant, *Marck-Richter oder Grantz-Fürſten.* (Vid *Albin. Chron. Miſn.* tit. 9. fol. 100.) Dicuntur ita à Teutonico vocabulo *Marck*, i. e limite Rudolphus *von Ems* in Paraphraſi Veter. Teſtam. quam ante 500. annos conſcripſit, Marcarum meminit, dum ita ait:

Das Landmarck vahit an,
Zu dem Gebürg an Caucaſas,
Din ander ſunder Marche vvas
Dan rote Meer, da gaht ſein Strich,
Und ſcheidet in der Marck ſich.

Hodie Marchiones non amplius ſunt ad Imperij limites poſiti; ſed *Marchio dicitur ille qui de Marchia, id eſt, feudo cum Regali dignitate, ab Imperatore eſt inveſtitus*; Et ita nomina non rarò retinemus, rebus quamvis mutatis. Hodie præcipui Marchiones Imperij ſunt, Brandenburgenſis, Miſnenſis, Badenſis & Moraviæ, inter quos ſoli Brandeb. & Badenſis ius ſuffragij in Comitiis habent, ut patet ex ſubſcriptione Imperij Receſſuum (*Stamler.* de Reſervat. Imper. §. 54. n. 4.) Illuſt at hactenus dicta mirificè *Petrus Albinus* (in Chron. Miſn. fol. 102.) cujus verba huc apponam: *Den Marckgraffen* (ait) *ſein die Grantzen des Ræmiſchen Reichs, oder deſſelben im Krieg eroberte Provintzen befohlen geweſen, vvelche auch ſteis in guter bereitſchafft und Rüſtung ſein, und ſolche übervvundene Provintzen vvelche man endlich marcken genennet, nicht allein erhalten, und vvieder der Nachbar anlauff und einfall beſchützen, ſondern auch ſo viel müglich gevveſen, die Granizen fortrucken und ervveitern müſſen. Zu dem haben ſie auch vber das Land. ſo ihnen zur Marck eingeraumbt, und befohlen vvorden, vvie Fürſten geherſchet und alles zugebieten gehabt, mit voller gevvalt iederman Recht zu ſprechen, die Frommen zu beſchützen, und die Mutvvilligen zu ſtraffen, ob gleich ſolche Aembter, und von angehengten Lädlein das einkommen erſtlich nicht erblich gevveſen, oder einem gevviſſen Geſchlecht allein gebüret: So iſt doch ſolches endlich in Brauch kommen und von vvolverdienten perſonen erhalten vvorden. Gleichfals ſind die* Marckgraffſchafften *nichts anders als Herſchafften, Vogteyen oder Richterambter auff den Granizen gevveſen.* Hæc ille.

Quis hodie dicatur Marchio.

Intereſſe circa fines Imperij.

XXIV. Inter ſeculares Principes quoque ſunt *Landgravij*. Landgraviorum natales vulgò deducuntur ab antiquis illis iudicibus & Præfectis provincialibus, qui certè alicui provinciæ, in meditullio Imperij ſitæ, præſidebant. (Cranz. l. 6. Saxon. c. 20.) *Speidelius* vocat eos Comites ſive *Iudices Mediterraneos* ad differentiam Marchionum, *Die da Richter gevveſt ſeind eines Landes, ſo zvviſchen deſz Reichs Grantzen liegt.* *Dicuntur autem hodie Landgravij propriè, die mit einen Fürſtenthü, ſo vom*

Landgravij.

Quis hodie dicatur Landgravius.

eine Landgräffschafft genant vvird, belehnet vverden, der dieſelbe ſub qualitate principali *beſitzet.* (*Reinking.* 1. Cl.4.c.13.n.27.) Tales in Imperio ſunt quatuor 1. *Thuringia*, qui titulus hodie communis eſt omnibus Saxoniæ Ducibus. Horum dignitas primum ſub Lothario Saxone Imperatore cæpit. (vid. *Meibom.* ad l.1. Annal. Witichindi.) 2. *Haſſia*, qui hodie potentiſſimi ſunt (de quib. vid. *Peucer.* l.5. Chron.) 3. *Alſatia*, quo titulo nô tantùm Archi-Duces Auſtriæ, ſed & Epiſcopi Argentinenſes vtuntur, vt patet ex R. I. *Worm. de an.* 1521 *in pr. & fin.* quomodo evenerit *Conrad. Dietz* (lib.1. ad an. 1218) ita commemorat: *Vmb dieſelbe zeit, als der Graffen von Egisheimb Geſchlecht abgeſtorben, vvaren drey Graffen ſo die Landgraffſchafft Elſaſz an ſich zu ziehen begehreten, Albrecht von Habsburg* (Rudolphi I. Imp. pater) *Albrecht von Hohenberg, vnd Ludvvig von Oetingen, ſo Graff Heinrichen deſz Letſten von Egisheimb Schvveſter zur Ehe hatte: Der von Hohenberg vvard durch den von Habsburg leichtlich dahin beredet, das er ihm ſeinen Spruch cedirte, vnd ſeinem Sohn* Rudolpho *ſein Tochter Annam zum Weib gabe. Alſo iſt das græſſer theil Elſaſz an die Graffen von Habſpurg kommen, den vbrigen theil verkaufft der von Oetingen den Biſchoffen von Straſzburg, deſſen Nachfahrer ſich noch heutiges Tages deſz Tituls Land Graffen im Elſaſz, neben dem Ertz-Hertzogen in Oeſterreich gebrauchen:* Hæc ille. Sed quid hodie Auſtriacis prodeſt amplius titulus? quum nobilis iſta provincia in quantum quidem Auſtriaci iuris fuit, Pace Monaſterienſi ad Gallos pervenerit, & quidem abſolutè, ita vt Alſatiæ reſpectu Status Imperii non manſerint, vti Sueci ratione Provinciarum ceſſarum. Aiunt Gallis oblatam aliquando eſſe Vnionem cum Imperio, vt Con-Status eius fierent: ipſos verò hoc adeò eſſe aſpernatos, vt prætendere auſi fuerint Imperium potius Galliæ ſuæ, velut acceſſorium magis Principali deberi. Alii verò contrarium credunt. Et credo quod Rex Galliæ multis auri millionibus non ſit parſurus, ſi modò ratione Alſatiæ ceſſæ dignitatem Imperii Statiſticam adipiſci poſſet. Sed ſerò ſapiunt Phryges. Rex Galliæ in Alſatia hodie poſſidet propugnaculum totius Germaniæ munitiſſimum, *Briſacum, quo Rex Helvetios, ſibi addictos retinet, Tirolim & Bavariam metu premit, Lotharingiam in obſequio detinet.* (vid. *Miniſter. Cardin. Mazarin.* libro 1. cap. 10.] Prudentes ac non pauci rerum gnari, augurantur, Alſatiæ poſſeſſionem vix ſtabilem & perpetuam Gallis futuram. Indicia eius rei non ſunt obſcura, ipſique Galli metum ſecretum magis, quàm profeſſum prodere videntur, dum Briſaci & Philippopoli omnibus modis res ſuas firmare ſatagunt. Briſaci hodie, quantus equis, quantus adeſt viris ſudor, vt iſte locus lateritiis novis propugnaculis bene firmetur.

Thüringen. *Heſſen.* *Alſatia.* *Auſtriacorum intereſſe decrevit amiſſione Alſatiæ* *Briſacum.* *Intereſſe R. Galliæ circa Briſacum.*

metur. 4. Leüchtenbergenſes, quorum familia in *Maximiliano Adamo* anno 1646. defecit, & dignitas in Electorem Bavariæ devoluta eſt. Vid. plur. *Limn.* lib. 4. de Iur. Public. capit. 4. numero 78. *Leuchtenberg.*

XXV. Landgravios ſequuntur *Burggravij*, qui olim erant Præſides arcis ſive caſtri Imperialis (*einer Reichs-Burg*) ſimulque agri adiacentis. *Petrus Albinus* (in Chronic. Misn. tit. 8. fol. 97.) ita hac de re: *Die Burggraffen ſind von den Kayſern gemeinlich zu den Bisthumen geſetzet worden, den Stifften und Kirchen als Verwaltere der Gerichte, welche die Biſchœffe damahls nicht gehabt, an Statt deſz Kayſers bey zuwohnen, und dieſelben, ſo es von nœthen auch wieder gewalt zuvertheitigen.* Fatetur tamen idem Albinus: *Das die Kayſer vorzeiten ſolche Graffen, Ritter und* Præfectos Caſtellanos *auff ihre oder deſz Reichs Burcken und Æmbter ohn Unterſcheid ob dieſelbe bey den Biſthumen geweſen oder nicht, geſezt* (*Dn. Strauch.* Diſſ. Exot 11. th. 7.) Dicitur ergo Burggravius ſive Comes Civitatis à *Burgo*, quod oppidum muris cinctum, ſive caſtellum aliquod magnum denotat. Habebant enim Cæſares antiqui fortalitia ſplendidiſſima, eaque plerumque liberis in civitatibus exiſtentia. Hinc *Gloſſator iuris Saxonici* cum Burggravium eſſe ſcribit: *Der ein Veſtung deſz Reichs zu Lehen hat.* Horum magna fuit dignitas, adeò ut in civilibus Marchionibus etiam ius dicere potuerint. (*Specul. Saxon.* p. 3. art. 52.) Burggraviorum præcipui numerantur. 1. *Norimbergenſis* qui titulus pertinet ad Electorem & Marchiones Brandeburgenſes, ſine re, & nomine tantùm, ut *Noldenio* (de Nobilib. cap. 8. num. 173.) videtur. Verùm hoſce Burggravios non eſſe merè titulares tradit *Dn. Limnæus* (l. 4. de I. Pub. cap. 4. num. 83.) qui ita: *Das Fridericus der fünffte Burggraff zu Nüremberg, als ihm vom Kayſer Sigiſmundo die Marck Brandenburg, beſambt der Chur verliehen worden, und er deſzwegen eine dapfere Summ Geldes auſzuzahlen gehabt, benantlich biſz in die* 400000. *flor zwar habe* an. 1427. *am Abend* Ioannis Baptiſtæ, *alle hienach geſetzte Gerechtigkeit, ſo ihme in der Statt Nüremberg zuſtandig, die Wag, das Schuldheiſſen Ambt, zween Wald und vier Dœrffer, mit zween Muhlen übergeben und verkaufft, gedachter Statt, umb* 240000. *flor. Jedoch mit vorbehalt deſz Tituls Geiſtlich und Weltlicher Lehen, deſz Landgerichts, deſz Burggraffthumbs, der Wildbann und Geleid auſſerhalb der Stadt, und anderer Regalien mehr.* 2. *Magdeburgenſis*, qui hodie ad Electoralem Saxoniæ lineam ſpectat. Licet verò Saxo multùm de ſuo iure, quod in Epiſcopatu & diſtrictu Magdeburgenſi poterat exercere, remiſerit; attamen titulum Burggravij cum inſigniis, & eò pertinentibus aliquot locis; *Gommern*, *Ranis*, *Elbenau*, *Gottau*,

Burggravij. *Burgg. Norimbergenſis* *Noldenij error.* *Burggr. Magdeburg.*

Burggr. Stromberg.

ſibi reſervavit. *Dn. Limnæ.* l. c. n. 86. 3. *Strombergenſis.* Stromburgũ eſt caſtrũ antiquiſſimũ *auff dem Hunsrücken*, inter Simerã & Creutzenach, & hodie eſt ditionis Palatinæ. Burggraviatũ Strom-Bergenſem ad ſe pertinere affirmat Epiſcopus Monaſterienſis, & huius reſpectu votum & ſeſſionem ſibi aſſignari petiit in Comitiis Ratisbonenſibus ann. 1653. d. 25. Apr. Vid. *Limnæ.* Tom. 5 p. 240, ad l. 4. c. 4. n 87. 4. *Reineccenſis*, quem hodie in Archi-Epiſcoporũ Moguntinenſium, & Comitum Hanovienſium ditione eſſe ſcribit *Ioſias Nolden*, (l. cit.) Dominatum tamen Reineccensẽ iure hereditario Comitib. ab Lenburg accreviſſe *Meichſnerus* (Tom. 1. Dec. 2.) tradit Vide pl. *Dominum Limnæum* l. c. n. 90. & ſeqq.

XXVI. Notandum inſuper nunc eſt, quod inter Imperij & Regni Germanici Duces reperiantur, qui titulo Ducis inſigniuntur, quum tamen *Comitatum* ſaltem ſub ſe habeant, vti *Duces Burgundiæ* (*Dn. Schüz.* in prælect. Iur. pub. l. 1. tit. 8. poſit. 2.) De Ducibus & Comitibus Provincialib. vid. *Alteſerra* Tract. *Lehman*: paſſim, præſertim lib. 2. Chron. c. 16. *Caſpar. Lerchium Von Durnſtein* de Equeſtri ordine *Limnæ.* l. 4. de

Quot Duces hodie ſint in Germania.

Iur. Pub c. 3. per tot. *Duces Germaniæ* qui in ſimplici nomine perſtãt hodie, *ſunt duodecim*, Saxoniæ, Bavariæ, Brunſvicenſes ac Luneburgenſes, (qui validiſſimam in Inferiori Saxonia ditionem poſſident) Bremenſes, Verdenſes (per Inſtr. Pac. art. 10.) Pomerani, Würtembergenſes, qui in Suevia amplæ potentiæ regionem tenent, Mecklenburgenſes, Holſatiani, opulentam Cherſoneſi Cimbricæ partem tenentes, Lavvenburgici,

Initium Ducum Holſatiæ & VVürtemb.

Sabaudiæ & Lotharingiæ, qui duo poſteriores, ob ſitum ditionum, rationes ſuas ferè à Germania ſeparatas habent in numero tamen ſtatuũ adhuc ſunt, ſecus ac Dn. de Monzambano videtur. Inter illos, præter Bremenſes & Verdenſes, recentiores ſunt, Würrembergenſes & Holſatiani. Hi enim à Friderico III. Imp. an. 1474. ob verè ſingularia merita è Comitibus Holſatiæ Duces facti. Illi demum à Maximiliano I. an. 1495. Ducali titulo iuribuſq; eidem annexis condecorati fuerunt. *Dietherus in Addit. ad Beſoldi Theſ. Pract.* ita de inclyta *Domo Ducali Brunſvicenſi*:

Familia Ducum Brunſvicenſium antiquitas.

Des *Hauſes Braunſchvveig und Lüneburg uhr altes Herkommen iſt mehr dan von* 1200. *Iahren her von dem Rœmer C. Actio durch das vvelſche Fürſtl. Haus Eſte Vatterlicher; Mütterlicher Ankunfft aber, durch die* Guelph*iſche Herzogliche Bayeriſche Linien von dem groſſen* Wittekind, *und ſeinen vorfahrer den alten Sachſiſchen* Kœnigen, *vor noch langerer zeit her zuervveiſen.* Nam Azo V. Ateſtinus, Marchio Italiæ Logobardicæ ex Italia propaginem Ducum Brunſvic. & Lyneb. in Germaniam tranſtulit: Huius filio Vvelpho (*Vvulff*) ab Henrico IV. Imper. datus eſt Ducatus Bavariæ, qui ſucceſſit Ottoni Saxonicæ Stirpis Principi. Quando autem Marchionatus dignitas ad Ateſtinorum familiam pervenerit incertum eſt. Tradunt vulgo

Henricum Aucupem & Ottones ex magni Witikindi poſteris fuiſſe. Cæterum minus verè, quod poteſt perſpici ex eo, quod *Vvitichindus Corbeienſis* lib. 1. ſolius Mechtildis vxoris Henrici Aucupis originem tantum acceſſit, indubiè idem facturus de Henrico Aucupe ipſo, ſi origo illa tum temporis fuiſſet nota. Et ſi verò illa à Witikindo propagatio eſt incerta in Saxoniæ Ducum, Oldenburgicaque familia, tamen conſtat, has familias ideò eſſe antiquas, vt prima origo omnem rerum Germanicarum memoriam ſuperet. *Megapolitanos Duces* quod attinet, illi ſunt Venedicæ ſiue Slavicæ originis. Maiores ipſorum Obotritorum Venedicæ gentis Principes fuere. Regio autem titulo appellatos in antiquis monumentis repetire eſt? Non ſatis autem vero conſentaneum, illos tum demum, quum Chriſtiana ſacra accepiſſent, Germanico Imperio ſeſe ſubiecisse, titulo Ducum accepto. Iam enim à Caroli M. temporibus, vt aliæ Venedicæ gentes, ita & Obotriti, pars fuere Germanici Imperii. Iidem deinde grauiſſimam ſeruitutem paſſi ſunt à Saxoniæ Ducibus, quam licet excuſſiſſent ſemel atque iterum, mox tamen domiti denuò ſeruierunt: Cumprimis certè imperauit iis *Henricus Leo* pæne herilem in modum, donec demum fracta Leonis potentia à Friderico Barbaroſſa Imper. Saxoniæ Ducibus ſubducti, inter Principes Duceſque Imperij locum atque dignitatem ſuam acceperunt. (*Dn. Conring. ad Lampad.* p. 3. c. 5. §. 22.) Notandum hic quod *Holſatiæ Duces*, poſtquam à Friderico III. in Ducum numerum adſciti, veluti abſtemiorum inſtar, Comitiis Imperij non interfuerint, propterea quod nec vltimo loco haberi, ſed aliis potentia minoribus vellent etiam anteferri. Hanc litem de juſta ſeſſione in Comitiis Chriſtianus III. à Ferdinando Imp. decidi petiit. Quapropter non demum anno 1570. primùm Holſatiæ Duces jus Comitiorum adepti ſunt, ſed jam tum à primo Ducatus exordio. Lis tamen de juſto loco inter Principes etſi variis contentionibus & modis agitata fuerit, ne hodie quidem ſatis conſopita eſt, quamquam ſpes ſit breui conſopitam fore. Relatum mihi nuper à fide digno eſt, hodie Duces Holſatiæ Comitiis rurſus intereſſe, modumque alternationis ratione Seſſionis inter Holſatiæ & Saxo Lauenburgenſes Duces eſſe receptum. *Lavvenburgici Principes*, poſtquam Sigiſmundo Imperante dignitas Ducalis & Electoralis Saxoniæ ad Marchiones Miſniæ delata eſt, aliquandiu comitiis abſtinuerunt; anno tamen 1570. priſtinum jus, quod jam à temporibus Friderici I. Imper. habuerunt, poſtliminij quaſi jure iterum ſibi vindicarunt.

Megapolitanorum.

Holſatiæ Duces non interfuerunt Imperij Comitiis & quare.

XXVII. Porrò hic notandum quod *Principis Imperij vocabulum accipiatur.* 1. *Eminenter*, & hac ratione Imperator, in inſcriptionibus literarum hodie ſalutatur: *Der Aller-Durchleuchtigſte*, *Groſs-*

Principum diviſio.

mechtigſte. Vnüberwindlichſte Fürſt vnd Herr, Herr N.N. erwehlter Rœmiſcher Kayſer, &c. 2. *Generaliter*, & hoc modo omnes Imperij Status, præter Electores & ciuitates Principes poſſunt dici. Vnde Principum, Eccleſiaſticorum & Secularium, Prælatorum, Comitum & Baronum conuentus dicitur *der Furſten-Rat*. (*Speidel.* verb. *Furſt.*) Exiſtimo tamen à maiori & potiori parte hic fieri denominationem. 3. *Specialiter*, quatenus Electoribus, Comitibus & Baronibus contradiſtinguuntur. Et hi ſunt. 1. *Eccleſiaſtici*, vt *Archiepiſcopi*, (quorum olim præter Electores tres Eccleſiaſticos, in Germania fuerunt quatuor: *Magdeburgenſis* (Primus Germaniæ) *Saluburg. Bremenſis* & *Veſontinus*, Hodie autem ſingulari Metamorphoſi, quam ſalus Imperii ſuprema & publica induxit, Archi Epiſcopi Magdeburg. & Bremenſ. per *Inſtr. Pac. art.* 10. & 11. iam merum ſeculum ſpirant) Epiſcopos in decem circulis Germania habet XXXII. (Vid. *Micræl.* Syntag. Hiſtor. p.1008.) ex quibus per Inſtr. Pacis multi ſunt ſeculares Principes facti. Epiſcopatus Lubecenſis præterquam quod religionem Proteſtantium induit, paulò minus quàm in patrimonio D. Holſat. cenſeri poteſt. *Prælati* (*Fürſtenmeſſige*) quales præter Magiſtrum Ordinis Teutonici & Iohannitici (quorum prior inter Epiſcopos primum locum obtinet; poſterior verò inter Abbates ſive Prælatos, qui Principum dignitate fulgent, ſedet) *Abbates*, *Gefurſtete Aebte, Geiſtliche Fürſten*, Hirſfeldenſis (qui hodie per *Inſtr. Pac. art.* 16. eſt Princeps ſecularis) Murbacenſis, Campidonenſis, Corbeienſis, Prumienſis, Stabulenſis, S. Emerani Ratisbonæ; *Præpoſitus* Elwangenſis & Berchteſgadenſis, *Abbatiſſæ* etiam quædam, vt Quedlinburgenſis, Gernrodenſis, Buchauienſis, Eſſenſis, Hervordenſis, Andlavienſis, &c. 2. *Seculares*, vt *Archi-Duces*, Duces, Comites Palatini, Marchiones, Landgravij, Burggrauii, Comites ad Principalem dignitatem euecti (*Gefürſte Graffen*) quales ſunt Comites Habsburgenſes, Tirolenſes, Kyburgi, Goritiæ, (quos hodie Archi-Duces Auſtriæ repræſentant) Montpelgardenſes quos Duces WWürtembergenſes repræſentant, &c. 4. *Principes ſpecialiſſimè* ita dicti vt *Principes Anhaltini*, qui ſimpliciter *Fürſten* dicuntur: In horum numero etiam ſunt Auſtriaci, quando ſe *Principes Sueuiæ* ſcribunt, & nunc Rex Sueciæ quatenus *Princeps Rugiæ*, & Landgrauius Haſſiæ, quod iuxta *Inſtr. Pac.* titulo *Principis Herſfeldiæ* vtitur. Porrò *Principes in Imperio alii ſunt Reichs Fürſten*, qui immediatè Imperio ſubiecti, & votum ac ſeſſionem in comitiis habent. Et hi propriè Principes Imperij ſunt. Vt autem quis talis ſit *Commentator Speculi Saxonici* [l.3.art.58] *tres notas* requirit dum ait: *Wiſſe das der Fürſten zweyerley ſind. Etliche heiſſen ſchlechte Fürſten, etliche des Reichs-Fürſten. Des Reichs Fürſten ſoltu bey dreyen dingen erkennen. Das erſte iſt, das ſie keinen*

Mutatio circa Principes Eccleſiaſticos.

Principes ſeculares.

Alia diuiſio Principum. Nota Principum Imperii.

keinen Lehen-Fürſten zum Lehen-Herrn haben, dan den Kœnig allein. Das ander iſt, das ſie ihr Fürſtenthumb von einem Fahnen oder Zepter empfahen. Zum dritten ſollen ſie ſolch Land haben die da Fürſtenthumb heiſſen Hæc ille, quem ſequitur Paurmeiſt. l. 2. de Iurid. c. 9. n. 9. Cæterum hæ notæ non adeò firmo talo innituntur. Nam quod primam attinet, illa fallit: Sunt enim non nulli Imperij Principes, qui ab aliis Imperij Principibus etiam inferioris Ordinis, feuda tenent. Ita Sereniſſ. *Dux Brunſuicenſis ac Lyneburg:* ditionis Guelpherbytanæ *Helmſtadium* tanquam feudum tenet ab Abbate VVerdenſi & Helmſtadienſi, vbi is hodie nihil quàm cænobium S. Ludgeri poſſidet, Helmſtadienſi vrbe Sereniſſimo prænominato in feudum conceſſa. Vnde forſan non rectè ſe habent ea, quæ habentur in *Topograph. Brunſuic. & Lyneb. Im Iahr* 1489. *iſt Herrn Wilhelmen Herzogen zu Brunſw. vnd Lyneb. die Statt Helmſtet von Herrn Antonio Abten zu VVehrden vnd Helmſtett vmb eine gevviſſe ſumm Geldes verkaufft, vnd alſo an das Fürſtl. Haus Braunſchvveig gebracht vvorden.* Relatum mihi aliquando fuit, pretium illud empt. venditionis pro Helmſtadio valde fuiſſe exiguum Abbatemque l. 2. C. de Reſcind. vend. vſum fuiſſe; atque hinc, vt omnis liti anſa præcideretur prudentiſſimum Miniſtrum C. S. Duci, de Helmſtadio in feudum recipiendo, conſilium ſuggeſſiſſe: quod ipſum etiam optabili euentu coronatum. Similiter *iidem Sereniſſimi Duces* Ditionis Guelpherbytanæ & Hannoueranæ *nonnullas Ambactias* (*Aembter* v. g. *Fürſtenberg, Nieneuer*) ab Abbate Corbeienſi in feudum tenent, quarum ratione quotannis Abbati certa ſeruitia præſtare tenentur, de quibus videri poterit *Letznerus* in Chronico Daſſelenſi. (l. 1. c. 3. *Pari modo* Ambactiam *Coldingen per Receſſum Brunſuicenſem de anno* 1643. *hodie in feudum ab Electore Colonienſi*, tanquam Hildeſienſi Epiſcopo, *Dux Brunſuic.* & Lyn. Hannoueranæ ditionis tenet. Infinita alia poſſent adduci ſimilia exempla; vt adeò (ſi ſimpliciter hanc rem intuemur) vera Principis Imperij nota non ſit ratione feudorum ſolum agnoſcere Imperatorem. *Secunda nota eſt eiuſdem ponderis. Hodie* enim *non amplius Epiſcopi per ſceptrum, Principeſque ſeculares per vexillum inueſtiuntur.* Henricus V. Imperator remiſſa Epiſcopatuum inueſtitura per virgam & annulum, ex pacto ſibi quidem excepit regalium inueſtituram per ſceptrum: (Quod ſi ſecularia erant feuda & quidem Principatus, per vexillum vaſalli olim inueſtiebantur; ſi autem regna, gladio ſolennitas peragenda erat. *Eſt* enim *conſuetudo curia,* inquit *Otto Friſingenſis* (lib. 2. de reb. geſt. Frider. cap. 5.] [*vt regna per gladium. prouincia per vexillum, à Principe tradantur vel recipiantur*) Hodie tamen indiſtinctè gladius adhiberi ſolet, ita vt vaſallus præſtito jurejurando fidelitatis, capulum enſis apprehendat,

Helmſtadiũ an titulo emptionis ad Duces Brunſuicenſes pertineat.

Intereſſe Ducum Brunſuicenſium promo-eum

Ambactia Brunſvi, Furſtenberg. Nieneuer Coldingen

Epiſcoporum & Principũ inueſtitura quomodo hodie peragatur.

Inueſtitura Symbolum.

Buxtorfii error.

& extremum eius conum deoſculetur. (*Vultei*.1. Feud. 7. nu. 29.) Nam licet *Buxtorfius* (Diſcurſ. ad A. B. Concl. 69.) in Eccleſiaſticis feudis priſcum adhuc morem obſervari dicat, ei tamen obſervantiam contrariari docet *Reinking*. (de R.S.& E.l.1.Cl.4.c.16.nu.17.) ceu etiam ita an. 1613. in Comitiis Ratisbonenſibus *Ioannem Suiccardum* Moguntinum, *Lotharium* Treuirenſem, *Ferdinandum* Colonienſem, Archiepiſcopos; *Ludouicum* Haſſiæ Landgrauium, *Regem Hiſpaniarum* ratione Ducatus Mediolanenſis, & *Maximilianum* Bauariæ Ducem ab Imperatore Matthia inueſtitos, iisdem ſolemnitatibus fuiſſe, ocularis teſtis teſtatur *Chriſtop. Wenzlerus* [in T.. de iuriſdic. Epiſc. German. tit. 25 in fin. *Stamler*. de Reſervat. Imp §. 46 §.78.] Quod ſi ergo ſecunda nota Gloſſatoris Iuris Saxonici ad hodiernos mores accommodetur, in tantum ſolum, non in totum, procedere poſſet. *Tertia quoque nota Gloſſatoris non eſt uniuerſalis*. Epiſcopi enim licet Principis titulo inſigniantur, ditiones tamen illorum non dicuntur *Fürſtenthümer*, ſed, *Stiffter* ſiue *Biſchoffthümer*. v. g. *Das Stifft Münſter*, *Hildesheim*, *Oſenbruck*. &c. Id quod patet ex Tractatibus Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſibus, in quibus multum olei & operæ inſumptum, antequam Catholici Magdeburgenſem & Bremenſem Archiepiſcopatus, Verdenſem, Halberſtadenſem, Mindenſem pro Principatibus reputandos eſſe, conſenſerunt.

Epiſcopatus, non dicuntur Fürſtenthümer.

Veræ nota Principum Imperij.

Vera itaque nota Principum Imperij ſunt 1. vt per gladium ſint ab Imperatore inueſtiti de Principatu. Et quamquam Epiſcopi etiam per gladium hodie inueſtiantur, vt ante dictum, tamen per hanc ceremoniam non inueſtiuntur de Principatu, ſed de Regalibus, quæ ſenſim ab Imperatoribus acceperunt. Neque mihi hic quis objiciat, Epiſcopos tamen ſalutari Principes [*Fürſten*] iam enim ſupra ex Helmoldi Chronico Sclauorum audiuimus, quod etiam tempore Ludouici Pij Imp. Epiſcopi ſalutati Principes, quum tamen nullum Eccleſiaſticum territorium adhuc habuerint. *Altera nota Principum eſt*, vt in comitiis Imperij in ſcamno Principum ſeſſionem & ſuffragium obtineant. Hactenus de Principibus Imperij, *Reichs Fürſten*. *Alij Principes porrò dicuntur Lands Fürſten* qui aliis Principibus & Statibus ſunt ſubiecti, eo ſignificatu, quo *Landſaſſen* appellantur, qui Principi ſunt ſubditi. Tales ſine dubio ſunt *Sileſiæ Principes*, qui immediatè Bohemo ſubſunt nec votum & ſeſſionem in Comitiis Imperij habent. *Tertio alij Principes ſunt nudi*, *Schlechte Fürſten*, & hi ſunt vel in Imperio vel extra Imperium, quales ſunt vel *Appanagiati*, *Abgetheilete Herrn*, quo pertinet illud Gloſſatoris Iuris Saxonici [ad art. 58. lib. 3.] qui ait: *Auch vviſſe ob zu einem Fürſtenthumb viel Brüder vveren, vvelcher von hinnen nach beſchehener theilung das Fürſtenthumb behelt, der iſt des Reichs Fürſt. Die andern Brüder bleiben allein ſchlechte Fürſten, vnd heiſſen*

Principes mediatè Imperio ſubiecti.

Principes nudi.

heiſſen nur Fürſtengenoſſen : Vel ſunt mere titulares, qui perſonali tantum dignitate & nomine gaudent, in Imperij autem comitiis perſonam ſtandi non habent; quales fuerunt *Sigiſmundus Bathorius* Princeps Tranſſyluaniæ, *Carolus Mansfeldius*, *Razeuilij* Lithuani & multi quos Ferdinandus II. Imperator hoc titulo inſigniuit.

XXVIII. Notandum hic vltimo eſt Principibus Imperij vetuſtioribus ſub Ferdinando II. & III. Impp. aliquot recentiores acceſſiſſe, non tamen ſine faſtidio reliquorum Statuum, nempe *Hohenzollerenſes*, *Salmenſem*, *Locowiz*, *Eggenbergenſem*, *Diterichſteinenſem*, *Naſſouium* in Hadamar & Dillenburg, *Auerſpergenſem*, *Piccolominium*, qui omnes Divum Ferdinandum III. tantæ gloriæ & dignitatis autorem laudare poſſent. *Venerunt hi omnes* quoque in Comitiis Ratisbonæ anno 1654. habitis *ad ſeſſionem & votum*, *& ab Imperatore vnanimi Statuum Imperij conſenſu admiſſi fuerunt* (Vid. *Rec. Imp. Ratisbon. de ann.* 1654. *in fin.*) A Ferdinando III. quoque ad Principalem dignitatem euectus *Enno Ludouicus Princeps Friſiæ Orientalis*; Dynaſta in Eſens, Stedeſdorff & Wittmund, qui quia ſine maſcula prole deceſſit, periit quoque cum eo Principalis dignitas, ſed frater eius Dn. *Georgius Chriſtianus* eam iterum à Cæſare accepit, qui ante annum & quod excurrit obiit, an maſcula proles ex *Chriſtiana Carola* Sereniſſ. Dn. Eberhardi Ducis Wurtembergiæ filia ſit relicta, adhuc me latet. Hic Princeps Friſiæ Orientalis ob certas procul dubio cauſas in Comitiis ordinarium inter Comites adhuc locum occupare voluit. Quum an. 1665. Ratisbonæ eſſem mihi relatum, quòd & is in ſcamno Principum ſeſſionem & votum vrgeret; Nec dubitabant, quin voti compos Imperatoris & Statuum conſenſu eſſet euaſurus. Hodie enim, vt quis Status Imperij fiat, debet quis habere bona Imperio immediatè ſubiecta, ac inſuper conſenſus Imperatoris & Statuum requiritur. (*Vid. Capitul. Ferdin. III. Imp. art.* 47. *& Ferdin. IV. art.* 46. *Rec. Imp. de an.* 1654. *§. Vber dieſes*) Diploma quo Principalem dignitatem Comiti in Hohenzollern conceſſit Ferdinandus II. Imp. vid. ap. *Beſold.* in Theſ. Pract. verb. *Fürſt.* Quid circa admiſſionem Principum *Eitel Friderichs von Hohenzollern*, *Iohann Anthoni Zu Eggenberg*, *VVenzel von Lockhovviz Dieterichſtein*, *Picolomini*, *Aurſperg*, *Salm*, *Naſſau*, in Comitiis Ratisbon. 1641. & 1653. contigerit Vid. *Speidel.* verb. *Fürſt.* Vid. *Rec. Imp. de an.* 1641. *§. Vnd demnach wir.* De Suecis inter Status Imperij receptis Vid. *Inſtr. Pac. art.* 10. Quare Gallis idem honor non contigerit ſupra dictum, adeoque forſan nunquam eueniet, vt Rex Franciæ dulcedinem Pomi Imperialis (*Reichſapfel*) deguſtaturus ſit. Notandum hic inſuper quod Ferdinandus II. Imp. multos creauerit Principes quod multi ideo factum eſſe interpretati ſunt, quaſi antiquorum Principum ſuffragia hac ratione in comitiis vincere cogitavit. Sed

Principes Imperij recentiores. Principes nouiſſimè creati.

Enno Ludouicus Princeps Oſt-Friſiæ.

Quid requiratur, vt quis Imperij Status fiat.

hunc Magnorum Stomachorum cibum alij concoquant. Hoc tamen minimè erit diſſitendum [Friſiæ Orientalis, Hohenzollerano & Naſſoniis Principibus exceptis] reliquos nouitios Principes bona immediata in Imperio minimè poſſidere, quæ ad Principalem ſplendorem ſuſtentandum ſufficiant, adeoque, quum *Princeps ſine Principatu ſit tanquam Canonicus ſine prabenda*, huic rei, ne in poſterum ſimile quid fiat, in Rec. Imp. de ann. 1654 certa meta fuit præſcripta, neque Ferdinandi conſilia, quæ agitaſſe creditur hactenus ſucceſſum conſequi potuere. Nonnulli etiam quos Ferdinandus Imperator in Principum ordinem euexit ex opulentis Comitibus facti ſunt pauperes Principes.

DISCVRSVS XXI.

DE

PRÆLATIS, QVI PRINCIPES non ſunt, Comitibus, Baronibus ac Ciuitatibus Imperialibus.

Ad art. 3. Inſtr. Pac. verbum: *Status.*

MEMBRVM I.

de Prælatis.

1. SVb voce *Status* in textu hic intelliguntur omnes qui non ſunt Principes vel Comites principali dignitate præfulgentes, quales ſunt Pfalzgrauij Marckgrauij, &c. Status Imperij qui Ducali aut Principali ſplendore non corruſcant, diuiduntur in Prælatos, Comites Barones; & Ciuitates Imperia-

les. De ſingulis ſingulatim, ac primum quidem de Prælatis.

II. Hodie Prælatorum Imperij nomine ij veniunt, qui licet immediatè Imperio ſubjecti, partim etiam Principum titulo ſint decorati; ius tamen ſuffragiorum ſinguli in ſolidum, ac par Principibus non habent, ſed vniuerſi vnius ſolummodo Principis vicem ſuſtinent. [*Paurmeiſter, von Kochſtet.* D. Henrici Iulij Duc. Bruſv. & Lyneb. Cancellarius in Epiſcopatu Halberſtadenſi l. 2. de Iuriſdict. c. 2.] Tales ſunt *Abbates Exempti*, qui nulli Epiſcopo ſubſunt, & in Monachos ſuos eadem iura habent, quæ Epiſcopi in ſuos clericos. Vnde & Patres ſiue Præfecti Monaſteriorum dicuntur, quos cuculligeri Monachi inſtar regulæ & cynoſuræ ſequuntur. Vnde Prouerbium: *VVen der Abt vvürffel auffvvirfft, iſt dem Conuent auch zu ſpielen erlaubet.* In horum numero eſt Abbas Keiſersheimenſis, Vverdenſis & Helmſtadienſis, qui & S. Luggerianus dicitur. Talis etiam olim fuit *VValckenredenſis*, cuius Abbatiæ Adminiſtratores hodie ſunt Sereniſſi. Duces Brunſuicenſes ac Luneburgenſes Cellenſis Ditionis, quod perpetuò in *Inſtr. Pac.* (*art.* 13. *verſ. ſeptimo*) confirmatum. Antequam *Diuus Chriſtianus Ludouicus* iſtius Abbatiæ Adminiſtrator fieret, *Erneſtus*, vltimus Comes Hohenſteinenſis, eandem prouinciam obiit. Prætenderunt in hanc Prælaturam VValkenredenſem Epiſcopus Halberſtadenſis & Comites Hohenſteinenſes. quorum Prætenſiones hodie per *Inſtr. Pac. l. cit.* ſunt ſublatæ. De hac Prælatura videatur *Henrici Eckstormij* Chronicon VValckenredenſe. Sereniſſimus Dux Brunſv. ac Lyneb. in VValckenredenſi cænobio hodie egregiam Scholam inſtituit, vbi olim Dn. M. *VVilhelmus Mechonius*, inſtar Parentis mihi ſemper venerabilis, per pacifica ac vmbratilia certamina, æmulationibus mutuis feruentia, iuuentutem cum ſtupore totius Saxoniæ inferioris egregiè docuit. Ratione huius Prælaturæ Sereniſſ. Dux Brunſvvigo Lyneburg. D. Chriſtianus Ludouicus, peculiarem monetam minorem cuſit, cuius inſcriptio ab altera parte fuit *Ober-Sächſiſche Landmüntz.* Inter huiuſmodi Prælatos quoque numerantur, Præpoſiti, Abbatiſſæ & Commendatarij quidam Prouinciales, Prælatorum titulo à *Paurmeiſtero* (l. 2. de Iuriſd. c. 1.) enumerati. Hi Prælati omnes in duas *Claſſes* Sueuicam & Rhenanam diuiduntur, quarum *vtraque vnum in Comitiis ſuffragium fert.*

Prælati hodierni in Imperio quales.

VValckenried hodie perpetuò ad Duces Brunſvicenſes & Lyneburgenſes pertinet.

VVilhelmus Mechonius optimus Iuuentutis Moderator.

Prælatorum diuiſio & vota.

MEMBRVM II.

DE COMITIBVS IMPERII.

Comitis nomen ab antiquo dignitatem quandam ſignificauit.

III. Comitis nomen apud Romanos ſtatim ab initio familiaritatis nomen fuit, ac participationem quandam dignitatis habuit, etiam priuſquam ad Cæſares Imperium perueniret. Qui enim in prouincias exercituſque proficiſcebantur, Comitum nomine honeſtabant amicos & Clientes honoratiores, quos educebant ſecum, vt adminiſtratione ſua horum ope, conſilio vterentur. Imò & quos adjungebat Reſpub. ſic ſolebant appellari. (Vid. *Cicer.* l. 1. Epiſt. 1. ad Q. Fratrem: verſ. *Atque inter hos* &c. vbi per Comites Legatos & Quæſtorem intelligit) Quantò autem quiſque major fuit, eò dignior apud illum fuit Comitis locus. Ergo quum ad Cæſares Reſpub. veniſſet, eorum Comitatus plurimùm ſplendoris afferebat his, qui eos fortè proficiſcentes ſequebantur. Non enim niſi illuſtres hoc nomine ducebant, aut jam ante receptos in amicitiam [Vid. *Tacit.* l. 1. Ann. c. 5. & c. 47.] Cæterùm nullum eſſe potuit tempus illuſtriore comitatu inſignius, quam vbi *Conſtantinus M.* Byzantium Regiæ transferendæ cauſa profectus eſt. Hic Imper. tres Comitum ordines inſtituit: *Alios* [inquit *Euſeb.* l. 4. de vit. Conſtan. c. 1.] *in primo ordine collocauit, alios in ſecundo, alios in tertio, atque iſtâ ratione alij propè infiniti clariſſimos honores adepti ſunt: nam vt plurimos honoribus afficeret, diuerſos dignitatum gradus Imperator excogitauerat.* Hæc ille. *A Comitatu* autem [ita Principis Aulam appellabant] *Comites* ſunt appellati, qui in primo ordine erant *Spectabiles:* in ſecundo autem ordine poſiti erant *Clariſſimi:* tertij ordinis Comites erant *Perfectiſſimi.* (*Pancirol.* libr. 1. Theſaur. Var. lec. cap. 5. §. Marchiones.) Atque ita *Eginhardus* Comitatum pro familia ſiue Curia Regia vſurpat. Germanis *Hofgeſind, Hofleut.* Et manſit diu locutio cum conſuetudine. *Gryphiander* de Weichbild. Saxonic. cap. 8. num. 5. Hinc quum honori eſſe nomen Comitis intelligeretur, & à multis expeteretur, beneficij loco dari à Principe Comitiua cæpit, non quia ignotum prioribus nomen, ſed quia clarius jam effectum fuerat atque honeſtius. Hinc appellatio Comitum tanquam dignitatis magiſtratusvè nomen auditum in Comitibus ſacri Palatij, patrimonij, largitionum &c [Vid. Codic. l. 1. & Nouell. Iuſtin. *Beſold.* in Theſ. Pract. voc. *Graff. Speidel.* voc. eadem.] Poſtea quoque tempore

Comitum dignitas tempore Conſtantini M.

Comites tempore Caroli Magni.

Caroli

roli M. quum Comitis nomen etiam apud Francorum Reges dignitatem denotaret, Franci ſuos iudices, qui Germanico nomine *Greuen* vocabantur, Comites vocarunt. (Vid. *Capitulare Caroli M. & Ludouici Pij* lib. 2. c. 23. & ſeqq. *Gratian, Philec.* de Vicariatu Palatini c. 3. num. 5.) Monumentum *der Greuen* Lutetiæ Pariſiorum adhuc hodie retinere videtur *La place de Greue*. Vetuſtiſſimum ſanè nomen eſt *Greue*, in prima ſua ſignificatione iudicem denotat. Horum munus ita deſcribit *Lehman.* (l. 2. Chron. c. 17.) *Ihr Ambt iſt gar vff die Juſtitz beſtanden, das ſie in malefitz vnd Burgerlichen Sachen, Geiſtlichen vnd weltlichen in dē gantzen Gavv oder Graffſchafft, dar in ſie geſeſſen, recht geſprochen, &c. Zum andern iſt der Graffen Ambt zugeſtanden, die edele vnd Freybürger, zu kriegszeiten aufzunahnen, vnd als derſelben Obriſt dem Kœniglichē Heer zu zufuren.* Poſtquam autem Imperatores cæperunt ex ſuo Comitatu probatiſſimos ad regēdas Prouincias ablegare, illique minimè depoſito Comitis nomine, ſua & ſuſciperent & exercerent munia; eo tandem deuentum eſt, vt quilibet ferè Ciuitatum iudex, etiamſi forte in Comitatu ſui Principis nunquam fuiſſet, *Comitis* vteretur titulo, quaſi & ipſe lateri adhæſiſſet Principis, quò nobilior, rebuſque volebat videri tractandis aptior. Atque hæc in tantùm poſtea excreuit conſuetudo, vt Comes idem eſſet quod Iudex. (*Dn. Limnæ* l. 4. de I. P. C. 4. nu. 3.) Vnde etiam cum Caroli M. præſertim & inſequentium quorundam Impp. temporibus, comites non ſolùm ad ſingulas prouincias, ſed & ciuitates ablegarentur, cæpit iuriſdictio, territorium & diſtrictus, cui præficiebantur, *Comitatus* dici. Et ſic Comites in Romano-Germanico Imperio erant Præfecti terrarum, qui tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus ius dicebant, vt antea ex Lehmanno audiuimus. Quomodo tandem illi Comitatus facti ſint hereditarij præced. Diſc. audiuimus. Olim quot pagos aut Goas (vulgo *Gavve*,) totidem Comites vel Grauiones numerauit Germania. Poſt verò ceperunt multi Comitatus vni committi. Dati porrò illorum quàm multi Epiſcopis & Abbatibus nonnullis, plurimi Ducibus & Principibus ceſſerunt: pauciſſimi remanſerunt penes illos, qui Comitum titulo hodieque gaudent. Et verò iam olim ætate Carolina fuit moris alicui in Ducem electo duodecim Comitum potentiam ſimul concedere, in auctoritatem indubiè maiorem, quod aliàs Duci quatenus tali, non niſi bellicum imperium competeret. Hinc annales Francici veteres, vt & Aimonij continuator (l. 4 c. 6.) ſcribunt de Pipino. *Domum reuerſus Grifonem more Ducum XII. Comitatibus donauit* (Vid. *Conring.* de Iudic. *German.* th. 83.) Hoc tamen non fuit perpetuum (V. *Griphiand.* de Weichbild. Saxon. c. 27. n. 9. & 10.)

Comitū officium tempore Caroli M.

Origo Comitatuum.

Comitatus quamplurimi Ducibus ceſſerunt.

IV. *Secundum hodiernum Statum* Imperij Romano-Germanici

Hodierno[rum] Imperij Comitũ qualitas. Varia ſunt hodie in Imperio Comitum genera.

Comites propriè ſunt & dicuntur, qui de Comitatu ab Imperio inueſtiti, ac inter Status Imperij cooptati ſunt. Sciendum præterea eſt multa eſſe hodie Comitum in Imperio genera 1. *Sunt Comites qui non tantum ſunt Principes, ſed nonnullis Principibus digniores.* Ita Marchio Brandeburgenſis in Comitiis ante ipſos Duces Brunſuic. & Lyneb. votum & ſeſſionem habet: Similiter Landgrauius Haſſiæ & Marchio Badenſis ante ipſos Principes Anhaltinos locantur. Cæterùm hi Comites nunquam abſolutè Comites dicuntur, ſed ſemper cum aliquo appoſito. 2. *Sunt Comites, qui in Ordinem & ſcamnum Principum ſunt euecti*, interim ſedent infra Principes. Et hi dicuntur *Geſurſteteoder Fürſtenmeſſige Graffen*, de quibus *Diſc. præced.* Hinc in Rec. Imper. de an. 1495. rubr. *vvir Chur-Fürſten, vnd Furſtenmeſſige* & alibi paſſim extat. Et hi, quando in Rec. Imper. non fit mentio nominis *Fürſtenmeſſig*, ſub verbo *Fürſten* etiam continentur. 3. Sunt Comites qui immediatè ab Imperatore de Comitatu ſunt inueſtiti & tanquam Status & proceres Imperij ad Comitia vocantur. Hi dicuntur *Reichsgraffen.* Hi iiſdem ferè iuribus, quibus Principes, fruuntur; ita tamen vt non omnes & ſinguli ſed totus Comitum & Baronum ordo, duo tantum olim ſuffragia tulerit: Hodie verò quum præter Sueuicos & VVetterauicos Comites (qui ab antiquo duo Comitum quaſi latera effecerunt) nuperrimè in Comitiis de anno 1653. etiam Franconici & VVeſtphalici Circuli Comites & Barones admiſſi fuerint, quatuor Comitum & Baronum Imperii impoſterũ vota ſunt, puta *der Schvvabiſchen, Wetteravviſchen, Franckiſchen vnd VVeſtphaliſchen Graffen Banck*, ita vt quodlibet ſcamnum proprium habeat votum. Imperium noſtrum adhuc hodie multis Comitibus ſplendidum atque decorum eſt, è quorum numero tantùm paucos & quidem ſine iuſto ordine recenſeo, Comites de Naſſau, Oldenburg, Lippe, Bentheim, Hanau, Mansfeld, Fürſtenberg, Hohenlohe, Oettingen, Kœnigſeck, Fugger Rantzovv, Sintzendorff, &c. Ordine omnes recenſet *Sprengerus* in Iuriſprudentia publica. Hi Comites tam quoad iuriſdictionem, quàm reliqua regalium iura vt poteſtatem Optimatum Imperii, eadem poſſũt in toto ſuo territorio, quoad perſonas & cauſas omnes, quæ Principes poſſunt.

Comites [in Comitiis] & Barones quot ſuffragia hodie in Comitiis ferant.

Comites mediate & immediate ſimul Imperio ſubiecti.

4. *Sunt Comites qui Imperio immediatè quidem ſubſunt, & Cameram vel iudicium Aulicum iudices habent; Comitatus tamen ab Imperii aliquo Principe in feudum recognoſcunt*, vnde vaſalli eius ſunt, & in cauſis feudalibus ipſius forum ſequuntur, Hi pro duplici reſpectu, quo clarent *Reichs vnd Lands Fürſtliche Graffen*, vocari poterunt; non enim nouũ eſt, vt quis in Imperio Rom. duplicem ſuſtineat Perſonam, Imperialem nempe & prouincialem: *Reichs vnd Land-Stand zugleich zuſein.* Talis eſt *Comes de Schvvarzenburg*, qui vaſallus eſt Electoris Saxoniæ (*Dn. Limnæ. l. 4. de I. P. c. 4. n. 93.*)

Comes de Schvvarzenburg.

Talis

Talis etiam eſt ***Comes de Riedberg***, qui vaſallus eſt Landgra. Haſſiæ, perſonale tamen homagium præſtat Imperatori & Imperio. De Comitibus Waldeccenſibus. Vid. *art.* 16. *Inſt. Pac.* De Reingrauiis infra ad *art.* 4. *Inſt. P.* Eiuſmodi comitatus nihilominus tamen regales dignitates habere conſtat. Nam, etiamſi non immediatè tamen mediatè ab ipſo Summo Principe, eiuſmodi feuda conſequuntur, & dignitatem regalem, quæ antea iis feudis adhæſit, tanquam à ſupremo Principe profectam, cum Regalibus iiſdem feudis annexis, acquirunt vel potius retinent. (*Speidel.* in Specul. var. Obſeru. voc. *Graff.*) 5. *Sunt Comites qui ſimpliciter Principibus & Ducib. ſubſunt*, qui dicũtur *Landſaſſij* ſiue *Lands-Furſtl. Graffen*: Tales fuerunt olim in Ducatu Brunſuicenſi Comites de *Hallermund*, quorum primaria Vrbs fuit *Hallerſpring, Eldagsen*, quæ adhuc hodie in Ducatu Brunſvvigo Calenbergico inter ſtatus prouinciales (*Land-Stande*) numerantur. Rudera arcis, in qua olim ſedem habuerũt iſti Comites, adhuc videre eſt prope Hallerſpringam ad radices montis, qui dicitur *der Burgberg*. Tales Landſaſſij olim etiam fuerunt in Ducatu Brunſuicenſi Comites de *Lutterberg, Eberſtein, Homburg, VVolpe, VVunſtorp, Blanckenburg, Spiegelberg*, cuius particulam nempe Ambactiam **Coppenbrugg** hodie *VVilhelmi Friderici* Principis Naſſouij in Dillenburg (Gubernatoris quondam Friſiæ, Groningæ, & Drentiæ, ante paucos annos lamẽtabili mortis genere perempti) progenies à Sereniſſ. Duce Bruſuic. ac Lyneburg. Ditionis Calenbergicæ in feudum recognoſcit. 6. ***Sunt Comites qui ſimplici tantùm Comitis titulo gaudent***, *nihilque terræ poſſident, ſans terre & domaine*, vt Galli loquuntur, quales à Ferdinando II. & III. plus quàm ſexaginta creati ſunt. Hi ad Collegium Principum non pertinent, nec Status Imperij ſunt. *Quomodo Comites Imperij à Collegio Pricipum diſcernuntur?* Reſp. Principes ſinguli viritim dant ſuffragia: Comites autem coniunctim non niſi quatuor vota dant juxta ſcamnum ſcilicet Wetterauicum, Sueuicum, Franconicum & Weſtphalicum. Notandum hic *Comitum intereſſe in eo maximè conſiſtere, ne ditiones ſuas in plures fratres diuidant.* Magnum enim hoc eſt Illuſtribus Domibus malum, & non niſi inter plebeios æquitatis aut pietatis nomine excuſatum. (Vid. *Seuerin. de Monzambano* de Stat. Imper. Germ. cap. 3.) In Germania diuiſæ inter agnatos ſingularum familiarum opes ingentium titulorũ magnitudinem ſæpe non æquant: quippe haut multo ſecus Prouincias atque Dynaſtias, quam priuatæ ſortis hereditatem diuidunt. Eo modo [ſcribit *Barclaius*] Saxoniæ Principatum fortè plures hoc ſeculo fratres inter ſe ſpargebant: & quoniam res ardua erat, legum & conſuetudinum periti his aduocantibus aduenere. Quibus in conclaui ſedentibus cum litigantes fratres adeſſent, emotæ mentis vir, ſed innoxia iucundaque inſania conſuetus delectare

Comes de Riedberg.

Comites mediate Imperio ſubiecti.

Hallermund.

Hallerſpring, Eldagſen.

Eberſtein

Homburg, Blanckenburg.

Sphiegelberg:

Coppẽbrugg.

Comites titulares.

Quomodo Comites à Principibus differant.

Intereſſe Comitũ priuatum.

Diuiſio regnorũ, Principatuum atque Comitatuum noxia.

Intereſſe Imperij ſtatuum atteritur per titulum familia erciſcundæ.

audientes, in id ſecretum perrupit: Quem grandior natu ex Saxonicis Principibus intuens: Vis autem & tu inquit, ſententiam dicere de erciſcundæ familiæ rebus? At ille: quidni, inquit, velim? Expectauerant omnes ab amente ridiculi leporis venuſtatem. Igitur rogare perſeuerant, ne in tanta re ſuum conſilium deeſſe pateretur. Sed ipſe negabat, niſi veſtis qualem iuriſperiti induebant ſibi daretur, tantæ conſultationi miſceri, cum illâ ſe ſapientiam eſſe ſumpturum. Hilarior genius omnes inuaſerat: Adeò vt ipſius quoque herus, non ſine maximo riſu, iuberet de penu ſua produci ſuffultam pellibus togam, iniicique cupienti. Quam vt ille curiosè aptauit, bis terque per triclinių ſpatiatus, rogare dominum cæpit, ecquid ſe illa veſtis deceret? Egregiè, inquit, ſed ſupereſt, vt is rebus, quo inter nos agitantur, tua ſapientia modum imponat. Ille breuem in ſe moram eſſe reſpondit, in proximū conclaue pauliſper abiturum: illic ſe meliores ſapientiæ ſpiritus ad conſiliū arceſſere velle. Cum eò receſſiſſet, adduxit repente oſtium, ne quis arbiter prudenti nequitiæ interueniret, exuitque illam togā, & gladiolo, quo erat accinctus, ab humeris ad fimbriam in longas & exiles partes exſecuit. Ita laceram, quum ſibi iterum inieciſſet, reſerat fores, peruenitque ad dominum, & intueri rurſus iubet, quam ornatus incederet. Iracundiā arcuit riſum, quia pretioſa erat veſtis, quæ ita in partes perierat, &, ó te vecordem, inquit, flagelliſque ſcindendum! nihil vero timuiſti dominicæ veſti furioſas manus afferre? Neque ille conterritus, Ridiculum, inquit, cum vos multò periculoſius inſaniatis, tam grauiter mihi iraſci. Hæc eſt veſtræ fortunæ imago, quam indui, multoque ſtolidius Saxonicum Principatum perditis, quam ego hanc togam. Incolumis me decebat, ridetis diſcerptam. Ita Saxoniæ integro corpore viget, armis & opibus grauis: cum eam per partes laceraueritis, nemo priſtinam dignitatem agnouerit. (Hæc *Barclai.* in Icon. anim. c. 5.)

Nicolai fatui conſilium prudens.

Intereſſe Saxoniæ.

MEMBRVM III.

De Baronibus.

Baronis Etymologia.

V. DE notatione vocis Baronis ambigua & interdum riducula juris publici Scriptores circumferunt. *Veriſimilius eſt hanc vocem origine eſſe Germanicam,* & deſcendere à vocabulo *Baar*, quod idem eſt quod *liber.* (*Goldaſt. in not. ad Parane, VVinſpeckij fol.* 114.) Vnde

Baronis,

Baronis vox virum dignitate pranobilem ſignificat. Hinc in vetuſtiſſimis Germanicis libris, *Die Bahren* vſurpatur *fur die Adeliche Mannſchafft.* (*Stamler.* de Reſeru. Imper. §.55.nu.4.). Hæc etymologia quoque cum voce Germanica convenit, qua Barones liberi Domini *Freye Herrn* dicuntur. Vocantur alias *Freye-Banerherrn Stabherrn*, id eſt, qui habent juriſdictionem.

VI. *Origo Baronum* talis eſt. Olim quum Duces Germaniæ haberent numeroſam prolem, non omnes poterant Duces fieri; hinc ex omnibus illis vnus Dux factus, cæteriſque ampla caſtella cum regalibus data, illique dicti ſunt Barones, quia erant immunes à ferendis prouinciæ oneribus, & nemini niſi Imperio, & ſummo Principi erant ſubjecti (add. *Cranz.* l.5.Saxon. c. 15. *Hamelman.* in Chron. Oldenb.p. 2. c. 16. *Gryphiand.* de Weichb. Saxon.c.62.n. 13. *D. Myler.* in Archolog. c. 10. n. vlt.) *Baronum origo.*

VII. Lingua Germanica in decretis comitiorum variis nominibus Barones appellantur. Primò enim ſimpliciter dicuntur *Freyen.* 2. *Freyherrn.* 3. Semper *Freyen*, vt Barones Limpurgici & Weſterburgenſes, 4. Simpliciter *Herrn* vt Barones *Reuſſi*, *Herrn zu Plauen*, *zu Schleiz*, *Greitz*, *Kranichfeldt*, *Lœbenſtein*, *vnd Gera*; *Schœnburgenſes*, *Herrn zu Glaucha vnd VValdenburg*, *Herrn von Blumenthal. Herrn zu Hohen-Gerolzeck &c.* 5. *Edle Herrn zu Heldrungen*, *Graffen vnd Edle Herrn zu der Lippe*, *Graffen vnd Edle Herrn von Spiegelberg*, *Edle Herrn von VVarberg*, quorum familia ante paucos annos extincta. Ac licet ſint qui inter has Baronum ſignificationes diuerſitatem & gradus conſtituere velint; *Paurmeiſterus* tamen (quem ſequitur, *Dominus Reinking.* libro primo Cl. 4. cap.15.nu. 22.) nulla Baronum genera agnoſcit, & quocunque nomine Semper *Freyen*, *Frey-Herrn*, *Freyen*, *Edle Herrn*, vel ſimpliciter *Herrn*, *Edle* appellentur, nobilitate ac dignitate pares eſſe arbitratur. Quippe quòd omnes generali vocabulo *Herrn* comprehendantur, vt perpetua habet Receſſuum Imperij ſubſcriptio: *Von der Graffen vnd Herrn VVegen.* Eoque nomine non tantùm illi, qui ſola Baronatus dignitate ſunt inſigniti, ſed & qui Dynaſtias cum Ducum, Principum & Comitum titulo conjunctos habent, veniunt. Sic Iuliacenſes ſcribunt ſe Dynaſtas in *Ravenſtein*, Wűrtembergenſes *Herrn zu Heidenheimb.* Marchiones Badenſes *Herrn zu Rœteln vnd Badenvveiler.* Comites Oldenburgẽſes, *Herrn zu Ievern vnd Kniphauſen.* Hi Barones Germaniæ noſtræ, *Freyherrn des Reichs*, excepta ordinis ac præcedentiæ dignitate, æquiparantur Comitibus, & in ſuis territoriis, tantùm imò plus, poſſunt, quantum Imperator in Imperio (*Gail. de Pac. Pub.* lib.1.c.6.n.10.) eorumque Baronatus inter Imperij feuda regalia numerantur. Poſſes eos vocare *Grauenmeſſige Freyherrn.*

Varia appellationes Baronum.

Nulla ſunt Baronum genera.

Vnde eſt quod legitur in *Dillichij* Chronico Haſſiæ fol. 572, ad fin. *Das* circa an.1383. *viel von Adel in Heſſen waren, welche ſich alle Freyherrn Stammens rühmeten, und derowegen ihre Lehen vom Landgraffen nicht empfahen wolten* De Baronibus mediatè Imperio ſubiectis Vid. *Speidel.* voc. *Freyherr.* Inter recentiores Barones, præter eos, quos Ferdinandus II. Imp. creauit (quorum numerus vltra 120. excurrit, *Vid. libell. de Regimine Ferdin. II.*) numerari merentur illi quos Divus Ferdinādus III. Imp. ad tantum dignitatis gradum evexit, ſuntque inter alios Illuſtres Dnn. Barones de *Boineburg* & de *Aylua*, quorum ille ob ſingularem rerum agendarum dexteritatem in vniuerſa Germania famigeratiſſimus eſt. Cæterùm quum *eminentis fortunæ comes inuidia ſit altiſſimiſque ſemper adhæreat*; etiam hic Generoſiſſimus Dominus ante paucos annos in Eminentiſſimi cuiuſdam aula multos habuit aduerſos. Sed ego manum de tabula tollens, aliis hoc negotium diiudicandum relinquo. Alter verò *Dn. de Aylua* Sereniſſimo Principi Friſiæ Orientalis Supremus Præfectus vel Setrapa in Dynaſtia Lehrana exiſtit.

Boineburg.

MEMBRVM IV.

DE

Ciuitatibus Imperialibus.

Origo libertatis Vrbium. VVurmſeri & aliorum vulgaris error.

VIII. VVlgò exiſtimant, quod libertas Vrbium à tempore Caroli M. dependeat; & ita ſtatuit adhuc noviſſimè *Ioan. Wurmſerus* (in Exercit. Iur. pub. Exerc. 18.) Cæterùm hoc contra fidem rerum Germanicarum ſcribitur. Nam ex nullo Hiſtorico συγχρόνῳ probari poteſt, vllam Germaniæ vrbem meliori loco fuiſſe, quam villæ & pagi; quin hoc potius ex hiſtoricis conſtat, tempore Caroli M. Ciuitates id Imperio, quamuis non ita frequentes, ſed exiguo numero fuerint [*Knipſchild.* de Iur. Ciuit. Imper. l. 1. c. 5. num. 5. & ſeqq.] æquè ac villas & pagos in ſolius Cæſaris poteſtate fuiſſe. (Vid. latè *Lehmann.* in aureo Chronico Spirenſi lib. 2. c. 18. §. *Ob nun Wol* &c. & lib. 4. c. 5. *D. Herman. Conring.* de Vrbib. German. *Dn Ludolph. Hugo* de Statu Region. German. cap. 1. §. 7. & c. 5. §. 2.] Hinc Præfecti Imperiales (*Die Reichs-Vœgte*) in omnes Germaniæ Vrbes abſolutum dominium nomine Cæſaris habuerunt. Vid. Tr. *Dan. Haider Von Reichs-Vœgten.*

Quanto Vrbium numerus in Germania creverit.

IX. Quum Hungari Carolingorum tempore ſæpiſſimè in Germaniam irrumperent, tum, vt tuta adeſſent ſubditorum receptacula, Ciuitates à Comitibus adhuc gubernatæ, ac muri & aggeribus cinctæ atque munitæ. Sic Norici *Norimbergam*, Bauari *Ratisbonam, Salisburgum*, *Auguſtam*: Sueui *Conſtantiam*, Alſati *Argentinam* vndique fortalitiis cinxerunt (*Franciſc. Irenic.* l. 9. c. 18.) Cæteræ autem Imperij ciuitates pleræque Regiæ tantum Villæ (*Reichs Flecken*) fuere, Regum tamen Palatiis condecoratæ, celebratiſque inibi Comitiis, in pratis & campis, tentoriis inſuper æſtate erectis, celebres extiterunt (*Lehman.* lib. 6. Chron. c. 4. *Dn. Limnæ*, l. 7. de I. P. c. 1. n. 38. *Dn. Myler.* in Archolog. c. 17. nu. 2.) Ita Carolus M. *Vlmam* ſuam Regalem villam vocavit, (*Cruſius* in annal. Suev. p. 2. l. 1. c. 7.) vt & *Franckfurt* & *Ingelheimb* eodem modo appellatæ.) *Regino* l. 2. Annal. Franc.) Similiter *Northuſam Vrſpergenſis* (in Chron. ad ann. 1105) Villam Regalem vocat. add. *Lehman.* l. 2. Chron. c. 18. Hoc tamen quod de raritate Vrbium dictum accipiendum eſt, de Germania Magna in qua ſeculo IX. ne vnica quidem Vrbs memoratur, nimirum in tota Saxonia, Weſtphalia, ac in omni illo tractu inter Viſurgim, Albim & Salam. Memorantur quidem nobiles vici, è quibus poſtea Vrbes factæ v. g. *Bardewicum*, *Würzburg*. &c. Sed quod hi vici fuerint Vrbes, nuſpiam extat. De Germania autem Tranſ Rhenana di par eſt ratio. Nam illam Romani ſub ſua iura redegerunt, ibique Vrbes à tempore Iulij Cæſaris condiderunt, v. g. Coloniam, Moguntiam, Auguſtam Rauracorum, Vindelicorum, VVormatiam, Spiram, &c. Vid. *Lehmanni* Chron. lib. 1.

Raritas Vrbium in Germania Magna aevo Carolingorum.

Ciuitatum mutatio tempore Henrici I. Imp.

X. Deuoluto a Francis ad Saxones Imperio, Ciuitates frequentiores ædificari cœperunt & quidem Henrici Aucupis tempore, qui oppida in Germania hinc inde nouiter condere & munire cœpit, ac nonū quemque virum ex agro & pagis, cum tertia frugum, ad eos ſpectantium parte, in prædicta oppida tranſtulit, vt viris & rebus omnia plena adeſſent: (*Witichind* & *Sigebert.* ſub an. 925. *Lehm.* l. 5. Chron. c. 1. *Gryphiand.* de VVeichb. Saxon. c. 34. n. 4. & 5.) Exinde diſcrimen oriebatur inter plebem Vrbanam & ruſticam, *vnter Bürger vnd Bauren*, quarum hæc *Bauren, vom bauven*; illa verò, *Burger* à Burgis, id eſt, locis mœnibus munitis, dici cœperunt (*Cluuer.* de German. antiqu. l. 1. cap. 13. Dn. *Limnæ.* l. 7. de Iur. Pub. c. 1. nu. 18. 19. Dn. *Myler.* l. c. nu. 3.) In ſpecie de Ciuitate *Goſlaria* Vid. *Spang.* in Chronic. Mansf. c. 181. De *Henrico Aucupe* ita ſcribit *Witich.* (l. 1.) *Concilia & omnes conuentus atque conuiuia in vrbibus celebrari voluit, in quibus exſtruendis die noctuque operam dabat, quatenus, in pace diſcerent, cives quid cōtra hoſtes in neceſſitate facere debuiſſent*; quod refert *Lehman.* l. 5. Chronic. c. 1. Prudenter ſane: Nam *Interdum pax eſt, pacis fiducia nunquam.*

Origo Der Bürger und Bauren.

Nota Henrici Aucupis Solertiam.

Origo priuilegiorum urbium Saxonicarum. XI. Præterea dictus Imp. Henricus non ſolum oppida in Saxonia condi juſſit, ſed illis etiam generalia quædam priuilegia, ad annonæ & mercaturæ commoditatem promouendam, conceſſit. *Spangenb.* in Chron. Saxon. c. 119. *Dilich.* in Chron. Bremenſ. fol. 60. *Gryphiand.* de VVeichbild. capit. 34. numer. 6.) Quomodo Otto I. Imper. ciuitati *Magdeburgenſi* inſignia priuilegia contulerit Vid. infra ad art. 11. Inſtr. Pac.

Progreſſus libertatis urbium XII. Poſt Henrici Aucupis tempora ad exemplum aliorum Imperij Statuum Ciuitates quoque opibus & Imperio creuerunt. Quemadmodum enim ſub Ottonibus Ducatus, Marchionatus, ſimileſque dignitates, ſucceſſorio & hæreditario iure conceſſæ fuerunt, (vnde, iuriſdictione territorio annexa, Imperij autocratiæ *der Lands Furſtl. Graſt. Obrigkeit*, fundamentatũ fuere poſita) ita quoq; Imperatores Ciuitates Imperij, ſingulari clementia & liberalitate, variis immunitatibus donarunt, iiſdemque iuriſdictionem, & potiſſimam vectigalium aliorumque iurium ad fiſcum Regium pertinentium, partem conceſſerunt (*Murſter.* in Coſmograph. l. 3. c. 22. 24. & 28. *Limnæ.* l. 7. de Iur. pub. c. 1. nu. 38. *Dn. Myler.* in Archol. c. 17. n. 5. *Lehman.* lib. 4. Chron. c. 3. *Beat. Rhenan.* l. 2. Rer. German. Rubr. Status Imp. ſub Saxon. fol 96. *Munſteri* verba l. cit. ſunt hæc: *Gleicher vveis vvie die Keyſer in Teutſchland, die Fürſten vnd Herrn hoch erhaben; alſo haben ſie auch nachmahls aus ſonderbarer Gunſt und Guthatigkeit, gefreyet, die alte Stadte des Reichs, Thaler, vnd Flecken, denſelben eigene Regierung vergœnnet, desſgleichen einen merck lichen theil der zollen, vmbgelts vnd andern Gefallẽ ihnen zugeſtelt.* add. *VVurſtiſium* in Chronic. Baſileenſi l. 2. c. 11. Similia quoque ſcribit *Lehman.* l. cit. *zuzeiten der Franckiſchen Kaiſer, iſt Kein Reichs-Stadt frey gevveſen, viel vveiniger die Reichstaler, oder Dœrffer, ſondern die befreyung der Stadt, hat ihren anfang fürnemlich nach der Ottonen Regierung, von vvelchen vnd ihren Nachkommem im Reich, der Fürſten, Grauen, Herrn vnd der Stadt Freyheit entſproſſen.* De tempore autem,

Quando cœperit libertas urbium Imperij. ac quando Ciuitates Imperii immedietatem, libertatem omnimodam, ac ius autocratiæ ſeu ſuperioritatis (quod Germanicè nõ *Lands-Fürſtl. Obrigkeit* vt nonnulli putant; ſed *Landes hohe Obrigkeit, oder Stadtliche Ober-vnd Herlichkeit* appellatur; verbum enim *Lands-Fürſtlich* magis perſonale ius arguit, quod de Ciuitatibus minimè dici poterit) acquiſierint, planè in obſcuro eſt. (*Münſter.* in Coſmogr. lib. 3. cap. 24. *Limnæ.* l. 7. de I. Publ. c. 1. n. 38. *Knipſchild.* de Iur. ciuit. Imper. l. 1. c. 5. in tot.) Dn. *Hermannus Conring.* in egregia Diſſert. de vrbibus Imperii)

Conringij opinio. *putat cæpiſſe libertatem vrbium ſeculo XII. ineunte, nec ſimul & ſemel, ſed temporis progreſſu.* Certum autem eſt Ciuitates Imperii longo Interuallo poſt Principes alioſque Imperii Status, ad tantum libertatis

faſtigium

faſtigium aſcendiſſe. Si coniecturis vti licet (ſcribit *Beſoldus* de Vrbib. Imper.) ferè eſt, vt dicam, olim Ciuitates in Germania Imperiales, diu ita ſubditas fuiſſe Imperatori, vt nunc Principibus aliis ſuæ Ciuitates municipales. Primitus enim in iis Imperatores juriſdictionem & Imperium, præſertim merum, per præfectos Imperiales explicare ſolebant. (*Stumpf.* in Chronic. Heluet. l. 6 cap. 14.) Erant autem præfecti (*Die Reichſ. Vægte*) adminiſtratores juſtitiæ, vel Præſides & judices criminales: *Vvelchen fur ihre Beſoldung ein theil von des Lands, oder der Stadte Gefallen, bevorab von den Freueln vnd Buſſen* aſſignirt *vnd vberlaſſen, oder gar zu Lehnen angeſezet vvorden; vnd habē dazumahl auch die Einziehung der Stadte Reich-Steur*, item *die Vervvaltung der zœllen, der Münzen vnd des vvechſels gehabt; Beynehen ſo ſind ſie auch den Burgerlichen Gerichten vorgeſtanden*, vt deducit *Dan. Haider* Tr. *Von Reichs-Vægten* & in Apologia cap. 8. & cap. 15. Eiuſmodi præfecturæ Ciuitatum, plerumque Comitibus, aut Epiſcopis, quandoque etiam & ſeceſſu temporis, vt plurimum quoque Nobilibus, aliiſque viris Patriis committebantur (*Lehman.* l. 2. Chron. c. 8. & 22. & lib. 4 c. 3. *Dn. Myler.* l. c. n. 7.)

Reichſ-vægte.

XIII. Nonnulli tempore Henrici IV. Imp. in inteſtina Imperij diſſenſione Ciuitates Imperij [præſertim ad Tractum Rheni, quæ Imperatoris partes contra Principes fouerunt] territorij ſublimitatem acquiſiuiſſe, & hoc medio à iugo Ducum per bene merita ſeſe exemiſſe ſcribunt. *Solche aufrechte* Hulff, Huld, *Treu, vnd Beyſtand der Stadt haben die* Kœnige, *vnd* Keyſer *beherziget, vnd dem Reich, vnd ihren Nachfolgern an demſelben, ſonders furtræglich, nuz, gedeylich vnd zu Erhaltung ihrer* Keyſerl. Hoheit *gemes erachtet; Das ſie die Stadt gleicher geſtalt, als die Furſten, aller Freyheit der Regierung theilhaffiig machten, vvelches nachgehends den Furſten vnd Standen, auff algemeinen Reichs-Verſammlungen erœfnet vnd mit dero* conſens *bekræffriget vvorden.* Ex *Alberto Stadenſ.* & *Helmoldo* affert *Lehman.* Chron. Spir. c. 3. Cui ſublimationi Comitiorum quoque ſolemnitas & confirmatio acceſſit, vt teſtatur Sigiſmundus Imper. in Reformatione ſua de anno 1436. cap. 10. Alij verò cenſent, Ciuitates Imperij Saxoniæ & Rheni immedietatem & autocratiam præ reliquis ciuitatibus ſub Imperatore Friderico II. in bello itidem plus quàm ciuili, obtinuiſſe. Alij denique hanc immunitatem Ciuitatum Imp. Friderico I. ceu Auguſto largitori, attribuunt, cui *Lubeca*, *Auguſta Vindelicorum*, *Ratiſbona* libertatem ſuam acceptam referunt.

Plena libertas vrbium qua occaſione cœperit.

Guntherus in Ligurino ſuo lib. 1. ita canit:

Ex omni regione fluunt ad publica Regni
Vveſtphaliaque vrbes, & Norica inra Regentes,

Geldt, das er ihm vvieder die Stadt Straßburg helffen ſolte. Alſo ſein Offenburg, Gengenbach und Zell Reichs Stadte vvorden. *Quædam* inſuper *ciuitates Imperij libertatem & immunitatem ſuam pretio nummario ab Imperatoribus impetrarunt: Die Bürger zu Yſni als ſie ſich von dem Erbtruchſeſſen zu Waltburg, als Inhaber der Herſchafft. Trauchburg, umb acht tauſend Pfund ledig gemacht und an das Reich ergeben; ſeind vom Kaiſer Carl dem Vierdten dergeſtalt zu einer Reichs-Stadt aufgenommen und erhaben vvorden, das ſie Kaiſerl. Majeſtet und dero Nachkommen am Reich Jahrlich 100. heller. auf S. Martins tag richten, geltē und bezahlē ſollē.* (*Daniel. Haider.* in actis Lindau. fol. 631. *Knipſchild.* de Iur. & priu. ciu Imp. l. 3. c. 56. n. 6.] Ita *Vlma* aliquādo villa Regia fuit, Monaſterio Richenauenſi, in lacu Bodamico ſito, à Carolo M. pro animæ ſuæ & parentum ſuorum remedio tradita (*Ioan. Naucler.* aliàs *Fergēhans* in Chron. Ger. vol. 2. gener. 27. f. 6:7.] Aſt ſub Imperatore Ludouico Bauaro à Monachorum iuriſdictione pecunia ſeſe redemit; à quo & ius eligendi Senatum, qui Vrbem regeret impetrauit, quod ius à Carolo V. Imp. confirmatum fuit. Quod hiſce formalibus effert *Felix Fabri*, Monachus Vlmenſis (in Chronic. Sueuiæ l. 2. c. 2.] *Sic ergo Vlmenſes longo tempore ſub iugo Monachorum & Regimine eorum degebant eòſque tanquam Dominos ſuos recognoſcebant, & miniſtri eorum voluntarij erant, quamdiu Monachi miniſtri, Deo deuoti manſerunt; tandem autem religione tepeſcente, & ſeculari pompa in Monachis creſcente, Deo permittēte tepuit in Vlmenſibus amor & affectus & obedientia ad Monachos illos: Videbāt enim quod de bonis eorū nutriebatur ſuperbia cū multorū ſcandalo.* Hęc ille citāte. *Dn. Myſler.* l. c. c. 19 n. 5. Ita ſingulari fato omnes ſubditi ſecularib. dominis parent placidius, & clericalē dominiū nemo libēter vult pati. Hinc Helmſtadienſes Monachorum imperium pertæſi, ipſum aliquando Abbatem Vverdenſem Ottonem II. irâ perciti interemerunt. Ab eo tempore ciues Helmſtadienſes Reuerendis Abbatibus rebelles & obſtrepetos ſeſe declarauerunt, vt refertur in Catalogo Abbatum Vverdenſiū manuſcripto. Vnde Monaſterio Vverdenſi [cui per annos 680. Helmſtadienſes ſubſuerant] neceſſitas impoſita vrbem certâ pecuniæ ſummâ ann. 1490. Vvilhelmo Duci Brunſu. & Lynæb. tradendi. De hac re ita Meibomius: Anno 1490. ingens accidit vrbi Helmſtadienſi mutatio. Parebant Abbati jam annos 700. ſed parebant, vt qui imperare mallent. Tædebat eos domini huius, optabant potentiorem, qui non longè abeſſet, nec cucullo indutus urbem ingrederetur, ſed qui armatus ipſe armatos in hoſtem educeret. Itaque cum Abbas Vverdenſis Epiſcopo Halberſtadenſi vrbem ſuam venum offerret, Abbati dicenti, ciues Monacho ſubeſſe nolle, facerè reſpondit: Fortè nec ſacrifico parere volent. Abbas itaque iteratò à ſuis irritatus, quod

Offenburg. Gengenbach. Zell.

Yſni.

Vlma.

Titulo emptionis nonnulla Ciuitates euadūt liberæ.

Eccleſiaſticū Imperium ſubditi non libenter ferunt.

Helmſtadium.

Emptionis venditionis exemplum.

animo propoſuerat; maturandum ratus, Guelpherbitum ſe contulit, &c. Hæc *Meibomius* (in Orat de fundat. vrb. Helmſtad.) Is qui tradidit Abbas Vuerdenſis 53. fuit, dictus Antonius Grimholdius de quo in Abbatum M. S. catalogo hæc legimus: Quinquageſimus tertius Abbas Helmſtad. Anton. Grimhold. in cultu quidem diuino & monaſticâ diſciplinâ vir erat Zeloſus, ſed maleuolentiæ reclamationiſque Helmſtadienſium impatiens. Vnde commotus vrbem cum feudis in Saxoniâ ſuo Advocato Duci Brunſuicenſi tranſtulit pro mercede quidem non magnâ. Vnde hoc tetraſtichon.

Magnificata fuit dominis vrbs religioſis,
Ditior hinc dominos deſpicit illa ſuos.
Hoc *mouet Antonium. Brunſvvigo vt traderet illam,*
Fortior vt durum comprimat is populum.

Et ab hoc tempore Helmſtadium prouinciæ Guelphicæ inditum eſt, & ante aliquot annos ceſſio vrbis adeò confirmata eſt, vt Sereniſſimi Principes noſtri eorumque Illuſtriſſimi liberi ac nepotes in perpetuum nobile hoc Abbatiæ Vverdenſis feudum retineat. (Reuerendiſſ. Dn. D. *Hildebrand* [in oration. de fundat. Acad. Iuliæ.] Hæc

Lindavv. obiter. Similiter *Ciuitas Lindauienſis* ab Hugone Comite Brigantino [*Bregez*] libertatem emit quadraginta duabus marcis auri & argenti, ac ſeſe ſub immediatam Imperij Romani iuriſdictionem contulit Henrico III. Imp. imperante. [Vid. *Stumpf.* in Chron. Heluet. l. 4. cap. 48. *Munſter.* in Coſmogr. l. 3. cap. 253. *Knipſchild.* de iur. & priuil. Ciu. Imp. l. 5 cap. 31. numer. 14.] *Aliæ denique Ciuitates ſpontaneo motu*, (ſalua tamen, qua iam tum gaudebant libertate & priuilegiis) *Imperio ſeſe ſubmiſerunt*; quemadmodum de *Geneua, Arelate, Veſontio* aliiſque ciuitatibus legimus apud *Beat. Rhenan.* l. 2. Rer. German.

Kaufbeuren. Tit. de German. Regn. fol. 129. Ita de Ciuitate *Kaufbeura* annales memorant, quod ea ſe proprio Marte à jugo *Baronis vom Hoff*, Domini hereditarij liberauerit & Imperatori & Imperio ſeſe ſubjecerit, imperante Conrado II. Contigit hoc occaſione adulterij Baronis Ottonis de Villa, qui erat vltimus ſuæ familiæ, quem civis in ipſo criminis actu deprehendens, vnà cum vxore noctu interfecit; atque inde Ciuitate hæcce Imperio ſeſe dedidit. (*Zeiler.* in Topogr. Sueuiæ, f. 304.) Aliter refert *Lehman.* l. 4. Chron. Spir. c. 4.

Adulterij exemplum.

Reſeruata Imperatorū in vrbibus Imperialib. ſtādē perennt. XIV. Parta autem Vrbibus Imperialibus libertate, remanſerunt tamen plurimæ ſub Regimine & onere *Advocatorum* ciuicorum, tanquam perpetuorum Imperij vicariorum, *Reichs Vægt, Reichs-Schultheiſſen, und Reichſamnannen*; (Vid. latè *Dn. Myler.* in Archol. cap. 21.

cap.21.) à quibus tandem ſeſe liberarunt, ac inſuper Imperialia adhuc ſuper exiſtentia bona & Regalia, veluti vectigalia, Monetas, Collectas & ſimilia iura, quouis titulo, iure dominij acquiſiuerunt, vel per oppignorationem, remota omni reluitione obtinuerunt (*Munſter.* l.3. Coſmogr. cap.22. & 23. *Lehman.* Chron.l.4. cap. 1. & cap. 1. fol. 270. 280. *Alſo das endlich auch die Reichs Stadt* (circa ann. Chriſt. 1400.) *durch Verdienſt gegen dem H. Ræm: Reich, durch* libertæt *und* conniuents *der Kaiſer, durch Tauſch, Kauff und Schenckungen, durch ſtillſchvveigende langvvirige* alluuion, *ſich von den Reichſvægten; und dero Beſchvverniſſen loſigevvirckeet, und ihre Lands obrigkeit, in ihrem* territorio *auch endlich ervvorben haben. Daniel Haider.* in Diſc. Von Reichsuœgt. fol. 14. & in act. Lindau. Lit: Pp. 1. fol. 581. *Myler.* l. c. cap.21.num.2.)

Ius reluendi in pignore. Tituli libertatis vrbium preſcriptio.

XVI. Conſtituunt ciuitates Imperij per Germaniam in Comitiis peculiare Collegium, in quo in duas claſſes (vulgo ſcamna vocant) ſeparantur, Rhenanam & Sueuicam ſecundum quas etiam iunctim ſua ſuffragia ferunt. Præcipuæ inter iſtas vrbes ſunt (iuſto Ordine cuique Ciuitati ſaluo.) *Ratisbona, Norimberga, Francofurtum, Auguſta Vindelicorum, Lubeca, Colonia, Vlma, Argentoratum, Brema.* Hamburgenſis Ciuitas, illa Amſtelodami æmula, quem in locum reponenda ſit, mihi iam determinare non vacat, neque licet. Vid. infra ad *articul.10. Inſtru. Pac. verb. Hamburgenſi*: Reliquarum vrbium opes, quum valde ſint acciſæ, aliqui augurantur, fore vt aliquando penitus ſub iugum mittantur. Sanè Epiſcopi non obſcurè minantur iis, in quibus Cathedrales ipſorum Eccleſiæ exiſtunt. *In Hamburgum*, opulentiſſimam totius Germaniæ, *ius prætendunt Duces Holſatiæ.* Vicini tamẽ Principes vix conceſſuri videntur, vt tam opimus bolus Holſatis accreſcat. *Bremenſibus hodie Sueci negotium faceſſunt, qui citra iſtam Ducatum ſuo nunquam ſatis cautum credunt.* (Conf. *Monzamban.* de Statu Imper. German. cap.3. pag.54. vbi affert ſuſpicionem, ne quidem veriſimilem, quaſi in Suecorum fraudem Brema inter liberas ciuitates in Comitiis ann. 1641. recepta, quum iam ſuboleret, Ducatum illum in Suecorum manus peruenturum. Nam à Kœnigsmarckio longè poſt annum 1641. Bremenſis Archi-Epiſcopatus feruente cum Danis bello, ſubactus.) Sanè *plurimi non abſurde indicant, vicinorum Principum, quos commercia fluuij Viſurgis tangunt, plurimum intereſſe, ne Brema ſub Suecorum molendinum trahatur.* Si vera potius, quam dictu ſpecioſa dicenda ſunt, *intereſt tranquillitatis & ſalutis publicæ Imperij, vt Ciuitates Imperiales*, è quibus plurima emolumenta in vicinos Principatus ac Comitatus promanant, quæque ius ſtandi in Comitiis tam longo tempore quiete poſſederunt, *immunes ab omni impetitione*

Quot vota Ciuitates dent in Imperij Comitiis.

Hamburgũ.

Brema. Suecorum intereſſe rati ne Brema.

Intereſſe Principum Vicinorum Bremenſis ciuitatis.

Intereſſe Imperij circa Vrbes Imperiales.

relinquantur, per *art.*8. *Inſtr.Pac.verſ.Tam in vniuerſalibus, &c.*Et quæ eſſet iſta inuidia? quũ etiam eodem modo, quo reliqui Status, ad hæc-ce ſummi quaſi faſtigij iura Ciuitates peruenerint. *Sunt* enim *Ciuitatũ quoque opes; Opes & Robur Imperij*, vt dicere ſolebat Carolus IV.Imper.(referente *Peucero* lib.5. Chronic. vide latè Dn. *Knipſchild*, Ciuitatis Eſlingenſis Syndicum famigeratiſſimum, de Ciuit. imper l.2.c.1. num.4.& ſeq.*Dn.Myler*.in Archolog. cap. 21. num. 3.) Hinc Imperator Sigiſmundus in ſua Reformatione Imperiali ann. 1436. Ciuitates Imperij *VVürdige*,imò *Heilige* vocat dum ſcribit: *Da vvurden die Heiligen Reichs Stædte gefreyet und geordnet, darumb ſtehen ſie geſchrieben* Heilig, *dan ihnen vvar empfolen alles Recht und Göttliche Seeligkeit* (Mira locutio! An ius ſacrorum hic intelligit?) *und vvard die Chriſtenheit durch ſie geſtercket,und vvurde ihnẽ Gœttlich und Vueltlich Recht empfohlen* &c. apud *Goldaſt*. in Statut.& Reſcript.Imp.fol.172.& 192.Proinde relinquantur hiſce Imperij ciuitatibus iura ſuperioritatis ac territorialia, in Inſtr. Pac. l.cit. in perpetuum ipſis à toto Imperio confirmata, (vid. *Inſtr.Pac*.art.8.verb. *Cum omnimoda iuriſdictione intra muros & in territorio.*) in quo textu etiam votum in Comitiis non conſultatiuum, ſed deciſiuum ijs adiudicatum.Id quod etiam conuenit cum formula, qua Elector Moguntinus eas ad Comitia inuitat: *Ihr vvollet erſcheinen, mit vnd neben andern Reichs-Stænden helffen handeln, rathſchlagen und ſchlieſſen, &c.* (Vid. *Ludolp.* Hugo de Statu Region German.c.5. §. 4. vbi textu art.8. Inſtr. Pac. agit. *Paurmeiſter*. l.1 de Iuriſdict. c.8.n.2.3.4. vbi bene contra *Peucerum* diſputat *Dn. Limnæ*.l.7.de I.P.c.1.num.50.& num.46.) Nata eſt tamen de hac re controuerſia ſuperiori demum ſeculo vbi religionis diſſidium magis magiſque gliſcere cæperat, teſte *Hortleder*.part.1.*Von urſach deſz Teutſchen Kriegs* cap.37 num.27. Mirum autem quantum deſudat in eo *Andreas Knichen*, (de Iur. Territor.c.1.nu 116.quem ſequitur *Roſenthal*.c.1.de Feud.Concl.13 lit.B.) vt Ciuitatibus iura Superioritatis queat adimere. Cuius nouæ opinioni obſtat obſeruantia & ſtylus Curiæ Imperialis, qui apud Publiciſtas & Priuatiſtas tanti eſt roboris, vt ita poſſeſſum in dubium reuocari nequeat. (Conf.*Dn.D.Dieterich*.in not.ad Aur.Bull.tit.1.verb. *Ciuitatum*) Confutatus inſuper eſt Knichenius ſatis ſolide *in der endlichen Schluſz-ſchrifft* in cauſa *deſz Kayſerl. Fiſcals* contra *die Statt Speyer*, exhibita die 18. Martij ann.1612. (vid. *Adrian. Gylmanni*.Symphorem.Tom.3. in præiudic. verb. *Ciuitas Imperialis Dn.D Bawieg.* iam Sereniſſ.Duc. Brunſu.& Luneb.Conſiliarij Diſput.inaug de Iur.Fiſci. th.10. *Dn. Ludolph.Hugo*.l.c §.3 & 4 *Dn.Myler*. in Archolog.cap. 22. num 5. & *Dn. Rudolph de Schulenburg*. de Orig.dicti: *Ein Ieder Fürſt iſt Kaiſer in ſeinem Land*.Et plenius *Knipſchild*.de priuil.Ciuit.Imp.lib.2.cap.2.) *Dn. D. Die-*

Controuerſia an Ciuitatibus Imperij competat in Comitiis votũ deciſiuum.

Knichenij noua & erronea opinio.

D. Dieterich.] ad Proem. Aur. Bull.] ſcribit: *Quamuis in Inſtr. Pac. Ciuitates ad votum deciſiuum legantur reſtitutæ; tamen ex actis Comitiorum de an. 1653. & 1654. Nondum apparere id vſurpaſſe Ciuitates:* quod tamen non immerito in dubium vocaueris. Nouiſſima ſane Comitia Ratisbon. praxin conſtitutioni Inſtrumenti pacis ſatis confirmant. Hinc *Ciuitates Imperij liberæ ſunt communitates Imperio immediatè ſubiectæ, ius ſeſſionis & ſuffragiorum in Comitiis habentes*: & quamquam quidam Maleuoli & Liberarum Ciuitatum Imperij Osores hoc ægrè ferant; tamen per Inſtrumentum pacis l. cit. obex illis firmiſſimus iam poſitus, aduerſus quem præualeſcere vix poterunt. (Add. *Lehman.* lib. 4. Chr. c. 3. fol. 281. 282. Dn. *Knipſchild.* d. Trac. lib. 2. c. 2. per tot.) Verum autem & genuinum *intereſſe Ciuitatum Imperialium in eo conſiſtere videtur*, vt *auream libertatem*, multo pretio ac ſanguine partam, atque hactenus defenſam, *omni ope conſeruare pergant*: *Franciſcus Guicciardinus* [lib 7. Hiſtor.] ita liberos Germaniæ Ciuitates deſcribit: *Recognoſcere eas quidem penſionibus certis & definitis Imperij auctoritatem: Cæterùm ipſas ſuis ferè moribus ac Magiſtratibus gubernari, neque ſtudere tam territorio amplificando, quàm libertati ſuæ confirmandæ.* In hiſce Ciuitatibus hodie nullæ iuris regulæ magis ciuium memoriæ infixæ ſunt, niſi illę, quæ de pretioſâ libertate agunt. (1.) Libertas eſt res inæſtimabilis (l. 106. de R. I. (2) Nemo ſit alterius qui ſuus eſſe poteſt (*Bonacoſſ.* de ſeruit. quęſt. 1. in fin) Inæſtimabile bonum eſt ſuum fieri. (*Senec.* Epiſt. 75.) (3) O bona libertas pretio pretioſior omni (*Palingen.* in Leone. p 100.) (4) Libertas pecunia lui non poteſt, nec reparari poteſt. (l. 9. §. 2. D. de Stat. liber. (5) Non valent pacta quibus ius libertatis infringitur. (l. 21. §. 2. D. de condit. & demonſtr.) (6.) Libertas vitæ anteponitur (l. vlt. C. de Patr. poteſt.) Et poſt ſacros hymnos in Imperialibus vrbibus nulla carmina ſunt gratiora, quàm illa quæ *Georg Rollenhagen* qui ſe *Forſchmeuſeler* vocat de libertate compoſuit: v. g.

Definitio Imperialium Ciuitatum.

Intereſſe ciuitatum Imperialium.

Carmina de aurea libertate.

Verflucht ſey nun die Dienſtbarkeit,
Hochgelobt die edle Freyheit.
Die iſt umb Kein Gelt zuverkauffen,
Nach der ſolt man zur Vvelt auſslauffen,
Drumb der Stegliz dem Knaben ſagt,
Der ihn mit vielen ſeüffzen fragt:
Vvarumb er ſich von ihnne gevvand?
So er doch aſs auſs ſeiner Hand,
Und ihm nie Vviederfuhr ein Leids:
Eſs iſt nichts beſſers den Freyheit:

Et mox:

Der Uvolff rühmbt auch des Hundes Glück,
Seinen feiſten und glatten Ruck,
Da er ſich Kaum ernehren Kund,
Sein Ruck grad Vvie ein Kerbholz ſtund.
Als aber ihm der Hund vorſchlug,
Er Kœnt ſeins Glückes brauchen mit fug,
Vven er mit ihm ging in die Statt,
Under darin gevvilligt hat,
Auch itzt mit ihm zur Stat hinging,
Den Hund er zufragen anfing,
VVie er ſo Kahl vvar umb den Kragen,
Ob er dahcumb daſs Joch muſt tragen?
Nein ſprach der Hund: Daſs ich die Nacht
Deſto fleiſſiger halte die Vvacht,
VVerd ich deſs tags ins Halſsband,
An ein eiſen Ketten geſpant,
Ade, ſagt der Vvolff, lieber Ohm,
Zu dir ich nicht zu gaſte Kom,
Liebr Uvill ich arm ſein, und mein Mann,
Den reich an deiner Ketten ſtahn.
[*Froſchmeuſel.* p. 1. l. 2. c. 7.] Idem (l. 2. p. 2. c. 2.)
Der zaunkænig iſt Klein und ſchlecht,
Noch bleibt er Herr Vvird niemands Knecht,
Vnd vven ihn gleich die Mannthier fangen,
Mit Schleuffen, kaſten und Leimſtangen,
Sezen ihn loſs in ihr Gemach,
Daſs er umbflieg hab gute ſach,
Kreucht er doch in ein heimlich Loch,
Oder ſezt ſich bloſs auf ein Bloch,
Hengt ſeine Flügel, ſperrt auff ſein Mund,
Felt umb, ſtirbt in der Vierteil ſtund.
Vvil liebr verlieren ſein Leben,
Den ſich in Dienſtbarkeit begeben.

Regimen Vrbiū Imperij. XVII. Quod formam regiminis Imperij Ciuitatum attinet notandum, quod Ciuitates Imperiales olim gubernatæ à Principibus, Comitibuſve, aut Imperatoris Præfectis, planè vt cæteræ Regiones. (De *Pratura* hac, qua nomine Cæſaris gubernatæ Vrbes vide præclarum ſcriptum cui titul. *Hiſtoriſcher Bericht von des Reichs Vogtheien*, cuius Autorem conſtat eſſe *Danielem* Heiderum, ***Heiderus.*** Virum

Virum Germanicarum rerum peritiſſimum, Conſiliarium Lindauienſem, Contra quem prodiit aliud ſcriptum cui tit. Refutatio *des Reichs Vogts*; Apologetico ſcripto alio Heideri dudum iugulatum.) Quoniam autem hæc adminiſtrationis forma granis ipſis viſa fuerat, paulatim ſui iuris factæ, liberiorem Rempub. inſtituerunt. Regi autem cœperunt per Conſules & Senatores ex nobilioribus ciuibus delectos. Exéplum huius noui regiminis peti poteſt ex Repub. antiqua Spirenſi, quam deſcribit *Lehman.* lib. 4. Chronic. Spir. cap. 11. & 13. Migrarunt itaque ciuitates in ſtatum priori adminiſtrationi proximum, Ariſtocraticum nimirum & hæc forma regiminis durauit in multis ciuitatibus ſatis diu. Quum autem Patricij iſti ſuperbè imperitare inciperent, plebs autem incremento iam diuitiarum & multitudinis aucta hoc indignè ferret, ſub initium ſeculi XIV. ſeditiones paſſim exortæ ſunt, id quod exemplis Argentorati, Moguntiæ, Hagenoæ, Wormatiæ, Spiræ, Norimbergæ, aliarumque ciuitatum declarat *Lehman* [l. 6. Chronic. c. 3.] Ita factum vt tandem Patritij omne imperium amitterent, & Reſpubl. Optimatium in Democratias ſiue Politias mutaretur. (Vid. Dn. *Ludol. Hugo* de Stat. Reg. Germ. c. 1. §. 7. & c. 5. § 2.) Reſpublicæ itaque vrbium in Germania hodie ſunt vel Ariſtocraticæ vel Democraticæ, itidem tamen inter ſeſe multis modis differentes, prout & Democratiarum & Ariſtocratiarum ſpecies ſunt variæ. Vna *Noriberga* Oligarchiam hodie obſeruat. Obſeruandum tamen eſt, *quum omnes Vrbes*, etiam quæ Imperiales appellantur, *non ſint ſui iuris plenè quidem, hinc nuſquam integras Ariſtocratias, aut Democratias aut Oligarchias reperiri, ſed earum tantum ſpeciem*, quamuis nonnullæ Vrbes hodieque ea ſint potentia, vt à plena libertate parum abſint. Facta eſt autem Rerumpub. mutatio in Democratias ideò, quod numerus plebis poſt an. 1300. vt & eiuſdem opulentia per commercia & varij generis artificia inſignem in modum creſcere cæpit: Ex aduerſo Oligarchici & Optimates minus prudenter ſeſe gererent partim in admittendis paſſim collegiis opificum, quibus ad Democratiam parandam ſolet aditus patefieri, partim in depeculando ærario publico, partim in impotente plebis dominatu. [*Dn. Conring*, ad Lampad. p. 3. cap. 7. §. 1. qui ibidem docet, antiquiſſimas Vrbes Germaniæ (quas hodie Germaniæ fines comprehendunt, & trans Danubium & Rhenum in ſolo Gallico, Rhetico, Norico & Pannonico ſunt ſitæ) à Romanis eſſe exſtructas, Germanicaſque gentes intra hoſce 600. & quod excurrit annos demum animum ad condendas Vrbes appuliſſe.

Mutationis cauſa in Ariſtocratiis.

Seditionum cauſæ.

Libertatis popularis amor gignit democratias.

Oligarchia Ariſtocratica.

Cauſa mutationis Rerumpubl. in Vrbibus Germanicis.

Libertas Imperii Ciuitatum recipit magis & minus.

XVIII. Obſeruandum hic porro libertatem Vrbium Imperij recipere gradus. *Omnes* quidem *Imperiales ciuitates quà tales, pari iure gaudent; ſed non ſunt omnes pares, quatenus liberæ ſunt.* Siquidem non

Goſlaria. paucæ certa lege & conditione etiam Principes agnoſcunt, in cæteris integra libertate fruuntur. Ita *Goſlaria* eſt Vrbs Imperialis maxima *Noriberga.* tamen iura in illam ſibi vindicant Duces Brunſuic. & Luneburg. (Vid. *Strauch.* in Diſſ. Exoter.) *Noriberga* ſimiliter eſt Vrbs Imperialis iam poſt mortem Alberti Ducis Franconiæ, qui fraude Hattonis Archiepiſcopi Moguntini à Ludouico III. Imper. fuit interemptus. Hæc tamen Vrbs in multis Marchioni Brandeburgenſi, quatenus eſt Burggrauius Noribergenſis, obnoxia eſt. (Vid. *Dn. Ludol. Hugo.* de Stat. Region. German. c. 4. n. 25. *Lehman.* l. 4. Chron. c. 4.) Sunt porrò multæ Vrbes Imperiales, iuriſdictione criminali carentes, Principibus aut Epiſcopis iure protectionis aut alio modo obnoxiæ; atque adeò, has non eſſe plene ſui iuris, aut ſoli Imperio ſubditas, liquido cuiuis conſtare poterit.

An dentur in Imperio ciuitates mixta. XIX. Nonnulli præter Ciuitates in Imperio liberas ſcilicet, & prouinciales (*Reichs vnd Land Stadte*) ſtatuunt *tertium genus Ciuitatum, quod mixti fori appellant.* Inter mixtas eiuſmodi ciuitates Reinkingius *Hamburgũ.* *Hamburgum* refert, vt pote quæ Ducibus Holſatiæ ſubſit, ſaluis tamen priuilegiis, quæ ab Imperio poſſidet. Imo *Sprengero* ſi credimus (in fin. Iuriſpruden. publicæ) hæc florentiſſima pariter ac potentiſſima Vrbs non ambit forum mixtum ſed peculiarem quandam Rempubl. ab Imperio ſeparatam, conſtituere ſatagit: Id quod tamen non immeritò quis in dubium vocauerit. *Ego mallem Hamburgum non mixtam, ſed controuerſi iuris ciuitatem appellare*, quum cauſa quæ inter Duces Holſatiæ & Ciuitatem intercedit, nondum plene ſit deciſa. In hodiernis Comitiis Ratisbonenſibus hæc Ciuitas habuit Legatos ſuos Dn. Syndicũ *D. Vincentium Garmers* & Senatorem Dn. *Lucam von Campen*, id quod *Hamburgenſium inſignia Ratisbonæ violata.* Ratisbonæ ex inſigniis Hamburgenſibus, non longè à porta Danubij ædibus cuiuſdam affixis, deprehendi. Ibidem mihi referebatur aliquando huius Ciuitatis inſignia fœde violata fuiſſe; Legatoſque Vrbis indigne hoc ipſum ferentes Ratisbona Viennam properaſſe atque ibi à S. Cæſ. Maieſtate Mandatum inhibitorium impetraſſe: conſtitiſſe tandem hominem quendam emotæ mentis, cuius ratio è regni ſolio dejecta, atque ſub iugum miſſa erat, hoc ipſum perpetraſſe, & ita hoc admiſſum excuſatum atque ſufflaminatum eſſe. Sed de Hamburgo plura infra ad art. 10. Inſtr. Pac. Inter mixtas ciuitates multi etiam retulere *Erfurtum*, in quam Vrbem prætendit *Moguntinus* Archi Præſul, *cuius* *Erfurtum. Moguntini prætenſio in Erfurtum.* *fundamenta ſunt hæc*: 1. Ottonem *Magnum* Imperat. poſt mortem Burchardi Domini Thuringiæ Erfurdiam donaſſe Archiepiſcopo Moguntino. 2. Ottonis Imp. filium *VVilhelmum* poſtea factum eſſe Archiepiſcopum Moguntinum, illumque Patris conſenſum non ſolum de Erfurdia, ſed etiam de tota Thuringia tenenda impetraſſe: Hunc Vvilhelmum tranſmiſiſſe poſſeſſionem in ſucceſſores, qui in ea manſuerunt

vſque ad.

vſque ad *Ludouicum Barbatum*, qui Thuringiam excepta Erfurdia occupauit, cuius poſteritas eam titulo Landgrauiatus poſſederit. Hujus familia extincta Thuringiam ad Marchiones Miſniæ veniſſe; atque inde eſſe, quod poſt tantum temporis ſpatium Archiepiſcopi Moguntini in Thuringiam nihil prætendere audeant: Semper tamen illos Erfurdiam retinuiſſe, atque à tempore Ottonis M. Erfurdiæ Dominos fuiſſe. 3. Arnoldum Archi-Epiſcopum Mog. Erfurdiam muris cinxiſſe an. 1154. quam etiam fidelem ſedis Moguntinæ filiam appellauit. 4. Infinitas extare literas, in quibus Moguntinenſis à ciuibus Ordinarius hereditarius Dominus, vulgo *Erbherr* appellatur. 5. Archi-Epiſcopos Erfurdiæ ſemper Vice-Dominum habuiſſe cui nomine Archi-Epiſcopi homagium & iuramentum ciues præſtiterint. 6. Magiſtratum in ſcripto quodam miniſtros iudicij Moguntini de dato ann. 1631. Archi-epiſcopum ſuum immediatum ſuperiorem appellaſſe. 7. Dn. *Anſelmum Caſimirum* quendam nomine Valentinum Akerman Ciuem Erfordenſem, propter furtum commiſſum relegaſſe ann. 1636. d. 26. Iun. 8. Archi-Epiſcopum habere iuriſdictionem fluminum, vt & ius confirmandi Superiores, Mechanicos, illorum Collegia, horumque præpoſitos. 9. *Gerhardum* Archi-Epiſcopum Moguntinum Magiſtratum Erfordienſem conſtituiſſe, illique formam iuramenti præſcripſiſſe an. 1258. item *Sigefridum III.* Archi-Epiſc. Hermanum de VVippach Caſtrenſem recepiſſe in ciuitatem. 10. Vigore compoſitionis inter *VVernerum* & Erfurdenſes citra conſenſum Archi-Epiſcopi illos ſtatuta condere non poſſe. 11. *Gerhardum* Erfordienſibus propter occiſos Iudæos pœnam centum marcarum argenti quotannis ſoluendam impoſuiſſe. 12. Erfordienſes licet non expreſſis vocabulis *Trevv vnd hold*, tamē ſemper Archi Epiſcopo, vt ſuo Domino *als ihrem rechten Hrern*, iuraſſe, &c. Contra *Dn. Limnæus Erfordienſium cauſam defendit ex hoc fundamento*, quòd Archi Epiſcopus Moguntinus non ibi omnimodam & territorialem, ſed quandam limitatam iuriſdictionem obtinuerit, & quod iuramentum à ciuibus præſtari ſolitum nō concernat ſubjectionem, ſed rigidam priuilegiorum & iurium Moguntinenſium, quantum in ciuitate habent obſeruationem, *dan ſie ſchvveren, das ſie des Churfürſten Gerechtigkeit vnd* iuriſdiction *nicht ſchmälern, ſondern handhaben vvollen*. Quod autem ciues iurent, hoc exinde profluxiſſe, quod muros Friderici Imperatoris juſſu à Ludouico Langr. Thuring. deſtructos, Archi-Epiſcopus Chriſtianus reparauerit. Ciues inſuper prætendunt, à diuerſis Archi-Epiſcopis omnia iura, quæ in Ciuitate habuerint, redemiſſe: Archi Epiſcopum aliquando Palatium in Vrbe exſtruere cogitaſſe; Cæterum hoc ſe ideo denegaſſe, quòd territorij dominus minimè exiſteret. Habent in hac ciuitate *Duces Saxoniæ ius Protectionis*,

Moguntini prætenſio in Thuringiā euanuit. Præſcriptio.

Ius protectionis Ducũ Saxoniæ in Erfurdiam.

& ſalui conductus vnà cum certa protectionis collecta, quam in Bon aureis conſiſtentem ſingulis annis Erfordienſes exſoluunt, cuius medietas pertinet ad Electoralem domum; altera medietas in duas partes diſpeſcitur, vna lineæ Vinarienſi, altera lineæ Altenburgenſi aſſignatur.

Euentus controuerſiæ Moguntinæ in Erfurdiã

Euentus controuerſiæ Erfurtinæ; Superiori ſeculo quum Ciuitas Euangelij doctrinam reciperet, Archi-Epiſcoporum autoritas euiluit, & Ciuitas ſe patrocinio Ducum Saxoniæ ſubmiſit. Inde inter Saxoniæ Duces & Archi-Epiſcopum diſputatum, *an iure quis alienos ſubditos in patrocinium ſuſcipere poſſit*. Agitata eſt illa cauſa *Mainz* contra *Erfurt* in Camera (*Vid.* Klock: Vot. Camer. Relat. 69.)

Sententia Cameralis in cauſa Erfurtina.

Camerales deciderunt, nunquam Ciuitati licuiſſe Duces Saxoniæ pro Dominis protectionis aſſumere, & quamuis inſuper Ciuitas an. 1548. documentis ſuam libertatem demonſtrare voluerit, *in iudicio* tamen *Camerali*, referente *Sprengero hanc ſententiam audiuit, quod nunquam libera, ſed ſemper S. Martino Moguntino Patrono, & Archi-Epiſcopi Moguntiæ Superioritati territoriali addicta fuerit*. Ita Erfurdia, quamuis inter maximas Germaniæ Ciuitates numeretur, nunquam eò peruenire potuit, vt inter minimas Imperiales Ciuitates poſt Buchouiam *am Federſee* poſita fuerit. Cæterùm hac ſententia lis nondum fuit ſopita, ſed potius illa, quum Camerales tum temporis Pontificiis nimium addictos ſe gererent, Euangelicorũ grauamina adauxit. Præterito tricennali bello hanc Ciuitatem *Guſtauus Adolphus* Rex Sueciæ occupauit, ac poſt illius mortem *Bannirius* Suecorum Generalis, eam in patrocinium ſuum recepit, vt ita hæc ciuitas iam à Corona Suecica dependere cæperit.

Nouiſſima Moguntini prætenſio in Erfurdiam.

Iam *porrò Moguntinus prætendit*, in Tractatu Pacis Oſnabrugo Monaſterienſi Suecos conſenſiſſe, quòd Ciuitas debeat redire ad obedientiam Archi Epiſcopi. *Ad quod Ciues regerunt*, Suecos non potuiſſe plus transferre, quàm quod antea Archi-Epiſcopi habuerunt præſertim vltimis temporibus. *Contra Archi-Epiſcopus urget Inſtrumentum Pacis*, cuius clauſulæ generalis vigore debeat rurſus reſtitui. Tandem *Imperator Archi-Epiſcopi cauſam pro iuſta reputans Ciuitatem in Bannum declarauit*, & ſic Moguntinus, militibus Regis Galliæ, Pacis executoris, adjutus, ante paucos annos hanc inſignem Ciuitatem; Thuringiæ frenum, ſub iugum miſit, vrbique, extructâ in monte Sancto-Petrino citadella, compedes injecit. Vtinam Erfordienſes, ſuo malo infelices, ſanctius ac reuerentius excepiſſent Heroldum Cæſareum, Suecique (qui non minus ac Rex Galliæ ſunt executores Pacis Germanicæ) ac Saxoniæ Duces ſuas partes hic ſtrenuè interpoſuiſſent: Profectò commune Euangelicorum intereſſe in amiſſione tantæ Vrbis, tam inſigni clade minimè afflictum fuiſſet.

Euangelicorum intereſſe affligitur

Ipſa recta ratio dictitat, & rerum humanarum exempla plurima docent, nemini vitio

vertend-

Arcanum Statiſtarum vicini increſcentem potentiam eſſe quouis modo reprimendam.

vertendum, quicunque vicinum ſuum, à cuius interitu ſalutis ſuæ diſcrimen metuendum fore ſatis conſtat, omnibus viribus è periculo inſtanti eripere & liberare contendit. Sed nos illud, quod in extremo Equi Troiani ſcriptũ erat, nimium amamus, ſacriſq; Mitris multum hodie fidimus, quod tamen plurimi ex Illuſtriſſimorum proſapia nondum ſatis digerere poſſunt. *Benè ſanè ſibi conſuluiſſent Erfordienſes, ſi de ſummo iure ſuo, quod ſæpe ſumma crux exiſtit, aliquid remiſiſſent, atque Euangelicorum interpoſitionem inſtanter, inſtantius, inſtantiſſimè vrſiſſent, nec non ita feruidè dicam an ſtolidè? Præconẽ Imperatoris indignis modis excepiſſent*, quo ipſo odiũ pæne omnium incurrerunt. Hoc modo ſi rem ſuam egiſſent, iam non ad citadellæ intuitum gemerent, & ex imis præcordiis ſuſpiria traherent.

Neutralitas Vrbium Germaniæ magis obeſt, quàm prodeſt.

Documento ſane *ſunt Erfordienſes ambiguam ſiue mixtam Urbium Germaniæ conditionem & vt ſic dixerim, Neutralitatem, tandem libertatẽ cum ſeruitute commutare*, extremumque exitium tam ſingulis quàm vniuerſis apportare. Non ita abſurdè quidam non ita pridem indicauit, *Erfordienſes*, propria culpa malum ſibi attrahentes *eo tandem deuenturos, vt ex uno capite halecis aſſati* Thuringis alias iuxta prouerbium bene grati, *quinque fercula facere cogantur.*

Münſter in VVeſtphaliã,

Mixtę conditionis etiam antea voluit haberi *Monaſterium* in Weſtphalia, quæ ciuitas ſuperiori ſeculo Anabaptiſtarũ factione, cuius capita erant Ioan. von Leyden, Bernhard Knipperdolling & Crechting (Vid. Sleidan. Comment.) ſatis nota, atq; hoc ſeculo ob concluſam ibi Pacem Germanicam per totam Europã nominis ſui famam dimiſit.

Controuerſia Epiſcopi Monaſterienſis cum Ciuitate eiuſdem nominis. An ciuitas prouincialis poſſit fœdus cum exteris inire?

Quum hæc Ciuitas cum Hollandis fœdus ad ſui defenſionem percuſſiſſet, ingens inter Epiſcopum & Ciuitatem orta eſt controuerſia & an. 1558. mota eſt quæſtio: *Ob die Statt Münſter in Krafft des Hanſe-Bunds befugt ſey wider ihres gnädigen regaliſirten Lands Fürſten wiſſen und willen verbündniſſen mit andern Herſchafftẽ einzugehen? Pro affirmatiua hæc pugnabant*: 1. quòd ciuitas Monaſterienſis ſit in fœdere Hanſico, lege publica Imperij confirmato: Collegium autem Hanſeaticum habere ius fœderis tam cum exteris, quàm cum aliis. (*Beſold.* de Iur. Fœder. c. 3. vbi factum Lubeccenſium, an 1616 cum ordinibus Fœderati Belgij fœdus renouantium, ex iure defendit.) Ita etiam Ciuitates Lubeca, Brema, Hamburgum nemine contradicente an. 1645 & 1646. itidem cum ordinibus Fœderatis fœdus inierũt. Non itaque in iniquam partem eſſe rapiendum, ſi ciuitas Monaſteriẽſis apud Ordines Fœderatos ſe in illud fœdus recipi petat. 2. quòd Ciuitas Monaſterienſis non ſit merè municipalis, ſed mixta, adeoque fœderis ineundi ius ipſi competere (*Knipſchild.* de Priuil. Ciuit. l. 1. c. 3. n. 71.) 3. licet hæc ciuitas non ſit mixta, ſed purè municipalis, tamen ad ſui defenſionem, & tuẽda commercia fœdera cum aliis ipſi inire licere, dicẽdum eſſet. Ligæ enim & ſocietates, quæ hodie fiunt inter ciuitates Superiorem recognoſcen-

tes ſi fiant ad ipſorũ defenſionẽ, iure ſubſiſtũt. (Mynſing. 6. O. 2. n. 6.) Et fœdera, quæ ad licitum & bonum finem ad conſeruationem incolumitatis & ſalutis ordinantur, etiam abſque ſpeciali veniæ impetratione licita & permiſſa ſunt. (*Rumelin.* ad A. B. p. 2. Diſſ. 4. th. 32. 34 *Klock.* de Contribut. c. 14. ſec. 3. n. 12. *Beſold.* *Knipſchild.* lib. 2. c. 33. n. 18 . 9.) *Pro negatiua Epiſcopi ſane n ſequentia:* 1. Fœdera ſolùm ab iis contrahi, qui jura Majeſtatis habent, ceu Politicorum filiis notum ſit [*Beſold.* de jur. Fœder. c. 3. n. 1. *Rumelin.* l. cit. th. 34.] Ciuitatem autem Monaſterienſem, non habere jura majeſtatis, neque illi jus fœderís ſpeciali priuilegio à Principe eſſe conceſſum. 2. Notorium eſſe Monaſterium nó eſſè ciuitatem immediatè Imperio ſubjectam, ſed municipalem, ſaluis licèt ſuis priuilegiis & immunitatibus prætenſis. Adeoque Viennæ in judicio aulico quoad prętenſam immedietatem an. 1656. nihil obtinuit. Iam verò omni dubio carere; Ciuitates non liberas, ſed ſubditas non poſſe fœdera pangere ſine licentia ſuperioris (*Klock.* Tom. 1. Conſ. 14 n. 45. qui aliàs eſt inſignis Ciuitatenſis, add. *Aur. bull.* tit. 15. R. I. Spir. an. 1529. §. *vvir auch Churfürſten* ibi: *desgleichen auch keiner des andern Vnterthan.* *R. I Spir. de an.* 1548 §. *Doch ſoll kein Stand.* ibi: *Oder vvider ihre Obrigkeit.*) 3. Ciuitatis Magdeburgenſis fœdus cũ Belgis Fœderatis ab Imperatore impugnatum & irritum pronunciatũ (*Meteran.* in Hiſtor. Belg. ad an. 1614. *Rumelin.* D. 4. ad A. B. th. 34.) quum tamen illa ciuitas præcipua ſit inter mixtas, quas appellant *Knipſchild.* l. c. l. 1. c. 30. & l. 4. c. 1.] 4 Quod exemplum vrbium Lubecæ Bremæ, Hamburgi attinet, quæ fœdus cum Hollandis contraxerunt, in quod recipi ciuitas Monaſter. petiit, huc non quadrare, quũ prædictę ciuitates matriculę Imperij inſertę & priores duę in notoria poſſeſſione immedietatis ſint. Iam verò Monaſter. ciuitatem neque immediatam neq; mixtã eſſe. *Mixtæ* enim *illæ dicuntur, quæ antea eſſent liberæ, ſub certis pactis & conditionibus Principi vel alteri Statui ſe ſubiecerunt, & extra illa pacta liberæ remanent.* (*Gail.* 2. O. 54 *Klock.* de Contrib. cap. 14. ſec. 3. n. 9. 26.) 5. Et quamuis Ciuitas Monaſterienſis priuilegiis certis gaudeat, tamen illa non ab Imperatore & Imperio, ſed à ſuo Principe habere. Et licet Imperator nonnulla priuilegia confirmarit, tamen hoc nihil obſtare, vtpote quũ confirmatio nihil tribuat novi. ſed illud quod antea datum, corroboret. Hinc *Monaſterienſis* Ciuitas *poſt tempora Anabaptiſtarum, quum omnibus priuilegiis & iuribus tum ob rebellionem eſſet priuata Principique ſuo omnibus modis ſubiecta, ſemper ciuitas mere prouincialis remanſit*, ſaluis tamen manentibus priuilegiis, quę poſtea à Principe ſuo rurſus accepit. 6. Ciuitates etiam mixtas, ſi ſint tales, quę Principi ſuo juramentum prętant, & quibus Principes titulum tribuunt: *Liebe Getrevv*, ius fœderis non habere tradit Mageruſ (de Aduocatia armata, cap. 6. n. 295.) qui ita

Klockius.

Quæ ſint ciuitates mixtæ.

Mutatio Ciuitatis Monaſterienſis unde orta.

ita in terminis: *Das nun die Statt Münſter I. Hoch-Fürſtl. Gn. daſelbſt mit einem* iuramento *verpflichtet, das auch von deroſelben gemelter Statt das* prædicatum *Liebe getrevve gegeben vverde, vvird vvol von keinen vernünfftigen geleugnet vverden* 7. Quod porrò allegatum eſt de fæderibus, ad ſui defenſionem ſanciendis etiam abſque ſuperioris licentia, hoc cum mica ſalis *Beſold.* l. cit. num. 12. accipiendum monet, ſi ſcil. licet auxilium & copia ſuperioris haberi non poſſit; quod de ciuitate Monaſterienſi dici non poſſit, vtpote quum illi auxilium & copia ſuperioris in Imperio non defuerit. 8. Nec etiam hic adeſſe iuſtam & legitimam cauſam contrahẽdi fæderis, quum Princeps non impugnauerit Ciuitatis priuilegia, ſed controuerſia inter Epiſcopum & Ciuitatem fuerit de iure præſidij, & ab eo dependentibus, quod ius hactenus in iudicio aulico probare non potuit. 9. Subditos ſeſe alterius Superioris clientelæ ſubiicere non poſſe, niſi in caſu, quo illis defenſio contra Principem eſt permiſſa (v. g. quando à Principe deſtituuntur & indefenſi manent, aut cum Princeps planè eſt tyrannus. *Beſold.* l. c.) Subditis autem in Imperio eſſe prouiſum remedio appellationis, ſi grauentur per Dominum iure ſuperioritatis & auctoritatis. (*Klock. Tom.* 1. Conſ. 29. n. 905.) 10. Quod fædera ad bonum & licitum finem, conſeruationem ſcil. ſalutis & incolumitatis abſque veniæ impetratione ſint permiſſa, hoc non aliter, quàm in Imperij Statibus valere cenſet. *Rumelin.* (ad A. B. p. 2. D. 4. th. 31.) 11. Ius protectionis & defenſionis vrbis Monaſterienſis aduerſus omnem vim competere Principi Epiſcopo, & quum ille ipſos deſtituere noluerit, nullo iure Ciuitatem externa fœdera cum Hollandis quærere. *Vbi enim Principis haberi copia poteſt ſubditis minime licet aliena quærere auxilia*, inquit *Rumelinus* l. cit. Vid. pl. in Scripto ann. 1658. in lucem edito cuititulus: *Rechtliche begründete Anzeige vnd Ausführung über die Frag: Ob die Statt Munſter in Krafft des Hanſebunds befügt ſey, &c. Verbundniſſen mit auſvvertigen Herſchafften einzugehen.* Item: *Gründlicher Verhalt vnd Erzehlung vvie ſich die Statt Munſter in VVeſtphalen gelüſten laſſen, vvieder des H. Reichs Sazung von ihren gehuldigten Landes Fürſten abzuſezen, vnd ſich zu den Herrn Staaten der Vereinigten Niederlande zuſchlagen. Occaſio, quæ Monaſterienſes ad fœdus hocce contrahendum impulit, fuit iſta*, quod Ciuitas, in cauſa immedietatis & exemptionis ab Epiſcopi iuriſdictione, in iudicio Aulico Cæſareo victa ſit. Quum enim Ciuitas anno 1656. liberationem ab Epiſcopi ſuperioritate, ſimulque ſe pro immediata Imperij Ciuitate declarari peteret, per bina decreta hoc eidem denegatum. Primum: *Munſter die Stad* in puncto prætenſæ immedietatis *abzuvveiſen* d. 28. Iul. 1656. Subſcriptum: *Reinhard Schræder.* Ad hanc Reſolutionem Cæſaream Ciuitas regeſſit: *Das*

Occaſio Fœderis cum Belgis contracti.

Sie zwar ein und anders, was I. Kay. Maj. bey dieſem puncto fur bedenken gehabt, an ſeinem Ort allergehorſambſt beruhen laſſen müſſen, und dieſelbe wegen aſſiſtenz, *des* Fiſcalis *ferner nicht behelligen wollen, können aber ihr* ius immedietatis ſuo loco & tempore *auszufuren, nicht unterlaſſen, nicht weiniger wieder den Herrn Biſchoffen und das Thumb-Capitel zu Münſter als angemaſſete* contradictores *nach Ordnung Rechtens, ſolches zu* deduciren *vorbehalten, deſwegen auch* pro iuris ſui conſeruatione *hiemit zum zierlichſten zu* proteſtiren *eine nothwendigkeit zu ſein erachtet, mit bitt dieſer* reſeruation, *und angemeldter* proteſtation protocollando *zu gedencken, und ihnen eine gewiſſe Vrkund zu ertheilen.* Tulerunt tale reſponſum: *Das* Memorial *mit den Beylagen wiederumb hinaus zugeben, und laſſen es I. Kay Maj. nochmahls bey der abſchlaglichē* reſolution *bewenden.* Subſcriptum: *Reinh. Schrœder.* Quum itaq; Ciuitas immedietatem à Ferdinando III. Imp. impetrare non poſſet ſtatim dum Imperator obiit, ann. 1657. d. 9. May ad Belgas Fæderatos Hagam Comitum Syndicum ſuum Dn. Licentiatum *Drachter* & Henricū *zun Mühlen*, miſerunt, hac fini, vt cum Hollandis fædus nomine Ciuitatis inirent. *Epiſcopus* hoc animaduertens an 1658. d. 10. April. *mandatum pœnale promulgat*, in quo Ciuitatem à propoſito dehortatur, ac monet, vt Legibus Imperij conuenienter viuant, litem & cauſam ſuam per legitimos tramites in Imperio peragant, fædis cum Hollandis non ineant, ac Deputatos ſuos Haga-Comitum auocent. *Ciuitas regeſſit* fædus hoc ad ſecuritatem commerciorum & viarum cum Belgis iniri. *Reſponſum ab Epiſcopo*, ſibi, non exteris, defenſionem commerciorum ac viarum publicarum competere, neque conſtare de damno commerciis ac viis publicis illato: Sibi ex fæderis art. 3, 4. & 5. ſatis conſtare, quod fædus hoc ideo ſit initum, vt ſe à legitimi Principis juriſdictione eximant, adeoque Ciuitatem, quum det operam rei illicitæ, verſari in dolo, cuius pænam & vindictam ex Legibus Imperij ſibi reſeruet. Vide pl. *in Script.* ſupra allegato: *Gründlicher Verbale.*, &c. Quum cauſa hæc *Münſter* contra *Münſter* iterum an. 1659. eſſet in iudicio Aulicos aſſumpta, tandem tale ſententia fuit terminata: *In Sachen ſich haltend zwiſchen Burgermeiſter und Rath der Stadt Münſter, und ihren Landes Fürſten Herrn Chriſtoff Bernhard Biſchoff zu Münſter ſeind die an ſeiten der Stadt ubergebene* poſitiones *und Bweis articul als unerheblich nicht zugelaſſen, und dieſelbe und ander urſachenhalben gebetene* commiſſion *abgeſchlagen, darauff die Sache von Ambtswegen fur beſchloſſen angenommen, und allem furbringen nach zu recht erkent, das Burgermeiſter und Rath das* in actis *eingeführte* jus præſidii, *zuſambt dem* jure clauium portarum, vallorum, murorum, *und* ſymboli ſiue teſſeræ militaris *in der Stadt Münſter nicht erwieſen, ſondern des Herrn Biſchoffen als ihres Landes Fürſten und Ordentlicher Obrigkeit*

Euentus controuerſiæ Monaſterienſis.

Sententia in cauſa Monaſterienſi.

Obrigkeit præſidium militare *ſo offt es Ib. Fuſtl. Gnad. fur nothvvendig achten, unvvegerlich keine eintrag oder Verhinderung zuthun ſchuldig ſein ſollen, die unkoſten aus bevvegenden urſachen* compenſirend. *und vergleichend.* Signatum *VVien unter I. Kay. Maj. aufgedruckten Signet Inſigel.* d. 9. Iul. 1659. Subſcriptum : *Georg Vlrich Graff zu Wolckenſtein. Reinhard Schræder.* Quum verò Ciuitas huic ſententiæ ſe accommodare nollet, Epiſcopus, auxiliis Moguntini, Treuirenſis, Colonienſis, & Palatino-Neoburgenſis adjutus, Ciuitatem obſidione cinxit, ac tandem expugnauit. Frenum dein urbi per Citadellam eſt injectum, & *euentus in Monaſterio atque Erfurto docuit, hoc ſeculum minimè Ciuitatenſe eſſe; & egregias Vrbes (Æſopicas illas gallinas, aurea oua parientes) præſertim à Sacerdotibus, ſacris mitris tiariſque inſignitis, hodie ſubigi atque ita tandem libertatem in multis ciuitatibus veteris ægroti ſomniis planè reddi ſimilem, & tantum non in Chimæricum ens degenerare, vt multi, qui Monaſterienſis Epiſcopi ſucceſſus felices habuere ſuſpectos, tum temporis judicarunt.* *Libertas Vrbium hoc ſeculo naufragium facit.*

XX. Patet ex hactenus adductis, *amphibium* quaſi *Ciuitatum genus* non adeò Imperij tranquillitatem conſeruare illæſam, illaſque Vrbes, *inter Imperiales ac Prouinciales medio modo pendentes*, nunquam aut rarò quieto regimine frui. *Iis ſanè ciuitatibus, quæ hactenus pro Prouincialibus agnitæ ſunt*, nunc verò ad Comitiorum Imperij Senatoriam dignitatem, qua data porta adſpirant, *longè melius erit conſultum, ſi cum Principibus ſuis* qui in illas minimè ſcenicum & vmbratile jus vt plurimum prætendunt, *quibuſuis tutis conditionibus tranſigant, & hoc modo, licet non Imperio, ſed Principibus ſuis*, à quibus priuilegia recognoſcunt, *ſe ſubjicientes, liberiorem tamen Rempublicam ita porrò in otio cum dignitate & ſumma ſecuritate continuent.* Ego Deum veneror, vt etiam tandem aliquando Sereniſſimo Duci Brunſuicenſi ac Lyneb: cum florentiſſima Vrbe Brunonipolitana, ex voto omnium, æquiſſimis conditionibus conueniat, quo Sereniſſimorum Ducum Brunſuicenſ. ac Lynæburgenſ. bene cohærens territorium Vrbs Brunſuicenſis per interiectum ſuum non amplius disiungat, ſed æterno quaſi pacto vniat, ac firmiſſimè in poſterum coarctet. In eo enim non minimum inclyti illius Ducatus intereſſe repoſitum videtur. *Intereſſe Vrbium Prouincialium quæ priuilegiis Imperiales Ciuitates æmulantur. Brunſvviga.* *Intereſſe Ducatus Brunſuicenſis.*

XXI. Vt iam ad *Vrbium Mixtionem vel potius confuſionem* redeam illa ſanè in conſtitutionibus & Receſſibus Imperij minimè eſt fundata, vt proinde *Matthias Stephani, Reinking, Beſoldus, Knipſchild*, & alii non adeò operæ pretium fecerint, dum doctrinam de Mixtione Vrbium *Iudicium de Mixtis Imperij Ciuitatibus.*

Imperij primum introduxerunt. Non ſanè diſſiteor in plurimis Imperialibus Ciuitatibus Principes etiam certis iuribus gaudere (vt ſupra quoq; dictū) aſt quum à potiori ſemper debeat fieri denominatio, quid opus eſt terminos Iuris Publici contra Imperij leges præter neceſſitatē multiplicare. Sanè in cauſa Archi-Epiſcopi Moguntini contra Erfurdiam, quum R. ferens illud genus mixtum, (quod ancipitis indolis vacat *Magerus* (de Aduocat. Armat. c. 4. n. 293.) ad eam cauſam accommodare tentaret, cæteri Aſſeſſores in eo ipſi non ſunt aſſenſi. Improbat etiā hoc mixtum Ciuitatum genus *De-aſius*, *Klockius* (in Vot. Cameral. Relat. 25. n. 100.) *Paurmeiſterus* itidem (l. 2. de Iuriſd. c. vlt. n. 6. 10. & ſeqq.) multis hanc tripartitam Vrbium Imperii diuiſionem (in Imperiales, Prouinciales & Mixtas) impugnat, quum in Conſtitutionibus & actis Imperij publicis mixtum illud genus nullum fundamentum habeat, ac (l. cit. n. 31.) idem Autor dicat, quòd is qui tripartitam illam diuiſionem protulerit, commentum ſuum, ex vſu Reip. non obſeruandum prodiderit, quum tale genus ſine contradictione fingi non poſſit.

Intereſſe Ciuitatum Imperialium.

De reliquo *Intereſſe Vrbiū Imperialiū præcipuū eſt, vt omni ope libertatis conſeruationi inuigilent.* Quum enim hodie *Opes Vrbium ſint* (Vulgo dicimus: *Die Kauffleüte haben das Gelt*) forſan non paucæ, Epiſcopis nonnullis vicinæ, nō carebūt inſidiis. *Fridericus* III. Imp. (in Reform. ſua in Declar. 4. art. 3.) aſſerit, *Erfurd habe aus eigenem nutzen ihr libertat verlohren.* Et ex hoc forſan venit, quod in antiquis Imperii matriculis nonnullæ reperiantur Ciuitates, quæ nunc prouinciales reputantur.

Statua Rolandina.

XXII. Satis prolixe iam egimus de Imperii Ciuitatibus, vnum tamen vel alterum adhuc erit addendum; ac primùm quidem quæritur *an Coloſſi ſiue Statuæ Rolandinæ (Roland) ſint ſignum libertatis Vrbium?* Vulgo dicunt Carolum M. in quibuſdam Saxoniæ Vrbibus Rolandum poſuiſſe argumento libertatis iſtarum Vrbiū. Cæterum hæc vulgi ſententia eſt falſiſſima. Nam tempore Caroli M. in vniuerſa Saxonia nulla fuit Vrbs, præterquam quod nobilis villa, & quæ proximè ad Vrbem acceſſit fuerit *Brema*. Deinde nullibi legitur, quod Carolus M. Sororiū ſuum Rolandum in Bellis Saxonicis adhibuerit. Et quis credat Carolum M. ſeipſum præteriiſſe, ac Miniſtri ſui ſtatuam in Vrbibus poſuiſſe? Omnes hi Coloſſi decimo à nato Chriſto ſeculo ſunt primùm erecti, ac omnes illæ Vrbes, quæ ſtatuam Rolandinam, vt vocatur, habēt, poſt Caroli M. tempora ſunt conditæ; adeoque hæc traditio de Rolando eſt fabula. *Goldaſtus* harum ſtatuarum ſignificationem egregiè exprimit quando ait: *Rolandum eſt nomen proprium ſed appellatiuum, & dicitur à Rügen*, quod apud veteres Germanos ſignificat cauſam ſuam in iudicio proponere, & cognitâ cauſâ ſententiam ferre. Itaque *Rolandi ſtatua eſt ſignum, quod Cæſar ibi iudicem & iudicium publicum habuerit*,

vel

vel mallum, Eine Mahlſtadt. Vid. *Goldaſt.* de Priuileg. Vrbis Magdeburg. & *Gryphiand.* Tr. de Statuis Rolandinis.

An interſit Imperij Aduocatias Vrbium Imperij poſtliminio reducere.

Arcanum Stabiliendæ potentiæ Imperatoriæ.

XXIII. Quum *non nulli ex Aulico Politicis* ſint, qui *pro arcano Imperij Romano-Germanici tradunt, ad fundandam Imperatoris potentiam*, ac extollendam eius Maieſtatem *maximopere conducere, vt Prætturæ Imperij* (*Reichſvogteyen*) *in Ciuitates Imperiales rurſus introducantur*; non immeritò quæritur: *An conſultum, ius, faſque ſit Imperatori hasce Aduocatias Vrbicas rurſus inſtaurare. Quidam affirmant*, inter quos exiſtit *Lucius Verus* (ſeu magis Lucifugus in Apocalypſ. pro innocent. Imp. conſiderat. 86. fol. 254. quem ſequitur *Speidel.* in annot. ad Beſold. Theſ. Pract. verb. *Reichs Stadt.*). Cæterum hos bene confutat *Dan. Haider von Reichs Vœgten* lit. W. *vvvv.* & Dn. *Myler.* in Archolog. c. 22. in tot. Ciuitates enim Imperij ſeſe à iugo & regimine Aduocatorum ex communi tam Imperatoris, quàm Principum & Statuum Imperij conſenſu vel expreſſo vel tacito liberarunt. *Lehman.* l. 4. Chronic. c. 3. adeoque talia quæſita iura & priuilegia à ſolo Imperatore immutari ac tolli nequeunt, præſertim quum Imperator in Capitulatione ſua iurare ſoleat: *Alle Chur-Fürſten*, Fürſten, *Grauen vnd Stand, bey ihren Hoheiten*, Würden *vnd Gerechtigkeiten, Macht vnd Gevvalt, ieden nach ſeinem Stand und Weſen verbleiben zu laſſen.* (*Capitul.* Ferdin. *III.* articul. 3.) Meritò itaque Ciuitates Imperij iſtis Aduocatis Vrbicis de nouo onerandæ non ſunt. Pulcherrimè addit. *Dn. Myler.* l. cit. num. 14. ſequentia: *Sicut Principi, ita & Populo ſua ſunt iura; quæ dum vtrinque illibata manent, indiſſolubili nexu copulantur, illa iubendi æquitas, & obediendi promptitudo, & ſolidum Statum efficiunt. Dum verò proportionem ſuam excedunt, & hic vel ille alterius limites, euaſerit, vacillat ſubitò & concutitur cuiuſcunque Reipublic. corpus.* Hæc ille. Atque hodie hoc minus dubij habet propter ſanctionem & auctoritatem *Inſtr. Pacis art.* 8. §. *Tam in vniuerſalibus.* Dn. Myler. l. cit.

Intereſſe Imperij genuinum, vt Principibus ſua, ſua etiam Ciuitatibus iura maneant.

Freye Reichs Stadte & Reichs Stadte non differũt.

XXIV. Coronidis loco hic quæritur: *An differentia aliqua ſubſit inter Freye Reichs Stadte & Reichs Stadte? Sixtinus* & alij hoc affirmant, *Freye Reichs Stadte* appellantes, quæ à prima ſua origine liberæ fuerunt: *Reichs Stadte* verò quæ olim ſub Principe quidem fuerunt, ſed poſtea à iugo illo liberatæ ſunt. Cæterùm hoc minimè ſubſiſtere poteſt, vti patet ex iis quæ ſupra de Origine libertatis Vrbium attulimus, vbi deductum quod nulla Imperij Vrbs ab origine ſua libera fuerit. Vnde *Verbalis potius eſt differentia, quàm realis inter Imperij liberas ciuitates & Imperiales, aut ſi aliqua detur, ſe neſcire fatetur Dn. Limnæus* (l. 7. de Iur. Public. c. 1. num. 34.) Pulchrè *VVehner.* (in obſ. Pract. verb. *Freye Reichs Stadte.*) ait: *Freye vnd Reichs Stadte ſeyn im grunde*

ein ding, als nemlich das alle Reichs Stadte auch freye Stadte sein vnd genant vvurden ſollen eo reſpectu ac fundamento; *das ſie ſonſt keinen andern* Herrn *als das*. H. *Rœm. Reich oder Käiſ. Mai. ohn mittel haben vnd erkennen; vnd vvird darumb, ſo man aller Stadt vvegen oder auch ſonſten* Handlung *pflegen thue, der titul der freyen vnd Reichs-Stadte gemeiniglich* copulativè *geſezet*. Hæc Wenerus. Vid. plur. *Conring*. de Vibibus Imperial. Ioan Michael. *Heinz*. de Ciuit. Imper.

DISCVRSVS XXII.

DE

NOBILIBVS IMPERII immediatis.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. verb.

Comprehenſa immediata Imperij Nobilitate.

In vrbe Ratisbonenſi cõtinentur quinque Imperij Status.

HACTENVS de ſtatibus Imperij Romano-Germanici egimus; vbi vnicum adhuc ſingulariter eſt notandum reperiri in Germania Vrbem, in qua quinque Imperij Status ſedem habent. Illa autem eſt *Ratisbona*, in qua eſt Epiſcopus Ratisbonenſis. 2. Abbas S. Emerani 3. Abbatiſſa im Ober Münſter 4. Abbatiſſa im Nieder-Münſter & denique 5. ipſa Ciuitas, Ratisbonenſis. Ordo nunc nos admonet, vt paucis quoque de Nobilibus Imperij immediatis [qui dicuntur *Die Reichsfrey hoch Edelgeborne*] agamus.

Nobilium in Imperio diuiſio.

II. Equeſtris ordinis in Germania duplex eſt conditio; pars enim immediatè

immediatè Imperio & Imperatori ſubeſt, *VVelche von anderer Herrn Landes hohen Obrigkeit gefreyet, vnd dem Reich ohne Mittel vnter-vvorffen ſind*; pars alios Status Dominos agnoſcit. Vnde immediati dicuntur *Reichs Saſſen*; Mediati (quibus titulus tribuitur: *Hoch-Edelgeborne.*) *Landſaſſen* (siue, quod malim *Landsfürſtl. oder Graſl. Ritter vnd Edelleute*) appellantur. Immediati diuiduntur in Claſſem Franconicam, Sueuicam & Rhenanam, quarum ſingulæ in minores particulas rurſus diſpeſcuntur. *Equites Franconiæ* in ſex loca 1. *Oden-vvalt* 2. *Steigervvalt* 3. *Geburg* 4. *Alte Mühl* 5. *Die Buchen oder Bannach.* 6. *Die Kahn vnd VVahrn. Sueui* in quinque loca 1. *In Hegavv. Bodenſée, vnd Algau.* 2. *An der Thonavv* 3. *Am Kocher* 4. *Am Schvvartzvvalt oder Nekar.* 5. *Im Klintzgavv. Equites Rhenani* in propriè Rhenanos & Wetterauicos. Sub Rhenana Claſſe quoque continetur. *Die VVetteravv vnd derſelbigen zugehærige œrter, ſo ſeinen anfang am Hagenavver Forſt gehabt. vnd ſich auf ſelbiger ſeiten des Rheins des orts gegen Mainz über, da der Main in den Rhein flieſſet anfahend, vnd daſelbſt den Main hinauffbiſs gegen Aſchaffenburg, von dannen vvieder herümb von Gellhauſen folgends herüber vff den Lohn Strom auff beiden ſeiten den Vveſtervvald hinab bis in den Rhein, vnd alda vvieder den Rhein hinauff vnd hinab bis in das Land zu Bergen gehende*; Vid. *Simon Gunther.* de Priuileg. Rhenenſ. Nobil. *Limnæ* l. 6. d. I. P. c. 3.

III. *Origo immediatorum* talis eſt: in Sueuia, qui olim fuerunt Nobiles, Sueuicis Ducibus paruiſſe dubitandum non eſt. Cur enim deterior fuiſſet potentiſſimæ huius familiæ, quàm aliorum Magnatum conditio: Sed poſtquam *Conradinus* Sueuicæ Dynaſtiæ vltimus à Carolo Andegauenſe victus, captus, & capite plexus an. 1269. Sueuiæ inde Ducatus vna cum Equeſtri Ordine ad Imperium peruenit & præter Imperatorem, adhuc nullum alium agnoſcit Dominum. (Vid. *Beſold.* in Diſcurſ de Equeſt. Ord.) Planè eadem occaſione Franconicam Nobilitatem, nempe poſt Franconiæ Ducum interitum, Imperio ceſſiſſe credibile eſt. Tractus tandem Rhenanus, præter Sueuiæ Duces nullos alios certos Dominos agnouiſſe videtur. Quod autem *in Saxonia, Bauaria, Haſſia, Vveſtphalia, & alibi Landſaſſiatus vigeat, hoc inde eſt*, quod Saxonia, Bauaria. &c. aliæq;ue ditiones, à Carolo M. ſubactæ, in formam prouinciæ redactæ, nec Imperio incorporatæ, provt factum cum prouinciis Rhenanis, Sueuia itidem & Franconia (*Sprenger.* de Iuriſpr. publ. p. 184. 185.) Poſtea Saxoniæ, Bauariæ ſimileſque Duces, cum territorio diſtrictuque ab Imperatoribus inueſtiti fuerunt, planè nulla ſibi in Nobiles reſeruatâ poteſtate. Atque hinc Nobilium Ordo Principibus iſtis immediatè ſubiectus ſubditúſque fuit. Vid. *Ludol. Hugo.* de Stat. Regio Germ. cap. 1. §. 8.)

Origo Nobilium immediatorum.

Sueviæ Ducatus mutatio.

Quare in Saxonia, VVeſtphalia Bauari, &c. Nobiles ſint Landſaſſii.

An Nobiles immediati ſint Status Imperii? Hippolitus à Dreiſbach.

IV. Anxiè inquirunt Publiciſtæ: *An Nobiles hi immediati ſint ſtatus Imperii?* Multi ex Prœm. A Bull. verb. *Nobiles immediatos*: volunt ipſos eſſe Imperij Status, quorum caſtris acceſſit *Rumelinus* (ad A. B. Diſs. 1. th. 12.) & nouiſſimè hunc ſecutus *Hippolitus à Dreisbach in ſeinem vnuorgreiſlichen Bedencken, über etzliche Fragen der Reichs Ritterſchafft in Francken, Schwaben, &c.* item *Autor Diſcurſus: Das des H. Rœm. Reichs freyer vnmittelbarer Adel ein Stand des H. Rœm. Reichs ſey.* Huic tamen ſe opponit *Dn. Limnæ*. l. 6. de I. P. c. 3. qui in addit: ad d. c. 3. Hippoliti illius argumenta refutat, & in Additament. ad Capit. Caroli V. p. 222. Cuius opinio hactenus verior videtur; vtpote quum in hodiernum vſque diem nec ſeſſionem nec votum in Comitiis habeant, nec etiam ad comitia Imperii amplius vocentur. (Vid. *Dn. Strauch.* Diſs. Exoter 4. num. 22.) In Comitiis Auguſtanis 1555. quum Euangelici Status etiam pro Nobilibus immediatis intercederent *Ferdinandus Imp.* in Replica ſua die 30. Aug. reſpondit: *Es ſey nicht viel erhœret vvorden das dererhalb, die nicht zun Reichs-Tagen beſchrieben auch nicht Reichs Stænd ſein, dergleichen Satz oder Ordnung geſucht. In Statuum Duplicâ*, prædictis in Comitiis Rom. Regi oblata, dicitur: *Das ſie ſich keiner Stande auſſerhalb Churfürſten, Fürſten, Prælaten, Grauen, Freyen, Herrn vnd den Freyen Richs-Stadten in Reich Teutſcher nation vviſſen zu erinnern. In Declaratione Electorum & Statuum Catholicorum*, facta in conuentu Compoſitionis *Francofurti*. an. 1631. inſtituto habetur: *Dievveil die Franckiſche Ritterſchafft vveder ein Stand des Reichs iſt, noch in einigen vælligen Reichs* deputation, *oder andern* conuẽtibus ſeſſionem *auch* votum *hergebracht.* Reſponderunt Euangelici: *Die Freye Reichs Ritterſchafft, &c. ob ſie gleich nicht Reichs ſtænde &c.* Quod olim fuerint Status apparet ex fine Aur. Bullæ vbi cæteris ordinibus connumerantur. *Reformat: Friderici III. de an.* 1442. in init. ibi: *Freiherrn, Ritter vnd knecht.* (Conf. *Lehman.* l. vlt. Chron. c. 97. fol. 913. col. 2. Sed conſule eundem l. 2. Chron. cap. 12. à princ.) Cæterùm poſtea cum onera Imperij ferre non poſſent, paſſi ſunt in Comitiis ſe præteriri, & ita hoc nobiliſſimum ius non adeò curaſſe videntur; quod ipſum vt rurſus poſtliminio quaſi recipiant, quum *Statuum reliquorum præſertim Euangelicorum intereſſe non minimum in eo ſitum ſit*, ego & plures alij ſeriò optamus, & neſcio qua permoti animi diuinatione, nondum deſperamus. [Conf. quæ ſupra ex *Conringio* ad Lampad. attulimus in Diſc. de Stat. Imper. in genere.] Pulchra ſunt *Dn. Speidelij* verba: *Ego ampliſſimo huic Ordini Equeſtri mea ſententia vel rationibus nihil quidem derogatum eſſe volo, ſed ei omnino maiora priuilegia & praeminentias, quàm hactenus ipſo facto habuerunt, opto; interim tamen quod hactenus & moderno tẽpore reuera non ſint ſtatus Imperii, potius dicendum*

Nobiles immediati intereſſe ſuum negligunt.

Intereſſe Euangelicorũ ratione Nobilium immediatorum.

dicendum, quàm contrarium, experientia ipſa & notorietate reſiſtente, ſtatuendum erit. Loquor de præſenti & non de futuro ſtatu, nec mea ſententia eſt, Equeſtri huic Ordini libero præiudicare velle, ſed potius animum ei addere præſertim quum conſtet quod in proximo & moderno Imperii conuentu non ſolum Collegium Comitum Francorum, ſed etiam Weſtphalorum & inferioris Saxoniæ, (deſz Fränkiſchen, auch Weſtphäliſchen vnnd Niederſächſiſchen Craiſes Graffen vnd Hern) ad ſeſſionem & votum, *vnd Zuvar ein iedes Collegium abſonderlich cum conſenſu Imperatoris & Statuum admiſſum fuerit: quid mirum ſi & liber Equeſtris Ordo, tum in Franconico, quam Sueuico & Rhenano circulo coniunctus, certis conditionibus & reſeruatis, itidem cum conſenſu Imperatoris & Statuum ad ſeſſionem & votum admitteretur?* Hæc *Speidelius* (in Specul. Var. Obſ. voc. *Freye Reichs Ritterſchafft*) *Sprengerus*, [in Iuriſpr. publ. p. 353] eſt in ea hæreſi, quod excluſio horum Nobilium è Comitiis magis ſit pro illorum vtilitate, dum nihil contribuunt *zum Rœmermonat*. Cæterùm an Dn. *Sprenger* genuinè & iuxta Statuum intereſſe ita iudicet, rerum Imperij periti haut difficulter indagare poterunt. Sanè *è re Imperij omnino eſt adaugeri Statuum numerum, quò plures ſint qui vna Imperij publica onera ferant.* Seuerinus de *Monzambano* itidem aſſerit Nobiles iſtos à Comitiis excluſos, hoc in fauorem ſui interpretari, vt ſumptibus ibi requiſitis poſſint ſuperſedere. Idem ſtatuit parum ipſis profuturum, vnum atque alterum ſuffragium ibi ferre poſſe. Hæc ille. Imó multum ipſis & Statibus hoc erat profuturum: cæterum Monzam. non obſcurè in euerſionem Nobilium propendet. **Monzambanus ſtringitur.**

V. Tametſi verò hi Nobiles immediati nondum inter Status Imperij ſint iterum recepti; habent tamen non minus, ac cæteri Status inſignia iura Regalia & priuilegia. 1. *Ius liberum circa religionem & Iuriſdictionem Eccleſiaſticam.* Cum enim in Comitiis Auguſtanis ann. 1555. de pace Religionis ageretur, Auguſtanæ religioni addicti Status, articulis cæteris adiungi petierunt: *Das in ſolchem Frieden auch begriffen ſein ſolten, die von der Ritterſchafft, Anſe-vnd andere Stædte.* Id quod etiam obtentum. Vid. R. I. de an 1555. §. *Vnd in ſolchem Frieden.* Quum contra hanc Pacem Religionis in præteritis Imperij turbis Pontificij arietare inciperent, & feruentibus hinc inde Reformationibus etiam Nobiles immediati paſſim turbarentur, valde de eo Euangelici Status in conuentu Compoſitionis, an. 1631. Francofurti inſtituto fuere conqueſti: Cæterùm quum conuentus iſte grauamina religioſa non tolleret, demum in Tractatibus Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſibus Euangelici Status in grauaminibus ſuis Eccleſiaſticis etiam Nobilium horum rationem habuerunt, dum inter cætera ita loquuntur: *Welches alles von der Freyen Reichs Ritterſchafft vnd deroſelben Erbge-*

De iuribus & priuilegiis Nobilium immediatorum.

Competit Nobilibus, Imperii iuriſdictio Eccleſiaſtica.

huldigten Vnterthanen vnd Hinderſaſſen nicht vveiniger zuverſtehen. Cõf. *Theat. Europæ.* Tom. 5. ad an. 1646 p. 1116. art. 14. Tandem in Inſtrumento

Intereſſe Euangelicorũ quoad Nobiles Immediatos

Pacis art. 5. §. 10. Nobiles immediati plenam ſatisfactionem tulerunt, *in iiſque propugnandi Euangelici intereſſe ſuum bene attenderunt*, Conceſſumque eſt Nobilibus iſtis circa negotium religionis idem ius, quod Electores, Principes & reliqui Status habent. 2. *Gaudent hi Nobiles iuriſdictione territoriali.* Nam quod in Principe eſt *Fürſtlich*, in Comite *Gräfflich*: in Barone *Freyherlich*, in Ciuitate Imperij *Reichs Städtiſch*: hoc in huiuſmodi immediatis Nobilibus eſt *Reichs Adelich*. (add. *Beſold.* de Ordine Equeſtri, n. 9. *Reink.* l. g. de R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 3. nu. 55.

An Nobiles habeant ſuperioritatem territorialẽ.

Bidenbach. quæ Nobil. qu. 1. n. 11.) Hinc ſuper Nobiles immediatos extendi nequit, *Die Landt-Fürſtliche Obrigkeit* (*Bidenbach.* l. c. n. 7.) Vide quomodo à Palatino Nobilitati iſti ſit proſpectum in Inſtr. Pac. art. 4. verſ. liberam, niſi in quibuſdam locis ratione bonorum & reſpectu territorij vel domicilij aliis Statibus reperiantur ſubiecti, vt patet *ex Inſtrum. Pac.* art. 5. §. 10. verb. *Niſi fortè. Gæddæus, Rumelinus* & alii negant hoſce Nobiles habere ſuperioritatem territorialem, quibus

Dn. Ludolphi Hugonis atque D. Stauchii opinio.

accedit Dn. *Ludolphus Hugo* (de Statu Region. German. c. 5. § 5 & 6.) hac ratione motus, quod ſuperioritas proportione quadam iuribus maieſtatis reſpondeat: Iura autem Maieſtatis habere cenſeatur, non quicunque hominum cœtui, ſed qui ſocietati ciuili ſumma cum poteſtate præeſt: Non itaq; cuiuſlibet ſpatii terræ liberam poſſeſſionem ſufficere ad hoc, vt quis ſuperioritatem habere dici poſſit, ſed tantam vniuerſitatem ac ditionem requiri, vt iuſtæ Reip. capax ſit, quam tamen non habeant Equites iſti liberi. Hæc ille. Idem ſtatuit *D. Stauch.* Diſſ. Exot. 4. th. 22. qui ſtatuit ſuperioritatem territorialem eſſe affectionem propriam & eſſentiale conſecutivum Imperij Ciuis ſiue Status, quo prædicato Nobiles iſti non gaudeant. Ego relinquo hic cuilibet liberam opinionẽ, & hac de re cenſeant alii magis periti. Immedietati autem iſtorum nihil derogat, quod aliqui illorum ſint Principum vaſſalli (*Gylman.* Symph. Tom. 1. p. 1. 4.) His enim iuramentum fidelitatis quod nullam inducit ſubiectionem) præſtant. (*Beſol.* de Ord. Equ. § 5.) Hinc

Imperatoris arcanum intereſſe.

quum Principes Nobiles immediatos ſæpe ſub prætextu *Der Lands-Fürſtl. Obrigkeit*, ſub ſuum Dicaſterium trahere conarentur, hoc tanquam attentatum ad Imperatorem retulerunt, qui ideo ſemper pro libertate illorum pronunciauit. (*Gylman.* Tom. 3. Symphor. verb. *Nobil.* §. *Den Fränckiſchen.*) In Capitulatione Leopoldina art. 40. æquiparantur Comitibus, qui non ſunt Status Imperii.

3 *Habent ius Auſtregarum* (Ord. Cam p. 2. t. 3) 4. *Ius Collectandi* (*Warem ab Ehr.* de Regn. ſubſid. c. 4. n. 13.) 5. *Bannum ferinũ* (*Wildbann.*) *ſo vvol das Kleine Waidvverck, als die hohe Iagt an ſchvvartz vnd roth Wildpreat.*

VVildprät. (*Meichſner.* Tom. 1. lib. 2. Deciſ. Camer. 2. num. 2.) 6. *Merum & mixtum imperium* (*Die Hohe Frais-Bott-Hals-vnd Landgericht Obrigkeit*) 7. *Ius fœderum*, (Vid. *Der Ritterſchafft Brüderliche vereinigung zu Landavv auffgericht*, apud *Goldaſt.* in Reichshandl. pag. 108.) Quæ olim potentia Equeſtris Ordinis fuerit apparet ex rebus geſtis *Franciſci de Sickingen vvelcher das gantze Römiſche Reich gepochet.* (Vide *Bellum Sickingianum.*) Vnde etiam in Capitulationibus promittit Imperator : *Das er des Adels Bündniſſen hindern vvolle.* (*Beſold.* in Theſ. Prac. voc. *Freye Reichs-Ritterſchafft.*) Quomodo ante paucos annos maxima pars Nobilium immediatorum cum Elect. Moguntino & aliis fœdus ad infringenda Sereniſſ: Electoris Palatini, iura & priuilegia inierit, de eo vide infra ad *art. 4. Inſtr. Pac. in Diſc. de Seren. Elect. Palat. Iurib.* Sanè apud multos Euangelicos Status id propterea ſiniſtram opinionem ſibi conciliarunt, vt inferius ex actis publicis apparebit. *Intereſſe* potius *horum Nobilium in eo verſari videtur*, *vt omnibus modis potentiores vicinos ſibi deuinciant*, *neque quicquam aduerſi ipſis inferant.* Aliàs ſecus ſi faciant, & ita à potentioribus rurſus opprimantur, iuſta talio videtur. Notæ aliàs querelæ horum Nobilium, non paucos Principes ſuæ libertati non obſcurè imminere, quod, quum in mediis ipſorum territoriis ſedes habeant, tanta tamen libertate gaudeant. 8. Porrò *hi Nobiles poſſunt abſque venia impetratione inſtituere diætas*, (*Buxtorf.* ad A. B. cap. 12. concl. 95. lit. A.) modo habeant licitum finem. 9. *Habent* etiam *ius legatos mittendi*, qui nomine nunciorum veniunt. (*Kyrchner.* de legat. libr. 1. cap. 3.) De iuribus horum Nobilium vid. plur. loſ. *Nolden. Roſenthal.* de Feud. cap. 5. concluſ. 78. numer. 9.

Fœdera Nobilium immediatorum.

Intereſſe Nobilium mediatorum.

VI. Nobiles porrò immediati quum animaduertere cœperunt ſingulos ſibi non ſufficere (*Singuli* enim *ſunt tanquam minuti Reguli*) ſocietatem inter ſe inſtar Reipub. fœdere & pacto inſtituerunt. Habent enim Senatum Equeſtrem (*Einen Ritter Rath*) Concilia [*Rittertæge*] magiſtratus [*Ober Haubtman vnd Vnter-Haubtleüte*] Leges & conſuetudines, aliaque Reipubl. inſtituta, de quibus quoad Nobilitatem Franconicam plura tradit *VVebnerus* (in obſ. Pract. voc. *Kreſſtag.* Dn. *Ludol. Hugo.* de Stat. Region. Germaniæ capit. 5. §. 6.)

Societas Nobilium immediatorum imaginem Reipub. refert.

VII. Coronidis loco hic paucis etiam euoluenda controuerſia Præcedentiæ, quæ eſt inter Ciuitates Imperiales & Nobilitatem immediatam. Norimbergæ primum anno 1619. in conuentu Correſpondentiæ orta inter Ordinem Equeſtrem Franconiæ & Ciuitates

Controuerſia Præcedentiæ inter Ciuitates Imperiales & No-

bilitatē immediatam. *Hiſtoria huius controuerſia.* *Fundamenta pro Ciuitatibus.*

contentio. [Vid. *Dn. Cruſium* de Præcedent. 4. 28. 24.] Dein Francofurti 1631. & 1634. Nobilitas immediata de ſede priori litem Ciuitatibus liberis & Imperialibus fecit. Eadem controuerſia magnis animis agitata, miſſo à Nobilitate *VVolfgango à Gemmingen*, in Monaſterienſi Dixta [apud *Vittor. Siri* Tom. 5. pag. 348. & ſeqq.] *Fundamenta pro Ciuitatibus* apud *Vittor. Siri* ſunt hæc. 1. Conſueta formula & ſedes publicorum actorum, vbi Electorum, Principum & Statuum mentio fit. Nobilitas verò immediata nunquam Statuum nomine venit, in matricula non continetur, ad Comitia non vocatur, nec ſuffragium illis conceditur, quod Ciuitatibus in Comitiis & Circularibus conuentibus nunquam negatur: *Status* autem Imperij *haud dubiè ei præferendus, qui non eſt Status*; nec enim maior in Imperio, quam illa admiſſio, dignitas eſſe poteſt. Porrò Ciuitatum collegium reliquis collegiis in deliberationibus quibuſcunque publicis, æquale habetur. Sic & Abbates & Prælati, qui natalium iure non nobiles, præponuntur haud dubiè Nobilitati ob ius Status. *Si quando interfuere Comitiis Nobiles, non tanquam Status concurriſſe, ſed vt negotia ſua Cæſari & Statibus commendarent, & vt gaudere eorum beneficio poſſent, quæ inter Status concluſa.* 2. In Pace Religioſa, poſtquam primo loco regula præſcripta Electoribus, Principibus & Statibus Imperij, tandem vltimo loco conſtitutio etiam ad Nobilitatem immediatam extenditur. 3. Quamuis Nobiles anno 1619. Norimbergæ, & Francofurti 1631. & 1634. primum locum affectarent ante ciuitates; his tamen prærogatiua antiqua ſeruata. *Fundamenta Nobilium* apud eundem *Siri* ſunt. 1. Stylo Imperij & Conſtitutionibus Cæſareis, quoties mentio fit Nobilitatis & Ciuitatum, illa præponitur. *Excip. Ciuit.* Contrarium eſſe in vſu. 2. Sæpe in huiuſmodi conſtitutionibus dignioribus minores nominandi ordine antepoſiti. 2. *Fundam. Nobil.* In toto mundo Nobiles ignobilibus anteponuntur. *Reſpon. Ciuit.* Ciuitates in ignobilium ordinem perperam referuntur. 2. Non reſpectus hic habendus ad ſingulos, ſed ad vniuerſitates. 3. *Fundam: Nobilium*: Hac antelatione degradari Nobilitatem, & pretium adimi ordini Equeſtri ac militari. *Reſp. Ciuit.* Non ita Nobilitati propria eſt militaris gloria, quin & in Ciuitatibus refulgeat. 4. *Fundam: Nobil*: Nobilitatem ſemper junctam fuiſſe Comitibus & Baronibus, *Reſp. Ciu.* 1. Non ex ea Conjunctione, ſed ratione & dignitate Status æſtimari prærogatiuam in Imperio. 2. Si Comitibus & Baronibus conjuncti ſint Nobiles, manere tamen Nobiles, nec Barones fieri. De cætero etiam Ciuitates vicinis & extraneis Principibus ac Regibus jungi fœderibus. 5. *Fundam Nobil*: Nobilis

Fundamenta pro Nobilibus.

fit

ſi Baronis dignitatem nanciſcatur, eo ipſo Ciuitatibus anteponitur; Quanto verò præſtant vno Nobili vniuerſus Ordo. *Reſp. Ciuit.* Præcedit Baro non vt Nobilis, ſed vt Imperij Status; quo ablato reſpectu cadit prærogatiua. 6. *Fundam. Nobil.* Quum nobilitas mediata anteponatur Ciuitatibus Prouincialibus, immediatam immediatis etiam præferri debere. *Reſp. Ciuit:* Non reſpiciendam ſolam immedietatem, ſed prærogatiuam Status Imperij. 7. *Fundam: Nobil:* Dari à Cæſare Nobilitati titulum: *Edle:* Ciuitatibus verò *Ehrſamb vnd Ehrbare. Reſp. Ciuit:* Ex Prædicatis ejuſmodi nihil colligi. 8. *Fundam. Nobil.* Nobilitatem fuiſſe Statum Imperij, quum ante 200. annos locum in Comitiis habuerit. *Reſp. Ciuit.* Hoc perinde eſſe ac ſi nunquam habuerit ius illud. (Vid. pl. ap. *Victor. Siri* l. cit.) *Euentus:* Ne hæc controuerſia Monaſterij rerum ſummæ impedimento eſſet, inuenta ratio, vt, (*quemadmodum hic Inſtrum. Pacis inſertum legitur*) ſub reliquis Statibus Imperij intelligeretur Nobilitas immediata. *Dn. D. Spenner.* de Prætenſ. illuſtr. *Dn. Conringius* (ad Lampad. part. 3. cap. 7. §. 2.) judicat Nobilium iſtorum poſtulatum, dum enixè ſæpius petierunt ſeſe inter Imperij ordines ad Comitia conuocandos, recipi, iure merito niti. Quum verò hactenus fruſtra fuerint, illos eſſe extra dignitatem, quæ Vrbibus debetur.

Euentus huius controuerſiæ.

DISCVRSVS XXIII. DE SVBDITIS IMPERII.

Ad art. 3. Inſtr. Pac. verb.

Subditi, Ciues & Incolæ.

An Status Imperij ſubditi dici poſſint?

HACTENVS egimus de Capite & Membris totius Corporis Imperij Romano-Germanici. Nunc etiam videndum de Imperij Subditis. Etſi verò Status Imperij, vt ſinguli conſiderati toti Imperio, ex Capite & Membris compoſito, ſubditi quodammodo dici poſſint, tamen quod ad ipſum Imperatorem, illius Corporis Caput Supremum, & Status inuicem conſideratos attinet, cum Politicis omnibus hic diſtinguere debemus inter *merè ſubditos*, qui ſuperiori ſimpliciter ſunt ſubjecti; nullamque poteſtatis partem obtinent; & inter *mixto ſiue non merè ſubditos*, qui ſimul in Reip. curam & partem poteſtatis ſunt adſumti [*Dn. Cellar.* l. 2. Pol. c. 18. n. 2.] Iam ergo Status vt ſinguli conſiderati Imperatoris qua talis merè ſubditi dici nequeunt, vtpote quum partem Reipub. Imperij conſtituant & cum Imperatore coimperent: Neq; obſtat, quod Status Imperatori iuramentum fidelitatis ratione feudorum præſtent. Illud enim ſubjectionem non importat, vt ſupra etiam dictum. Multo minus Imperij Status, vt vniuerſi in Imperij Comitiis conſiderati, Imperatoris merè ſubditi dici poterunt, quia hoc reſpectu ſi non plus, certè dimidium Majeſtatis Imperij participant. Imperium enim noſtrum hodiernum eſt Reſpubl. mixta, in qua in omnibus majeſtatis iuribus Status

coimperant

coimperant vt patet ex *art.* 8. *Inſtr. Pac.* §. *Gaudeant.* Omnino itaque in *iure Imperij publico diſtinguendum inter Imperij Status*, *& inter Imperij mere ſubditos, Stände vnd Vnterthanen.* Illud ad Principes, Comites, Barones & Ciuitates; hoc ad immediatos ſubditos v. g. Nobiles Sueuiæ, Franconiæ & in tractu Rheni, & ad omnes mediatè ſubditos erit extendendum. Neque mihi hic obiiciat quis, non pugnare inuicem, eſſe ſimul ſtatum & eſſe ſubditum. Ita v. g. in omnibus ferè Germaniæ Prouinciis ſunt Status prouinciales, qui tamen ſunt Principum & Statuum ſubditi. Diſtinguendum enim hic eſt inter Status in diætis votum conſultatiuum & deciſiuum obtinentes: Iam verò Status Imperij deciſiuum; Prouinciales tantum conſultatiuum votum habent: Illi Condomini, hi ſubditi dicuntur. Nec porrò officit quòd Status Imperij ſe ſcribant Imperatoris *Vnterthanigste; Gehorſamſte.* Hoc enim fit intuitu Imperij, cuius Imperator Supremum Caput & adminiſtrator eſt, cui ſe meritò cum maxima reuerentia, iuxta conſuetum Curiæ Stylum, reliqua Imperij Membra ſubmittunt. *Debemus* itaque in hoc negotio omnino *diſcernere interiorem Imperij conſtitutionem*, quæ in art. 8. Inſtr. Pac. fundata eſt, *ab externis ceremoniis & curialibus.* Vt paucis rem abſoluam: *Quemadmodum ciuiliter impoſſibile eſt, vt imperantes ſint parentes ſiue ſubditi; ita etiam impoſſibile eſt Imperij Status, qui cum Imperatore in Comitiis vna decernunt & iubent, poſſe ſubditos Imperatoris dici.* Non ignoro quidem in mixta repub. poſſe quem eſſe imperantem in re aliqua, ita tamen, vt reſpectu alterius partis, quæ alia in re imperandi poteſtatem habet, ſit parens *Dn. Cellar.* l. 2. Pol. c. 18. n. 2.) Cæterum vix vllum Imperij ius majeſtaticum occurrit in quo non & Status decidendi arbitrium ſibi vna cum Imp. capiant; adeóque licet Imperatoris in Comitiis ſit maxima autoritas, quæ diſcordantia Statuum vota in iuſtam conſonantiam non rarò flectit, non eſt tamen tanta, vt illa ſola pro imperio valeat. Nam Status cum Imperatore diuiſum habent Imperium. Quid de mixta Imperij Republic. ſentiendum ſit, infra *ad art.* 5. *Diſc. de Statu Imperij* videbimus.

Diſtinguendum inter Status ſiue Imperij ines & inter Imperij ſubditos.

II. Ex hactenus dictis patet, quod bene in iure publico ſit diſtinguendum inter Imperij Status ſiue Ciues qui ius ſuffragij de Reipubl. negotiis in Comitiis, & Superioritatem territorialem habent & inter Imperij Subditos merè tales; qui nullam poteſtatis in Imperio partem habent. Illi dicuntur immediati Imperij Ciues, *Dem H. Reich ohnmittelbahr vnterworffene Stände,* hi propriè & merè ſubditi, nullamque Stationem in Repub. tenentes. Hinc mihi nunquam arriſit *Publiciſtarum* doctrina, quando ita paſſim ſcribunt: *Singuli Principes, vt ſinguli, ſunt Imperij ſubditi, licet Regia fere Principum ſit poteſtas.* Dixerim ferè contradictionem in adjecto illud ipſum inuoluere: Principem eſſe Im-

Quis propriè ſit Imperij ſubditus.

perii ſubditum, & tamen ipſum in Imperij comitiis (ex quibus de Imperij maieſtaticis iuribus iudicandum) decernendi ac ſtatuendi poteſtatem habere. Confer. egregiam Diſſert. Dn. *Ludolphi Hugonis de Statu Regionum Germaniæ*, paſſim. Sanè ſubditi vocabulum multò ignobilius eſt, quàm vt ad Imperij Columnas poſſit applicari. Subditi autem Imperij ſunt vel immediatè tales, vel mediatè: *Dem H. Reich ohn, oder durch Mittel vnterthan. Immediatè ſubditi Imperij ſunt.* 1. *Nobiles immediati* [*Die Freye vnmittelbahre Reichs Ritterſchafft* vt in *Inſtr. Pac. art.* 5. §. 10. *dicitur*] qui hactenus poteſtatis in Imperio partem non habent. 2. *Tales etiam ſunt liberi illi homines, quorum meminit Goldaſtus* [in Epiſt. Dedic. *der Reichshandl.*] cum ita ſcribit: *Es ſind freye Reichsleute, auff der Leitkircher Heyd vnd zu Meglos*, qui ſuperioritatem territorialem non habent. (*Dn. Ludol. Hugo.* de Stat. Region. Germ. c. 5. §. 9.) 3. *Ad hunc locum etiam referendi ſunt pagi immediati*, quos innuit *Inſtrum. Pacis art.* 5. §. 2. verb. *Terminus à quo* &c. quorum Conſtitutionem clarius deſcribit *Goldaſtus* (loc. cit.) *Es ſind freye Reichs Dœrffer, Suffelhein, Godramſtein, Gamb vnd andere, ſo mit Hoch vnd Niedergerichten begabet, vnd allein Kaiſerl. Maieſt. ohn mittel vnterworffen.* (Dn. *Ludol. Hugo.* Tr. cit. c. 1. § 8.)

Diuiſio ſubditorum Imperii. *Subditi Imperij immediati.* *Pagi immediati in Imperio.*

III. *Mediatè Imperio ſubditi*, in ſingulis Imperij prouinciis Principes & Dominos ſuos recognoſcunt *fur ihren Landes Fürſten vnd Erbherrn, weil ſie im Lande oder vff dem Lande wohnen.* Hos Principes vocant *Liebe getrewe*, hique viciſſim ipſis voce humiliori *Vnſerm Gnädigen Herrn*, reſpondere ſolent. Hi mediati vel ſunt Prouinciæ Status vel non. Qui ſunt Status ex æmulatione ſummi Imperij dicuntur *Status Prouinciales* (*Landſtænde*) *qui perſonam legitimam Standi in conciliis prouincialibus habent* (Vid. *Dn. Ludol. Hugo.* Tr. cit. c. 4. §. 12. & paſſim) Hi Status *ſolent diuidi* 1. *in Prælatos.* 2. *in Nobiles.* 3. *in Ciuitates* Prælati *die Land-Aebte*, quorum cœnobia dicuntur *Land-Clœſter, weil ſie vff den Landtag gehœren.* Hic ordo eſt omnium antiquiſſimus. Nam ex veteri inſtituto Epiſcopis omnis iuriſdictio in Monaſterium competit. *Nobiles* in ſpecie ſolent dici *Landſaſſii der Fürſten Ritterſchafft, die müſſen vff dem Landtage erſcheinen vnd bey ihrem Lands-Fürſten recht nehmen vnd recht geben.* (*Wehner.* in Obſer. Pract. verb. *Landſaſſen. Gylman.* in Symphor. part. 2. tom. 1. fol. 81.) Habitâ tamen ratione priuilegiorum quibus gaudent: Nam & Nobiles Landſaſſii certas habent immunitates: *Vnd ſoll man auch die vntherthanen bey ihren Freyheiten laſſen* [*Gail.* de Arreſt. c. 8. nu. 12. & c. 10. nu. 7.] Tales Landſaſſii in Saxonia dicuntur *Schrifft, oder Canzleyſaſſen, weil ſie vor der Fürſtl. Canzley beklagt werden müßen, vnd wieder ſie eine Schrifft*, id eſt, *Fürstl. Befelch auſzubringen*: Alij dicuntur *Ambtſaſſen, weil ſie*

Subditi Imperii mediati. *Status Prouinciales.* *Prælati.* *Nobiles.* *Priuilegia ſubditis relinquenda.*

auch

auch den Fürſtl vnter'ambtleuten vntergeben ſind. Alicubi ſunt Nobiles qui dicuntur *Gefreyete Landſaſſen*, qui exempti ſunt à contributionibus. Verbum autem *Lanſaſſ* & abſtractum *Landſaſſerey*, deriuatur *von des Landes ſizen.* (*Meichſner.* Tom. II. part. 2. deciſ. 8. nu. 4. & 30.) Sed *noua capricſaque ſunt hæc vocabula ab Aulico Politico nuper inuenta* (verba ſunt *Speidely* voc. *Landſaſſen*) *ad eum ſcilicet finem, vt omnes* in territorio Principum ſuorum domicilia, caſtra vel pagos habentes *Nobiles*, aliosvè immunes *pro arbitrio exagitare & tanquam ſubditos tractare queant.* Ideo non contenti priſcâ ſubditi denominatione, illam *der Landſaſſen* excogitarunt, & ſynonymicè pro ſubdito vſurparunt, hocque effectum, illud cauſam innuere voluerunt hactenus. Hæc *Speidelius. Landſaſſiatus ſedes hodie eſt Saxonia, Haſſia, Bauaria, Marchia Brandeburg: Auſtria* &c. Interim haut negandum, licet multi certo reſpectu ſint Landſaſſii & reuera ſubditi, tamen alio reſpectu poſſe eſſe immediatos Imperii Ciues ſiue Status. *Fieri* enim *poteſt vt quis duplicem perſonam diuerſo reſpectu ſuſtineat, alteram Imperialem, alteram prouincialem*, vt licet quis Status ſit Imperij, ratione bonorum tamen & domicilij alterius ſubditus eſſe poſſit. (*Gail.* de Arreſt. c. 6. *VVehner.* Obſ. Pract. verb. *Ohn Mittel.* & verb. *Landſaſſ.*) Et ſunt Reges quidam exteri, qui in Imperio certas quaſdam ditiones poſſident, quarum nomine Status Imperij ſunt, licet in Regnis ſuis Superiorem agnoſcant neminem. Quidni igitur fieri poſſit, vt immediatus aliquis Imperij ciuis, ratione domicilij & bonorum, quæ in alterius territorio habet, illi ſubditus ſit, abſque diminutione Status ſui liberi. Et hoc approbatum *in den Ortenburgiſchen* actis contra *Bayern* Vot. I. Quod *originem nobilitatis* attinet, de ea Vid. *Ioan. Stumpf. in ſeiner Schvveizer Chronick.* l. 4. c. 30. cuius textum affert *Speidel.* verb. *Adel. Nobilitas* autem *Germanica originem debet militiæ.* Nam Maiores noſtri potentiam quandam bellicam pro fine habuiſſe videntur, ideoque rempub. ad militiam aptādam, & præcipuis honoribus virtutem militarem afficiendam iudicarunt. Noſtra igitur nobilitas tam ſuperioris, quàm inferioris gradus dignitas militaris eſt. Nam, quò perpetuo milite quaſi præſidiario Imperium quaſi inſtructum eſſet iis qui bellica virtute præſtabant, certa bona ſolenni ceremoniâ aſſignata, ac lege vt ipſi eorumque poſteri maſculi iis fruantur quidem, ſed viciſſim ad militiam ſubeundam, cum vſus foret, parati eſſent. Hoc antiquum feudorum inſtitutum eſt, licet ſequens ætas in iis multùm mutauerit. *Aſſignata* autem præcipuè *nobilitati eſt militia Equeſtris*, quæ honoratior putatur & maximè ſumptuoſa. *Inſtitutum hoc ſub regno Francico cepiſſe putatur.* Nā antea (vt ex Tacito diſcimus) Germani rem equeſtrem parum curantes, peditatu præcipuè nitebantur. Sed apud Gallos Equites poſt Drui-

Landſaſſ.

Statiſtarum arcanum.

Poteſt quis eſſe Landſaſſius & tamen ſimul ſtatus Imperij.

Origo Nobilitatis Germanicæ.

Scopus Rerumpp. Germaniæ antiquæ.

Nobilium feudorum origo.

des principes locum in Repub. tenebant, teſte *Cæſare* (lib. 6. de Bell. Gall.) Francica igitur Nobilitas occupata Gallia, mota exemplo gentis, cui aſſociabatur, ex eo tempore ſtudioſius rem equeſtrem coluiſſe videtur. Quoniam autem equorum alendorum facultas eorum propria eſt, qui amplas diuitias magnaſque poſſeſſiones habent [*Ariſt. 6. Pol.c.6.*) ideo Equeſtris militia Nobilibus aſſignata, &, quo ſumptus equis alendis, & aliis militiæ equeſtris muneribus ſuſtinendis ſuppeterent, certa quædam prædia feudi titulo iis aſſignata ſunt. *Hinc adhuc hodie*, ſi bellum ingruat, vt delectum inſtituere in prouincia neceſſe ſit, *Nobiles plerumque cum equis adeſſe*, vel Equites vicarios armis equiſque inſtructos mittere *tenentur* (*VVehner.* verb. *Ritterdienſt. Lud Hugo.* de Stat Region. Germ. cap. 4. §. 22. & 23.) Olim porrò inter Principum *Landſaſsios* fuerunt *Comites* magno numero. Hodie verò ſenſim ad paucos rediguntur, exſpirantibus illorum familiis, quum nullis de nouo bona defunctorum conferantur, quo magis magiſque potentia Principum excreſcit. Tales Comites olim in *Ducatu Brunſuicenſi* fuerunt *Spiegelbergenſis*, Hoienſis, *Diepholdenſis*, *Blanckenburgenſis*, *Levvenrodenſis*, *Hallermundenſis* quorum familiæ hodie extinctæ, eorumque Comitatus Ducatui incorporati. Vnica *Ambaclia* (*oppenbrüg* pars olim Spiegelberg: Comitatus ab Henrico Iulio D. Brunſ. & Lyn. *Naſſouiis*. quum Mauritius Naſſouius filiam prædicti in vxorem duceret, *in feudum collata eſt.*

Origo der Roſſ vnd Ritterdienſt.

Comites Land ſaſſii.

Intereſſe potentiæ Principum.

Coppenbrug.

Ciuitates municipales.

§ V. Tertium Ordinem inter Status mediatos faciunt *Ciuitates Prouinciales* [*Die Land vnd Fürſten Stadte*] quæ Imperatorum beneficio Principibus commendatæ, iuris Comitiorum Imperialium expertes, in conuentibus Prouincialibus ſeſſionem & votum conſultativum vt plurimum habent. Dico conſultativum. Nam hæ Ciuitates omnia ad nutum quaſi ac juſſum Superioris peragere eique obedire tenentur, & iuriſdictionem ſi quam exercent, eam non ſuo, ſed Principis nomine exercent. Vnde quicquid iis à Principe non conceſſum, vel præſcriptum, Domino Superiori reſeruatum eſt. Obſeruandum tamen eſt *Vrbium, Principibus ſubditarum, non vnam eſſe differentiam.* Nam *aliæ* ſunt nutui ſuorum Principum obnoxiæ ad omnia, *alia* verò multis immunitatibus ac priuilegiis mactatæ, imò nonnullæ ad eam libertatem euectæ, vt audeant contendere cum Vrbibus Imperialibus, etiam potiſſimis. Quales ſunt *Roſtochium*, *Wiſmaria*, *Hildeſia*, *Oſnabruga*. *Magdeburgum*, &c. Talibus quoque ante paucos annos accenſeri potuit *Monaſterium* in VVeſtphalia & *Erfurtum* in Thuringia. Cæterum hæ duæ Vrbes hodie ingeminare poſſunt illud: *Fuimus Troës, ſtetit Ilium & ingens gloria Teucri.* Hæ Prouinciales Vrbes multùm potentiæ addunt Principibus ſuis, v. g. Vrbs *Luneburg*, *Hannouera*, (quæ conſiliis Dn.

Differentia inter Ciuitates municipales.

Monaſterium & Erfurta.

Ioannis

Ioannis Duven Ciuis Hannoverani ſat prudentis, nitore nunc non parum aucta) & aliæ Vrbes prouinciales Brunſvvigo-Lyneburgicæ quantam potentiam Sereniſſimis ſuis Ducibus conciliant? Vnica Vrbs *Hanonia* Comiti ſuo tantùm præſtare poteſt, quantum reliquæ Comitatus Ambactiæ. Atque hinc eſt, quod olim Imperatores nonnulli, quum intereſſe ſuum in eo ponerent, vt Principum nimiam potentiam circumciderent, Principibus conſtituerint nobiliores quaſque Vrbes eripere. Ita Fridericus Imp. in Ducatu Saxoniæ, quæ tum cenſebantur nobiliſſimæ Vrbes, *Lubecam*, *Bardeuicum*, *Brunſvvigam* Imperio aſſeruit, Ducatui ereptas. Fecit idem in Baioaria circa *Ratisbonam* Bauarici Ducatus antea Metropolin. Et hiſce tribus Ordinibus, nempe Prælatorum, Nobilium & Ciuitatum hactenus conſtant *Conuentus Prouinciales*, qui ob vtilitatem publicam Ducatus vel Principatus alicuius inſtituuntur, vulgo *Landtage* vocantur *vveil in denſelbē, vvas zu gemeinen Lands beſten vnd Frommen dienlich*, deliberiret *vnd beſchloſſen vvird. Perſonæ eiuſmodi conuentus conſtituentes, ſunt Status ſiue Ordines* ex vniuerſo corpore ſumpti, nobis *Landſtände* dicuntur; (De hiſce plurib. vid. Generoſ. *Dn Seckendorf im Teutſcher* Fürſten *Staat.*) Certè boni Principes amant, vel ſaltem non impediunt talem Senatum; Nonnunquam *dicis* tantum *gratiâ* conuocari eiuſmodi Status ſolent. (*Philip. Comina*. l. 5. de reb. geſt. Ludou. XI. c. 1 *Beſoldus* de Conſilio Politico c. vlt. n. 4. & 13. *Comina*. l. 5 c. vlt. ad de auream l. 8. C. de Legib. & *Manz.* in Cent. Deciſ. Palatin. qu. 2.) Quoad autoritatem autem hodie inter Comitia Imperij & conuentus Prouinciales magna eſt differentia. Nō enim tanta neceſſitas Principibus conuētus agendi, quanta Imperatori comitia conuocandi. Longè enim addictius reguntur ſubditi Prouinciales à Principibus, quàm Ordines Imperij ab Imperatore. Multa igitur Principes in ditionibus ſuis per ſe ſoli inſtituunt quæ non permittuntur Imperatori abſque Comitiis (Vid. *Dn. Lud. Hug.* de Statu Region. Germ. c. 4. 5. 29. 30. 31. &c. vbi egregia tradit) Deinde differunt etiā in eo quod Statuum Imperij vota in Comitiis ſint deciſiua; Procerum verò Prouinciæ vt plurimū conſultatiua. Dico vt *plurimum*. Sunt enim Prouinciæ adhuc in Germania, vbi Proceres decernendi ac decidendi autoritate pollent v. g. in *Friſia Orientali*: (Vid. *das Oſt-Friſiſche Accord Buch* paſſim) Ducatu *Cliuenſi, Iuliacenſi & Bergenſi vbi Proceres vicinorum Hollandorum liberis ſpiritibus adhuc ſunt afflati.* In *Holſatia* quoque *Nobiles* magna adhuc auctoritate pollent. Hi enim arces & prædia pleno iure ac dominio, quemadmodum Germaniæ Comites, cum libertate venationis, aucupij, piſcationis obtinent, & tantos ex fundis ſuis colligunt theſauros ac incredibilem opum vim, vt vix in vlla Germaniæ ditione potentiores ac ditiores magiſque magnifici inueniantur

Intereſſe potentiæ Principum ratione vrbiū:

Arcanum Impp. contra Principes.

Landtage.

Differentia inter Comitia Imperij & Conuentus Prouinciales.

Nobiles Holſati.

magnifici inueniantur. [Vid *Iohan. ab Eluerſeldt*. Deſcript. Holſat. *Libertatis quoque radices ac fructus ſuperſunt adhuc in conuentibus Prouincialibus Ducatus Brunſuicenſis*. Diuiduntur. 4. *In Prælatos*, quales ſunt Abbates: *Zu Lockumb, Heſeldt, Ridderßhauſen, Amelunxborn, Marienthal, Ringelheim, Michelſtein*. 2. *In Nobiles*, de quorum præcipuis familiis Vide *Nobelium* in Chorographia decennali p. 377 & ſeqq. 3. *In Ciuitates Maiores Hannouer, VVolſenbüttel, Gottingen, Hameln, Helmſtet, Nordheim, &c.* & minores, *Mündẽ, Ganderſzheim, Münder, Hallerſpring, &c.*

Status Prouinciales Ducatus Brunſuicenſis

Similiter *ordines Ducatus Lyneburg*: conſtat. 1. *Ex Prælatis*, quorum præcipuus *Abbas S. Michaelis* Lyneburgi. Sed circa hunc paucis ab hinc annis contigit aliqua mutatio. *Mortuo enim Abbate vltimo, qui erat Nobilis de Bardeleben cænobium illud reformatum, eiuſque prouentus ad illuſtre Gymnaſium dedicari*, ac illius cænobij Præſes non amplius Abbas, ſed Landhoffmeiſter audit. Hæc mutatio ſanè egregia, & multis Politicis rationibus partim tectis partim apertis ſuffulta. 2. *Ex Nobilibus*. 3. *Ex ciuitatibus*, Zell, Vlzen, &c.

Status Ducatus Lyneb.

Olim in Ducatu Luneburgenſi conuentus Prouinciales pacis tempore *ſub dio celebrati*, nẽpe *in ſylua quadam Ambaſtia Bodenteich*, quam vocant *Den Schot bey Hoſering*, quatuor milliaribus Cellis diſtans. Verùm ex quo belli calamitas ibi locorum omnia turbauit, diu hoc intermiſſum; Proceres tamen vt hoc ruſus in bonum vſum introducatur, adhuc vrgere dicuntur. *An ideo vt liberior aura ſuffragandi hac ratione affulgeat?* Ego hoc non intelligo. Quod enim mea non refert, percontari deſino. Similiter *in Ducatu Brunſuicenſi* D. Henricus Iulius, & D. Fridericus Vlricus *quum Nobilis Epiſcopatus Hildenſienſis adhuc Albi Equi inſignia reſpiceret, conuentus Prouinciales ſub aperto cælo inſtituerunt prope Elzam* in paruula ſylua, quam vocant *das Kreienholtz*. Sed neque illud hodie amplius obtinet, ex quo ann. 1643. *carbunculus Hildeſienſis Ducali Pileo Brunſuicenſi fuit excuſſus*. Hæc Libertas Statuum Prouincialium ferè adhuc in omnibus Germanicis ditionibus durat præterquam quod Sereniſſ. *Elector Palatinus* in Electoralibus Ditionibus addictius regnet, nec huiuſmodi ordines agnoſcat.

Conuentus Prouinciales Ducatus Brunſuicenſis ac Luneburgenſis olim ſub Dio (vnter dem Blauven Himmel) celebrati.

Palatinatus Rhen. caret Ordinibus Prouincialibus

V. Reliqui Imperij ſubditi mediati & quidem infimi ordinis, qui non ſunt ſtatus Prouinciales ſunt *ruſtici*, ruri in pagis viuentes, quorum in Imperio eſt infima, adhuc tamen pacis tempore tolerabilis, conditio. Ruſticus dicitur is, qui in rure habitat, & terram laborat ſeminando, vineas fodiendo & laborando aut quid ſimile faciendo. De his *Donatus* in ſuis ad Ælium Lampridium ſcriptis ita loquitur: *Ruſtici animalia ſunt media inter bruta & homines, plus rationis expertes, quàm capaces, quod norunt illi, qui, malo ſuo genio acti, cum illis conuerſari coguntur.* Hæc ille ſatis acerbo iudicio ita ſcribit. Dolendum ſanè maximam partem

Ruſtici.

Donati de ruſticis iudicium.

ruſticos

Ruſticos vſu rationis quaſi priuatos vitā degere, ſed vnde hoc eſt? Quare non melius educationis plebeculæ rureſtris cura habetur? Non ſufficit, ex ruſticorum corio ſibi tantum ligulas per *horribilia Italiæ ſecreta* comparare noſſe; ſed maieſtas id operam imprimis dare debet, vt & corpori & animæ ruſticorum, & reliquorum ciuium, non modò in hac ciuili, ſed etiam in verè altera vitali vita æternum bene ſit. Non ſine gemitu perlegi rythmos Germ. quos Dn. *Olearius* in Itinerario Rutheno Perſico de ruſticis in Liuonia refert. Sunt autem tales: *Ruſtici tanquam homines tractandi, & bene educandi.*

IcK bin ein Lieflender Bur,
Min Leuen vverd my ſür,
IcK ſtige up den Berken Boom,
Vn haue darop Sadel en Toom,
IcK binne mine ſchau mit Baſte,
Vnſp'cKe vſem IunKern de Coſte
IcK geue vſem ParHerrn ſine Plicht.
Vn vveet van Gott vn ſinem vvorde nicht.

Sæpe ſerui à natura non naſcuntur, ſed fiunt.

Cæterùm hodie ruſtici tanquam beſtiæ tractantur: imò miſeri & omni potius fauore quam odio digni illi homines ad peram & ſaccum vſque callidis Machiauelli artibus, in multis prouinciis excutiuntur, & in tantum ad incitas redigantur, vt ſtipem tandem petere cogantur Pertinent huc rythmi, quamuis non adeò venuſti, rei veritatem tamen exprimentes; quos de ruſticorum querela *Weinheimi* in Palatinatu legi: *Machiauellica tyrannis aduerſus ſubditos.*

Der Kaiſer vvil haben ſein Trevv und Pflicht;
Der Paſtor vvill haben ſein frey Quit;
Der Edelman ſpricht ich bin frey;
Der Iud treibt ſeine vvucherey;
Der Soldat ſpricht, ich gebe nichts;
Der Betelman ſpricht ich hab nichts;
Da ſpricht der Baur, das mus Gott vvalten,
Muſz ich dieſe alle erhalten,
So geb ich mich gedultig darein,
Und vvollens alſo zufriedem ſein.

Der Bauren Klage.

Interim tamen hoc loco notari meretur, quod ipſi ſubditi ſæpenumero in cauſa ſint, quare nonnulli Principes ipſis adeò heriliter imperent. Apud *Curtium* [lib. 8. capit. 7. & 8.] Hermolaus ad Alexandrum ita ait: *Occidendi te conſilium iniuimus, quia non ut ingenuis imperare cœpiſti, ſed quaſi in mancipia dominaris. Rex ad ea reſpondet: Regum Ducumque clementia, non in ipſorum modo, ſed etiam in illorum* *Subditi non rarò ſibi ipſi graue iugum fabricantur.*

qui parent, ingenij ſua eſt. Obſequio mitigantur imperia, Vbi verò reuerentia exceſſit animi, & ſumma imis confudimus, vi opus eſt, ut vim repellamus. Sapienter & egregiè dictum. Regnorum enim, & Rerumpub. adminiſtratores plerumque vt ſubditorum ingenia ſunt, aſperi mitesue deprehenduntur, quorum illos tyrannidis præter meritum accuſauerìs, omni durioris Imperij culpâ ferè penes ipſos hærentem ſubditos contumaces, refractarios, plenam meramque libertatem ſpirantes; quales (vt *Ioan. VVaradienſis* antiſtes in orat. gratulat. ad Vladiſlaum Regem Hungariæ, de Hungaria pronunciauit) non indulgentia, ſed ſeueritate metuque, non clementia & impunitate, ſed virga ferrea in officio retineri poſſunt [*Matth. Bernegger.* in Præfat ad obſer. Hiſt. Pol.] Pertinet huc dictum Marcelli [apud *Tacitum* l.16. Ann. cap. 28. §.1.] *Contumacia inferiorum lenitatem imperitantis diminui.* [add. *Tacit.* l.3. Ann. cap. 54. §.2.] Et Alfonſus Rex Arragon: [referente Panormitano] ait: Pernicioſos eſſe ciues, qui Regum innocentiâ, bonitate, lenitate abuterentur: Plerumque enim vſu venire, vt peruerſis ciuium moribus Reges præter ingenium aſperiore vti ingenio cogantur. [add. *Lipſ.* l.6. Pol. cap. 5. num. 43.] Scitè in rem præſentem *Ambroſius LobVVaſſer,* Conſiliarius olim Ducis Boruſſiæ, in hunc modum:

LobVVaſſer.

Dem armen Baur
VVird es blut Saur,
Mit angst und noth.
Er Kaum daſs Brott
Ervverben kan,
Noch iſt der Man
So bœs darbey,
Daſs ich glaub frey
Daſs eſs ein Straffe Gottes ſey.

Non à vero itaque omni ex parte abluſiſſe videtur ruſticus Pomeranus, qui, quum ipſi à Bogiſlao Duce immunitas perpetua propter merita offerretur, illam (referente *Zinckgreffio*) non vlterius, quam ad vitam accipere voluit, dicens: *Einem Bauren diene nicht frey zuſein, den er VViſse der freyheit nicht zu gebrauchen, ſondern VVürde entvveder, faull und hinlæſſig, oder vbermütig vnd Baurſtolz, dardurch er in Armuth und Vntergang Komme.* Vnde etiam eſt, quod nonnulli Statiſtæ illud veterum: Serui ſi non timent, tument; pro arcano ſtatus hodie habeant, quo tamen plus iuſto nemo Politicorum Chriſtianorum vti debet De Erico Seniore Duce Brunſuicenſ. ac Lyneburg. ita *Letznerus* (l.3. Chronic. Daſſel. cap. 50.) *Herzog Erich der Elter Konte nicht dulden oder leyden, das ſeine Diener oder Vœgte die Vnterthanen uber den Frohendienſten, oder ſonſten ſchlagen müſten. Vnd als es*

ein

ein fürnehmer Mann auſſer ſeine zeit verſehe, und einem Diener ſchlug, muſte derſelb. ein zeitlang deſs Land von auſſen anſehen, und vieler fürneme Leute Vorbitte gebrauche, ehe er wiederumb in deſs Fürſten Gnade, und zu dem ſeinen Kommen Kunte. O vtinam in omnibus Principatibus tanti Herois exemplum regulam hodie faceret! Germaniæ ruſtici alicubi liberiore, alicubi duriore conditione vivunt. *In Ducatu Brunſuicenſi* ruſtici poſſident propria bona, quæ poſſunt vendere, teſtamenta de iis facere, quamquam Principibus obſtricti ſint ad certa ſeruitia ſingulis hebdomadibus præſtanda, [*Herrendienſt* vocant] & tempore meſſis tenentur frumentum in Dominorum horrea inuehere. Omni laude dignum, quod in hoc inclyto Ducatu iuuentus ruſtica adeò egregiè in re pietatis, in qua hactenus ruſtici ſenes ſicut durum ferrum fuerunt, hodie adeò molleſcat, vt nihil ſupra. Omnium miſerrima porrò hominum propriorum conditio in Germania vulgo reputatur. Quantas querelas non adeò pridem aduerſus Sereniſſ. Electorem Palatinum Dn. *Carolum Ludouicum* mouerint nonnulli Imperii ſtatus, fœdere combinati quaſi Prudentiſſimus ille Princeps, *Germaniæ* noſtræ *Salomo*, adeò duriter habeat ſuos homines proprios & Wildfangios, vt vix ſpiritum ducere amplius poſſint optimè cognoſci poterit, ex egregio ſcripto quod in cauſa Wildfangiatus prodiit, cui titulus: *Iuſtitia cauſæ Palatinæ*; cuius Autorem puto eſſe Magnif. & Nobiliſſ. Dn. D. *Bœckelmannum*, Dicaſterij Sereniſſ. Elect. Palatini Vice Præſidem, &c. Conſiliarium intimum. Cæterùm forſan in maius hæc res fuit exaggerata, quàm par erat: vt in ante laudato opere abundè exponitur.

Erici Senioris Ducis Brunſuicenſ. laus.

Ruſtici Ducatus Brunſvicenſis.

Homines proprij.

Ad art. verba: *Reſtituti ſunto plenario.*

VI. Nuper quum cauſa Wildfangiatus Electoris Palatini attramento pariter & armamento agitaretur; & Confœderati Status vrgerent, vt durantibus Tractatibus ius VVildfangiatus ſuſpenderetur: Rectè poſtulatum iſtud tanquam iniquum Dn. Elector Palatinus ex hoc textu Inſtr. Pac. coarguit: cum quo concordat *Receſſ. Execut. Norib. de anno* 1650. §. *So dan.*

DISCVRSVS XXIV.

DE

BAVARICA ELECTORALI Dignitate & de Maximiliano, Bauariæ Electore.

Summa articuli 4. Inſtrum. Pacis.

*In hoc artic.*4. continetur punctus reſtitutionis ex capite Amneſtiæ, in eoque *omnes reſtitui qui Pace Pragenſi de an.* 1635. *fuerunt excluſi.* Primùm autem huius articuli caput *à princ.* vſque ad verſ. *Controuerſia quæ vertitur*, &c. agit de cauſa Palatina.

Ad verba : *Domum Bavaricam Dignitas Electoralis, &c.*

MEMBRVM I.

De Electorali Dignit. Bauari.

Cõtrouerſia de Septemuirali dignitate Bauari.

ELECTORALIS dignitas verum in Palatina familia prior, an in Bauarica fuerit à viris doctis ſuperioribus annis diſputatum. *Pro Baioarica antiquitate exſtant luculenta teſtimonia.* Primùm enim Dux Baioariæ ab Ottone III. ad Dapiferatum eſt adhibitus. (*Ditmarus* l.4. Chron.) At verò hoc & reliqua Imperij officia ab Ottone III. ex temporariis perpetua facta,

Fundamẽta Bauari.

& cum iure ac poteſtate eligendi Romanorum Regem connexa in con-

confeſſo eſt. Rudolphus I. quoque & Principes, in Curia Auguſtæ an 1275. Ducibus Baioariæ ius eligendi Romanorum Regẽ ratione Bauariæ competere ex antiquo ſententiam dixerunt. Decretum illud extat apud *Goldaſtum* (Tom. 1. Conſt. Imp. fol. 311. vid. plur. apud *Chriſtoph. Gevvoldum* Bauari propugnatorem libr. de Septemuir. Imperij cap. 10.) Hiſce probant Bauari quod dignitas Electoralis familiæ Comitum Palatinorum, quæ eadem quoque eſt Bauariæ Ducum, non ratione Comitatus Palatini, ſed Bauariæ Ducatus, cõpetat. add. *Lehman.* l. vlt. Chron. cap. 29. à princ. Concludunt itaque Bauari, quòd demum *Carolus IV. Imperator*, ducta vxore, Rudolphi Palatini filia, Anna, Electoratum Palatinatui Rheni intulerit, 1. *decreto & Edicto Noribergenſi*, in publico iudicio, aſſidentibus Electoribus facto, quo cautum ne quis Electoriam & Archidapiferi dignitatem ſibi vendicare præſumeret niſi quis Palatinatum iure obtinuiſſet. 2. *Aureæ Bullæ expreſſa ſanctione.* Bauarum etiam paulo ante A. B adhuc Electioni interfuiſſe, *ſupra in Diſc. de Electorib.* oſtenſum. Ab eo tempore Baioariæ Duces non deſtiterunt proteſtando ius ſuum conſeruare, vna cum Regalium ſuorum inueſtitura Electoratum quoque petentes; quemadmodum quum ann. 1545. *Fridericus* Palatinus Electoratus infeudationem à Carolo V. Spiræ requireret, eodem tempore interpoſita fuit nomine *VVilhelmi IV.* Baioarici proteſtatio, & impetratum reſcriptum Cęſareum, quod infeudatio Electoratus cum ſuis pertinentiis & iuribus Friderico facta, non debeat præiudicare Duci VVilhelmo. [Vid. pl. *Gevvoldum* integro Tract. de hac prætenſione conſcripto] Capit autem hoc ſeculo illa lis an. 1616. agitari vbi Maximilianus per Gevvoldum Conſiliarium libro de ſeptemuiratu Imperij Germanici publicato theſin propugnari iuſſit: *Electoratum Bauaris ratione Ducatus Bauariæ, non ratione Comit. Palatini ab antiquo fuiſſe debitum.* Huic *Geuuoldo* à Palatini parte ſe maſcule oppoſuit *Marquardus Freherus.* Elect. Palatini Conſiliarius. *epiſtola reſponſoria de Electoratu Sacri Rom. Imperij Comitiuæ Palatini Rheni antiquitus annexo*, cuius rationes contrahit Dn. *Limnæus* (l. 3 de Iur. pub. c. 9. n 9.) Si *Franciſco Irenico* fides (l. 3 Germ. Exeg. cap 54.) Henricus Palatinus tempore Ottonis III. primus Elector fuit conſtitutus Deinde Martinus *Cruſius* (l. 8. Ann. Sueu. p. 2. c. 4.) Palatinũ Conradum an. 1170. ſemet Electorem nominaſſe narrat. Accedit autoritas *Speculi Saxon.* (l. 3. art. 57.) cuius compilator aliis teſtibus longè prę̃ferendus, Prodiit illud Speculũ poſt an. 1200. & loquitur ita de hac re, nõ vt noua, ſed recepta. Hiſt. monumẽta õnia à ſeculo XIII. exarata loquuntur, quod Comiti Palat. Rheni competat & ius Dapiferatus & ius ſimul eligendi: fuere etiam ab eo vſque tempore in perpetua vtriuſque iuris poſſeſſione Palatini Comites. Disertè itidem in A. Bulla aliquoties

Proteſtatio.

Gevvoldus.

Fundamẽta pro Palatino.

Freherus.

Comitatui Palatino vtrumque illud ius adſcribitur (Dn. *Conring.* ad Lampad p.3.c 4 §.1.) Poſt Gevvoldum & Freherum ſcriptis agitarunt eandem controuerſiam *Nicolaus Burgundus* Gevvoldi Defenſor, & alij Palatinæ partis defenſores, vt & inter ipſos Principes Fridericum Palatinum, eiuſque Filium Dn. Carolum Ludouicum & Bauariæ Ducem: Huius controuerſiæ reperitæ extant in vtramque partem monumenta, nempe Manifeſt *Pfaltzgraff Carl Ludevviegs Churfürſt*, eique oppoſita *Gründliche Ableinung*: item *Ruſdorfij* Vindiciæ Palatinæ contra quem *Ioan. Adelzreitter* ſcripſit Refutationes Vindiciarum cauſæ Palatinæ.

Burgundus.

Ruſdorf Adelzreitter.

Euentus huius controuerſiæ.

Euentus: Cæſar Ferdinandus deuicto & exautorato Palatino, Electoratum ad ſe (vt Cæſar contendebat) delicto Palatini deuolutum, ſaluo tamen iure agnatorum, Maximiliano Bauariæ Duci tanquam ius Bauarici Ducatus contulit Ratisbonæ ann. 1623 25. Febr. ſt. vet. quum tamen nec Domus Palatina, nec reliqui Principes in ſententiâ iſta acquieſcerent. Proceſſus inueſtituræ ita deſcribitur in *Theat. Europæo* [Tom. 1. p. 725.] *VVie an. 1623. Hertzog Maximilian in Bayern von Kayſer Ferdinando zu Regenſpurg zu des Reichs-Ertztruchſeſſen, zum Churfürſten der Pfaltz* inueſtirt, *iſt er neben dem Ertz-Biſchoff von Saltzburg vnd ſeinem Bruder Hertzog Albrechten dreymahl nider kniend vor I. Kayſ. Maieſt. erſchienen, vnd an den Bühnen zvviſchen dem Ertz-Biſchoffen vnd ſeinem Bruder als ſeinem* Aſſiſtenten *kniend verharret, vnd ihm vier dignitæten vnd* prærogatiuæ Electorales *der Chur Pfaltz recht*, ſeſſion. *Stimm vnd VVahl* conferiret. *VVorauff die leiſtung der gevvohnlichen Churpflicht erfolget, vnd er nechſt zu Ihr Maieſt. tretend, vnd vor derſelbigen kniend, in dem ihm einer zur rechten den Churhut* præſentiret, *vnd der lincken der Graff von Leiningen das* pallium *vmbgethan, mit anrührung deſz H. Euangelij, auff Vorſprechung des Reichs Vice-Cantzlers, die Chur-Fürſtl. Pflicht auff Gott vnd das H. Euangelium geleiſtet, vnnd das von I. Kayſ. Maieſt. ihm vorgehaltene Schvvert (ſo der Reich Erbmarſchalck vvieder zu ſich genommen gehabt, vnd I. Kayſ. Maieſt. zur rechten hand geſtanden) oder deſſelben Knopff geküſſet: Darauff er I. Kayſ. Maieſt.* cum extenuatione perſonæ ſuæ & oblatione ſolita *hinvviederumb allerunterthanigsten danck geſagt, vvorauff I. Maieſt. ihm mit emblæſſeten Haubt vnd gebotener rechten Hand Glück gevvünſchet. Darob ſich der Hertzog ſambt vorgedachtē ſeinen Beyſtänden, vviederumb Rückgänglich dreymahl nider kniend, in die Kayſerliche* Ante-Cameram *verfüget, &c.*

Inueſtitura Electoralis Bauarica.

Inueſtituræ Electoralis ceremoniæ.

Cenſura de hac inueſtitura.

Intereſſe Electorum aduerſus Imperatorem.

Et quamquam huic translationi *Saxo & Brandeburgicus* contradicerent, replicantes rem eſſe inſolitam, *könten die* clauſulam, ſaluo iure, *nicht* approbiren, *vvere ſolche auch nicht nütze zu Ruhe vnd Frieden, die vveil der* agnatorum iura *gantz vngevviſz gemacht, vnd auff* diſputationes *vnd der vngevviſſen des rechtens auſgang geſtellet vvürdē.* Id quod re-

petit

Elect. Saxoniæ in literis ad Moguntinum, vbi inter alia: *Die tranſlation der Chur, vnd vvas darauff erfolget, halten vvir nicht für ein mediũ deſz Friedens, ſondern eines immervvehrenden Krieges, vnd habẽ es daher nicht billigen können; vvir bleiben auch dabey nochmahls, beuorauſz vveil kein einig exempel, ſeit auffrichtung der Gulden Bullen, das dergleichen begangen, nicht allein nicht verhanden, ſondern Chur-Fürſt Mauritii das vviderſpiel bezeuget.* Tandem tractatu vltro citroque habito & Elector Saxon. in hanc tranſlationem certis conditionibus conſenſit in *conuentu Electorali Sleuſingæ*, an. 1624. d. 30. Iulij vbi Bauarus in Collegium Electorale receptus. Et ita hæc dignitas Electoralis cum omnibus Regalibus, officiis, præcedentiis, inſignibus & iuribus ad hanc dignitatem ſpectantibus, in *Inſtrum. Pac.* hic confirmata, & per conſequens hæc controuerſia de dignitate Electorali hodie ſublata eſt. Cæterum, ne ignis belli ſuppoſitus cineri doloſo maneret, *ius nouum ratione Palatinæ ſtirpis hic conſtitutum.*

Electoratus tranſlatio non eſt ſolius Imperatoris.

Electorum intereſſe aduerſus Imperatorem.

Arcanum Ferdinandi II. iuxta Monzambanum.

II. Meritò autem Elector: Saxo & Brandeb. hanc, proprio motu Cæſaris factam, traſlationem improbarunt. Non enim ſi Electoratus vacet, ſolius Imperatoris eſt Electoratus collatio in alium. Debet enim hoc fieri conſenſu Electorum, quorum maximè intereſt, ne inuitis collega adiungatur. (Vid. *Monzabam.* de Stat. Imp. Germ. c. 4. §. 4. vbi *arcanum Ferdinandi* affert, nempe quaſi ideo Electoratus Palatinus in Bauarum ſit collatus, vt hâc ratione duarum potentiſſimarum familiarum æmulationem æternam redderet.) Sic *Sigiſmundus Friderico* Bellicoſo Marchioni Miſniæ Electoratum Saxoniæ conceſſit *mit guten Rath ſeiner vnd des Reichs Fürſten.* (*Hortleder Von Vrſach des Teutſch. Kriegs.* l. 4. c. 9.) Eodem modo idem *Burggrauio Noribergenſi* Electoratum Brandeb. contulit (*Dn. Limnæ.* ad Capitul. p. 269.) Idem obſeruauit *Carolus V.* Imp. in tranſlatione Electoratus Sax. in Mauritium Ducem Saxon. (*Lundorp.* Tom. 2. act. publ. lib. 6. Tr. 24.) Hinc *Elector Saxon.* in literis ad Moguntinum: an. 1613. ita: *Do die Churfürſten nicht befraget vverden ſolten, vvann ein Chur-Fürſt in das Chur-Fürſten Collegium geſetzet vvird, vvüſte er nicht vvorin die Chur Fürſten würde beſtünde.* (*Dn Strauch.* Diſſ. Exoter. 4. th. 23.) Sereniſs. *Elect. Brandeburgicus* ex *Capitul. Ferdin. II.* §. *Ih. Mai. ſolten vnd vvolten auch* circa tranſlationem Electoratus ac Palatinatus in Bauarum contra Cæſarem rectè concluſit: *Ihr Kai. Mai. vergebe kein Leben, auch keine Stædt ſo ſich erlediget, ohn vorbevvuſt der Chur-Fürſten vnd Stände des Reichs: Vnd vvie vielmehr da eine Churfürſten vvürde vnd ſo vornehme Reichs Lehen ſolten* conferiret *vverden, vvolte von nœten ſein, das es mit Vorbevvuſt vnd conſens zuginge?* Ita Dn. Elector in voto ſuo an. 1623. die 11. Febr. ap. *Lundorp.* Tom. 2. act. pub. l. 6. Tr. 24. Quum etiam Imp.

Tranſlatio Feudorum Imperialiũ in alium nõ eſt ſolius Imperatoris.

Ferdin. II. in conuentu Ratisbon. 1623. die 7. Ian. inter alia propoſuiſſet tranſlationem Electoralis dignitatis à Palatino in Bauarum ſibi videri neceſſariam;

Nota egregium conſilium.

Electores & Legati die 30. Ian. *reſponderunt: Satius eſſe condonare Palatino exceſſus, quantumuis enormes, quàm incendium belli diutius fouere.* Reſpondit Imp. d. 6. Febr. Se propendere ad condonandum, excepta reſtitutione dignitatis Electoralis. *Poſt varias replicationes Imperator* tandem *concluſit, Bauarum eſſe inueſtiendum* inſulâ Electorali d. 25. Febr. quod etiam d. 25. effectum habuit, vti antedictum.

Arcanum Ferdinandi II. circa tranſlationem Electoratus contra libertatem Imperij Statuum.

Sunt qui credunt *tranſlationem Electoratus ac Palatinarum ditionum*, quaſi in abſoluta Cæſaris poteſtate eſſet ſita, *Ratisbonæ per modum nudæ intimationis*, non verò conſultationis fuiſſe propoſitam. Hinc etiam *Saxo & Brandeburgicus* Electores non parùm ſe grauatos ſenſerunt. *Das bey dem* Conuẽt *der Herrn* Chur-*Fürſten Rath nicht erfodert, ſondern demſelben blos* intimiret *vnd* ſignificiret *werden wolle, was vergangen, welches vor dieſen nicht geſchehen.* (Vid. *Lundorp.* Tom. 2. act. publ. l. 6. Tr. 24. p. 1162 & 1164.)

Intereſſe libertatis Germaniæ. Vno illicito dato, plura ſequuntur.

Qui ſtudio religionis tum Palatino adhæſere hoc ita interpretabantur *plagam vni inflictam ad omnes tranſire poſſe; nec defuerunt exteri, qui ſuſpiciones intenderent, rem tantam ſine conſenſu ordinum, aut à nimia vetuſtate exoleto ſummæ poteſtatis exemplo peractam, altius ſpectare* (Conf. *Epit. rer. Germ.* p. 27. 28.) Sed Imperatoris beneficium Bauaro manſit ratum, licèt Hiſpani id faſtigii alteri, qui exinde non tam altè emineret adſtrui maluerint, vnde Legatus Hiſpani quoque inueſtituræ non interfuit.

Adlzreitteri de hoc negotio iudicium.

Adlzeitter in Annal. Boicæ gentis p. 3. l. 8. num. 26. 27. ita: *Cæſar, confirmando ſuo beneficio grauiter intentéque ſtudens, eam ad rem rurſus Saxonem & Brandeburgicum ad Comitia inuitauit, deliniitque inſigni humanitate: Excuſauit tamen vterque quaſi crederent ſuam præſentiam non modò non futuram vſui ſed forſan etiam grauem rebus agendis, ſi qua decet, libertate, animi ſui ſenſa in conuentu aperirent, præſertim de Palatini Electoratus tranſlatione, de hæredum agnatorumque iure, de Imperii ſanctionibus, quæ ad eam cauſam ſpectarent, de ſubiectorum expoſtulationibus aliiſuè id generis &c. Re verò ipſi nolebant contra torrentem niti, rati ſatius eſſe, à deplorato Palatini patrocinio abſtinere, quàm operam perdere.* Hæc. ille. Idem Imperator in Inſtructione *Carolo Hannibali* Burggrauio *de Dona* ad Saxonem & Brandeburgicum Legato cauſam conferendæ in Bauarum Electoralis Dignitatis, in animum reuocauit, confitendo: *Das zur Ruhe im Reich zu gereichen geringe hoffnung es ſey dan das vornembſte, vnd geheimbſte Raths-Mittel eines Rœmiſchen Kayſers, nemlich das Chur-Fürſtliche* Collegium *volkomlich beſetzet* vt dicitur in *Manifeſto Caroli Ludouici*, Principis Palatini, nunc Electoris Sereniſſimi, de ann. 1637. p. 40. & 42. Cæterùm demum

Ferdinandum limites in tranſlatione Electoratus exceſſiſſe, hodie tamen conſenſu omnium Imperij Statuum, Electoralis dignitas, Domui Bauaricæ quamdiu linea Wilhelmiana durat, eſt per Inſtrumentum Pacis confirmata, adeoque Elector Bauariæ ſequitur hodie, quoad ordinem, Regem Bohemiæ. ***Per Inſtr. Pacis libertati Germaniæ rurſus quoad hoc negotium conſultum.***

III. Ægrè quidem Sereniſſ. Elect. Palatinus in hoc pacis pactum conſenſit, adeoque adhuc quum literis d. 22. Decemb. 1648. ad Statuum Legatos Monaſterium miſſis, Inſtrumentum Pacis (*nach beſtem Verſtand*) approbaſſet; *haben S. Churf. Durchl. Ihren in den* fundamental *Reichs, Gülden Bull, vnd andern Satzungen vvolgegrün deten zu der Ober- vnd Vntern Pfaltz gehœrigen (hurvvürde, Ertzruchſeſſen Ambt &c. in nichts begeben vvollen* (V. Th. Europæ. T. 6. p. 607.) Demum tamen Dn. Elector, Pacis amore, conſenſit, & poſtea quoque peculiari tranſactione Archidapiferia, quę aliàs per Inſtrum. Pacis non videbatur translata quoq; Bauaro ceſſa. Vid. *ſupra Diſc. de Electorib. n. 6. in fin.* De hac re in *Theat. Europæ.* (ad an. 1651. p. 1 .) refertur: *Das* Chur-*Pfaltz, den Ertztruchſeſsiſchen* titul quitiret, *hette aber vvieder bekommen den Ertz-Schatzmeiſters titul, vnd ein neuvves Siegel aus vvelchem der Reichsapfel gelaſſen*; *Hergegen vvere der Bayeriſche Lehenbrieff vff die Vntere Pfaltz* caſſiret. In ſubſcriptione Receſſ. Ratisbon. de anno 1654. apparet quoque Architheſaurarij titulus. Quin hodiernus Electoris Palatini titulus talis: Nos Dei gratiâ Carolus Ludouicus S. R. I. Architheſaurarius & Elector, Dux Bauariæ &c. ***Iuri ſemel quæſito ægrè renūciamus*** ***Tranſactio fit vno dato altero retento. Architheſaurarij titulus.***

IV. Maximilianus itaque Dux Bauarię Bauaricę Domui Electoralem dignitatem intulit, cuius pater fuit *Wilhelmus. à quo Wilhelmina linea nomen, cuius hic in Inſtrumento Pacis fit mentio.* Hic *VVilhelmus* Princeps fuit literis excultus, Ieſuitis autem deditiſſimus; ac Maximiliani filij indolem parem imperio conſpicatus, in illum reclinauit, & tandem reſignans ipſi tradidit regimen, ac virtutum eius fortunæque ſpectaculo fruitus, illam felicitatis partem, quæ raris Principibus ante funus contigit, triginta annis cõtinuis percepit, fato functus 1624 in Monaſterio Carthuſiano prope Ratisbonam anno ætatis 86. Omnium Bauarię Principum feliciſſimus. Vnum filium *Philippum* vidit in purpura Cardinalitia; duos *Maximilianum* & *Ferdinandum* Sacri Rom. Imperij Septemuiros, illum Bauariæ, hunc Colonienſem Electorem. *Maximilianus* poſtquam ad Pragam Bohemorum res proſtrauiſſet, & ann. 1623. in comitiis Electoralem inueſtituram (verùm ad vitam tantùm, & libera circa illam dignitatem diſpoſitione relictâ Cæſari) indeptus fuiſſet, ann. 1626. *Palatinatum Superiorem* ſubegit, quem jure hereditario & diplomate Electoratus perpetui *an. 1628. à Cæſare obtinuit, vt viciſsim Superiorem Auſtriam oppignoratam ipſe Cæſari* ***VVilhelmus Dux Bauariæ.*** ***Maximilianus Dux Bauariæ fit tandem Elector. Intereſſe Bauaricæ Domus creſcit***

Impenſas belli ob alium factas iure poteſt quis pratendere Solutionis mirum exēplum Acceptilatio.

Caſar intereſſe ſuum priuatum cum Palatini dāno promouit.

Bauarus etiā ſuperiori ſeculo Electorale munus liguriuit.

redderet. an. 1635. *Pacificatione Pragenſi* ipſius lineæ iterum Electoratus attributus, ſeu potius permiſſus. *Demum Pacificationem Monaſterienſi* pro tota linea Guilelmina Electoratus Palatinus cum Superiori Palatinatu & Comitatu Chambenſi conceditur, ita tamen vt in euentum deficientis lineæ Guilelminæ ſuperſtitibus Palatinis lineæ Rudolphinæ ea omnia reſeruentur. Per text. h. viciſſim *Bauarus renunciare iubetur debito* 13. *millionum*, & prætenſioni in ſuperiorem Auſtriam, quæ regio Bauaro exoluendis belli ſumptibus ad tempus dedita; adeoque Cæſar, de alienis Maximiliano ſatisfaciens, ſuaque recipiens tredecimque millionum débito per acceptilationem quaſi liberatas, priuatum ſuum intereſſe, vt de Bohemia in hereditariam prouinciam redactam jam taceam, hac ratione inſigniter promouit; regula juris priuati: qua *nemo cum damno alterius debet fieri locupletior*, publici boni ergo quieſcente.

V. Notandum hic porrò, quòd jam tum ſuperiori ſeculo *Wilhelmus* Alberti Sapientis filius ſæpius ad Electoralem dignitatem adſpirauerit & vt Palatinis ea extorqueretur allaborarit. Imprimis autem an. 1524. in Comitiis perſuaſit per *D. Eccium*, monſtrato, quod Domus Palatino-Bauarica multis diſſidiis non parum à priſtino ſplendore deciderit, vt omnia antiqua domus pacta renouarent, & nouo fædere confirmarent. Ita *Ticinenſe* etiam *pactum de alternatione Electoratus renouatum voluit* ad quod forſan reſpexerunt Legati Proteſtantium in Tract. Pac. Monaſt. Vid. *Diſcurſ. ſeq.* n. 2. Inde poſteà defuncto Ludouico Pacifico Electoratum ſibi deberi arbitratus eſt. Indignè quoque tulit, quum poſt bellum Smalcaldicum *Fridericus* Elector Palatinus in gratiam ab Imperatore reciperetur, ipſe eius Septem-Viratus potiundi ſpe creditus ſequi Cæſareas partes. *Quod ſuperiori ſeculo Bauari adipiſci non potuere; id hoc ſeculo primùm an.* 1623. 1635. (quamquam multis contradicentibus) *demum firmiter & vnanimi totius Imperij conſenſu per Inſtrum. Pacis hic expreſſo, in Maximiliano ſunt aſſecuti, adeoque opimis ſpoliis & dignitatibus mactati Bauari de veteri in Domum Auſtriacam odio multum remiſiſſe videntur. Maximilianus* I. Imp. ſolitus eſt dicere: *Er glaube wenn man die beyde Geblut Oſterreichiſches vnd Baeriſches in einem Topff zuſammen ſieden wolte, eines wurde das ander machen heraus ſpringen* Superiori ſeculo, Caroli V. Imper. potentiâ nimium increſcente, Auſtriacæ magnitudini non obſcurè inuiderunt *Wilhelmus & Ludouicus* Bauari. Vnde an. 1525. perſuadere voluere Palatinis ob perpetuam ferè Imperatoris abſentiam nouo Imperatore eſſe opus: illiſque ſuam operam detulerunt, ſi eligi vellent; aut ſi ſe eligerent, Wilhelmus promiſit 200000. florenorum pro iſto officio. Nec minus ægrè tulere, cum Ferdinandus

Odium Bauari aduerſus Auſtriacos

Æmulatio Domus Bauarica aduerſus Domum Auſtriacam.

dinandus Auſtriacus Rex Hungariæ renunciaretur, quum Wilhelmus aut ipſe eligi, aut fratrem eò promouére ſperaret; Iterum cum Ferdinandus electus eſſet Rex Romanorum, Bauari æquè ac Saxo & Proteſtantes nonnulli, pro libertate Germanica tuenda clam fædus cum Rege Franciſco percuſſere, qui 100000. aureos in vſus bellicos, ſi quid repentini accidiſſet, apud eos depoſuit. Filius Wilhelmi *Albertus V. Ferdinandi Imperatoris gener Auſtriacis iterum addictior eſſe cœpit.* (*Spenner.* in Syllog. Genealogic. Hiſtoric. p. 97. 98.) In præterito tricennali bello Auſtriam Superiorem, *Maximilianus* Bauarus ægrè è manibus dimiſit, (vt apparet ex *Dn. Krebs* Bauarici in Tract. Pacis Legati verbis quæ in Theatro Europæo legere eſt.) Et Ferdinandi I. Imp. increſcentem potentiam turbidis oculis intuitus quæ inuidia tamen ducta *Maria Anna* Ferdinandi II. filia ann. 1635. videtur per eiuſmodi matrimonium conſopita. Maximilianus deceſſit ann. 1651. menſe Sept. Ingolſtadi, vbi in eius Epitaphio inter alia legitur: *ipſe maiorum iure ſuis meritis & iuſto fatorum ordine Electoratum poſtliminio reduxit in ſuam domum.*

Intereſſe libertatis Germanicæ quoad electionem Romanorum Regis. Depoſitum ſecuritatis

Ius poſtliminij.

MEMBRVM II.

DE

MAXIMILIANO ELECTORE.

VI. Hic *Maximilianus*, *Bauariæ Salomon*, intereſſe Domus ſuæ priuatum mirificè auxit: Electoratum cum ſuperiori Palatinatu Bauariæ Ducatui coniunxit, ac ditiones ſuas Landgrauiatu Leuchtenbergenſi, & aliis Dinaſtiis auxit. Hic ſapiens Princeps, ſi quid erat difficilius, cuius exequendi ratio eſſet dubia & intricata, ſæpius illud iubebat vocari in deliberationem, & ipſe in eius examinatione dies noctesque iungebant, donec animus in reperta recti ac veri claritudine conquieſceret. Hinc fiebat, vt in rebus obſcuris aut arduis nunquam ex tempore daret reſponſa, ſed ea prius adduceret in conſultationem. Laudis tam non erat appetens, vt non modo aſſentatores, velut mentis humanæ peſtes, deteſtaretur, ſed ne ferret quidem ſe pro meritis commendari. Quum ab Auſtria pacata & deuicta Bohemia, palmis onuſtus domum rediret, omnem vetuit plauſum & feſtiuos apparatus, hoc ſolo ſplendidus, quod omnium rei bene geſtæ gloriam Deo in acceptis retuliſſet. Famæ nihilominus,

Intereſſe priuatum Bauaricæ Domus inſigniter promotũ virtute Maximiliani. Maximiliani prudentia ac felicitas. Nil ſine conſilio. Adulatio in conſilio dãdo ceſſet.

Principibus egregiis omnia ad famã dirigenda.

Inter ſolium regale & aliena genua quantum intereſt? Regni ſplendida miſeria.

Indiciũ Maximiliani de Imperatore ex ignorantia ſtatus ac iuru publici profectum.

Remedium contra Barattariam ſiue venditionem iuſtitiæ.

Intereſſe circa iudicia Statuum.

Principes irã frenare ac moderari debent.

Temperamẽtum circa pœnas.

Princeps non capiat voluptatem ex ſuppliciis.

Princeps in omnibus ſoli Deo gloriam adſcribat, dicens: Veni, Vidi, Vicit autem Deus.

Cornelius Agrippa. Magia odiũ.

ſincera probitate quæſitæ, magnam ſemper habuit rationem, ne nominis contemptu virtutem contemnere videretur. Cæteris enim mortalibus non perinde atque Principibus neceſſarium eſt, laudis ac poſteritatis fama, quippe quorum vita in excelſo poſita, omnibuſque conſpicua longiſſimam ſui generat recordationem. Si credendum *Adelzreittero*, quum Fridericus Palatinus an 1617. Maximiliano ſpem de adipiſcendo Imperio injeciſſet, hic reſpondiſſe fertur: *Se ad propoſitam dignitatem nullo pacto adſpirare: Suprema Imperatorum Regumque ſubſellia non aliâ ſibi ſpecie obverſari, quàm mulierum caſibus inſignita præcipitia: Diademata revera eſſe curarum periculorumque aculeis conſerta redimicula: ſceptra notas eſſe dominationis quidem, ſed eſſe quoque indices ſplendidæ ſeruitutis. Enimverò quid hodie ſit in Imperio, quod magnopere alliciat ſapientem? Non enim regnare eum, qui regnet precariò, qui ſubiectos niſi nominetenus, non habeat, quive ſubiectorum nutus pro legibus cogatur accipere:* Idem prudentiſſimus Dux & Elector mox vt faſtigium Principatus adiit, vetuit quicquam apud eos, qui iuri dicundo præſunt eſſe venale, aut ſordidum ex praua largitionum corruptela. Id quò caueretur facilius, volebat iuſtitiæ adminiſtris ſtipendia in tempore repræſentari, ne ex rapinis, aliiſque æquitatis offuciis compenſare cogerentur de priuatorum fortunis, quod publicæ mercedi decederet. Iram ſic habebat domitam, vt eam quaſi pro lubitu lenitate ad clementiam vel juſtitia ad improbitatis vindictam verteret, probè gnarus, nihil in Principe eſſe pulchrius, quàm peccantibus multa ignoſcere. Nulla flagitia ſinebat eſſe ſine freno, nec amabat tamen nimiæ animaduerſionis aſſiduitatem: Sed tam ipſi erant exoſa multa ſupplicia, quàm Medico multa funera: ſi quem ignoſcendo ſeruare poterat, ponebat in lucro reſipiſcentis ſalutem. Ex delinquentium mulctis nihil referebat ad ſua commoda, vt prorſus conſtaret, eum in facinoroſorum ſuppliciis ius & æquum ſectari, non iudiciorum retibus, & vindiciis juſtitiæ telis venationem exercere. Hic Princeps denique nil quicquam dedit publicæ rei procurationi, quod ad Deum non referret, certus omnia Diuino honori poſtponere, nihil eidem anteferre. *Reperit aliquando inter rara Imperatorum Romanorum numiſmata, vnum recentioris formæ, alienis notis inſignitum.* Suſpicatus latere quippiam, quod non deberet ignorari, numiſma dedit inſpiciendum viro rei antiquariæ bene perito. Retulit hic *nummum eſſe magicum*, cujus extaret effigies in ſcriptis *Cornelij Agrippæ*, hominis ad infamiam ſuperſtitioſi, qui perpetuam rerum felicitatem pollicetur illi, qui ſeruaret iſtud numiſma, contra denunciaret infauſta, ſi tale perderet amuletum. Maximilianus ſapienter ſecum ratiocinatus, citra impietatem numiſma notis magicis infame retineri non poſſe,

ilico

illico ſecedens illud conflauit, *maluitque quaſuis calamitates à Deo, quàm res ſecundas ab Orco expectare*: Contigit hoc paulò ante *Regis Guſtaui* in Germaniam aduentum, quando res retro ſublapſæ ingentes curas Maximiliano pepererunt. Vide plura de hoc Principe apud *Adlzreitterum* in Annalibus Boicæ gentis. Maximiliani filius, hodiernus eſt *Dn. Elector Ferdinandus Maria Ignatius VVolfangus*, qui natus ann. 1636. d. 21. Octobr. in Comitiis Ratisbonenſibus, & à Friſingenſi Epiſcopo baptiſatus eſt, *Alberto* Maximiliani fratre pro Cæſare patruo Sponſore, ſub cuius etiam curatela poſtea Patri mortuo ſucceſſit. Huic poſt exceſſum Ferdinandi III. Imp. controuerſia fuit cum Electore Palatino de Vicariatu, de qua re infrà. An. 1652. d. 22. Iun. vxorem duxit *Henricam Adelheidem* Victoris Amedei Sabaudiæ Ducis filiam, Virilis animi Principem, quæ S. *Ioſephum*, adſumptum Bauariæ Patronum, deuotiſſimè colere, noueque *Caietanorum Ordini Anti-Ieſuitico* inſigniter fauere dicitur. Ex hac an. 1660. Dn. Elector genuit filiam *Marianam Victoriam*, & an. 1662. filium *Maximilianum Mariam, Emanuelem, Caetanum, Ludouicum, Franciſcum, Ignatium, Antonium, Ioſephum, Felicem, Nicolaum, Pium.* Dn. Elector venuſtiſſimi corporis & quietiſſimi pariter ac ſedatiſſimi animi Princeps, actu otioſis ſimillimus, & ob maximas diuitias, ex monopoliis ſalis, cereuiſiæ &c. congeſtas, famigeratiſſimus. De aliis iudicent alij. Viuorum enim, vt magna admiratio, ita difficilis cenſura.

Ferdinandus Maria hodiernus Elector.

S. Ioſephus Bauariæ patronus.

Caietanorum Ordo.

De viuis iudicium exactum dare difficile.

DISCVRSVS XXV

DE

OCTAVO ELECTORATV, Carolo Ludouico Electore Palatino, & de Rodulphina lineâ.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Quod ad Domum* &c. verb. *Electorum octauus*, &c. *Carolus Ludouicus*.

MEMBRVM I.

De Octavo Electoratu.

Octauus Electoratus.

I. NOVITER hic in Inſtr. Pac. præter Aureæ Bullæ legem tit. 3. introductus Electoratus octauus, ac ita ex Septemuirali antea Electorum Collegio, hodie Octouirale conſtitutum. expreſſo totius Imperii conſenſu. Creditum antehac fuit numero ſeptenario aliquid ſancti myſterij ineſſe, adeoque antea non potuit obtineri, vt Eminentiſſimis & Illuſtriſſimis illis Septemuiris Electoribus octouir alius adderetur. Hinc *Maximiliano* I. Imp. petenti, vt Archi-Dux Auſtriæ in numerum Electorum cooptaretur, reſtiterunt, ne antiquiſſima inſtituta maiorum commutarentur, vt refert ex *Hartmanno Mauro* de Coronatione Caroli V. Goldaſtus. Quumque *Gabriel Bethlemus* Tranſſyluaniæ Princeps cum Electoribus

Collegium Electorum ægrè augmẽtum recipit collegarum. Non facile aliquid mutandum ex eo, quod diu æquũ viſum.

ctoribus & Principibus Vnitis egiſſet, vt Regi Hungariæ honos ille conferretur Principes eandem ob cauſam renuerunt, vt ex *Cancellariâ ſecreta Anhaltina* refert itidem *Goldaſtus* (lib. 3. de Regn. Bohem cap. 5.)

II. Ægrè inſuper in Tractatu Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſi obtineri potuit Octavus Electoratus. Vnde an. 1646. menſ. Iulio, *vvolten die* proteſtirende *Stende keinen achten Chur-Fürſten* admittiren; *ſondern begehreten das die Chur Abvvechſelungs vveiſen Bayern vnd Pfalz zugleich; die Lande aber dem* Pfalzgrauen reſtituiret *vverden ſolten.* [*Theat. Europæ* Tom. 5. p. 1113.) Tandem tamen Germanicæ tranquillitati hoc datum fuit, vt Sereniſs. Dn. *Carolus Ludouicus* [XIX. Elector Palatinus) Octavus fieret Elector, & Architheſaurarius Imperij. Priuſquam hoc ita in conſenſu tractatuum Pacis eſſet ordinatum, aliquando *Statuum Legati* miſſis Londinum ad *Carolum Ludouicum* literis Electoris titulo ipſum honorarunt; *jedoch das vff den fall der nicht erfolgender* approbation *vnd* accommodation *zum Friedenſchlus beſagtes* Prædicat *I. Kai. Mai. vnd dem Reich vorbehalten ſein ſollen.* (*Theat. Europæ.* Tom. 6. p. 606.) Tandem approbato à Sereniſs. Electore Palatino hoc Pacis Inſtrumento, octavus Electoratus cum limitatione clauſulæ *Inſtr. Pac. h. verſ. Quod ſi verò contigerit* &c. hodie inter publica Imperij jura receptus, & extincta VVilhelmina linea, expuncto octauo Electoratu, Dn. Elector Palatinus in priſtinum locum, dignitatem & iura, quibus Bauarus hodie fruitur, poſtliminio quaſi iterum erit reducendus. Ita ergo redibit ad Dominum quod Palatini ante hoc inſtrumentum Pacis ſuum eſſe defenderunt.

Octavus Electoratus nō eſt ſimpliciter & abſolutè conſtitutus.

III. Indignis ſanè & minimè tolerabilis fuit circa hunc Pacis articulum, communi conſenſu ſancitum, Romani Papæ Innocentij X. audacia, qui non dubitauit leges Pacis publicæ Oſnabrugis initæ, hoc quoque nomine impugnare, quaſi non fuerit fas octavum Electorem addere ſine ipſius autoritate. Verba Papæ ſunt: *Numerus VII. Electorum Imperij, olim Apoſtolicâ autoritate præfinitus, ſine noſtra & ſedis præfatæ beneplacito augetur, & octavus Electoratus in fauorem Caroli Ludouici hæretici inſtituitur.* Hæc ille ſatis temerè atque audacter. Adeò ſibi vendicat omnia, præſertim in Imperij noſtri negotiis, iſte homo (Canoniſtæ nec Deum nec hominem illum vocant, ſed quaſi medium inter vtrumque: An ergo Beſtia Apocalyptica?) vt non minus verè atque neruoſe ille Abbas exemptus, quærenti *cuius partis orationis ſit Papa?* reſponderit: *Papa eſt participij*, quia partem capit de clero, partem de ſeculari, cum totius Orbis doloris ſignificatione ſine modis & temporibus, referente *Dn. Hortleder.* [*Von vrſach des Teutſchen Kriegs* l. 1. c. 47. n. 53. *Ant. Aluear. Roman.* part. 6. c. 4.) Benè verò eſt, quòd Imperij noſtri

Papa auſus immanes cōtra Octaui Electoris conſtitutionem.

Papa arcanū ſuum intereſſe in noſtro Imperio quærit, ſed non inuenit.

Intereſt Imperij, vt Papa Imperio noſtro ſe immiſcens ſemper retundatur.

Proceres iſtam frigidam ac elumbem Papæ, contra hunc pacis articulum, interpoſitam proteſtationem non attenderint: Proteſtantes verò, quin Papæ conatus riſu exceperint, facilè inducor, vt credam.

An interſit Imperij, vt Nonus Elector Octouiris accedat?

IV. Nonnulli putant *intereſſe Imperij in eo verſari, vt Octouirali Electorum Collegio adhuc Nouemuir inſeratur*, metuentes ne ob diſcordantia & vtrinque paria Electorum vota aliquid monſtri tandem in Rempub. Imperij redundet. Exiſtimo tamen, haut eſſe neceſſarium, vt nonus ſuffragiorum arbiter Illuſtri huic Collegio, interea temporis, dum Wilhelmina linea durat, addatur, quum hodie Eminentiſſ. ac Sereniſſ. Electorum ſecretum conſilium eſſe videatur, durante familiâ Auſtriacâ, ex illa Imperatores eligere, vt ita diſcordia in Electione non adeò multum ſit metuenda. Quod ſi verò contingat durante Wilhelminâ lineâ, familiam Auſtriacam deficere, an tum è re Imperij ſit Octouiris Nonum adiungere, Status Imp. maturè inter ſe tum deliberabunt.

Electorum arcanum.

MEMBRVM II.

DE

CAROLO LVDOVICO Electore Palatino.

V. HIc Sereniſſimus Archi-Palatinus Princeps, præter alias virtutes rariſſima ſapientia inter ſeculi noſtri ornamenta numeratur, natus an. 1617. d. 12. Decemb. Pater eius fuit *Fridericus V.* natus Ambergæ d. 16. Aug. baptizatus d. 27. Septem. an. 1596. Eius Sponſores, ſiue fideiuſſores, in ſacro Baptiſmatis fonte fuerunt, Marchio Brandeburgicus *Georgius Fridericus*, *Mauritius* Landgrauius Haſſiæ; Legati duo VVürtembergicus & Anhaltinus, *Ioachimus* Comes Oldenburgicus, vicem gerens Ioannis Naſſouij, Ablegati ab Ordinibus Equeſtribus Rheni, Franconiæ & Sueuiæ. Hi pretioſiſſima munera puerperæ obtulerunt. Solus Equeſtris Ordo Franconiæ muneris loco omnia vtenſilia, ad Principis menſam bene ornatam pertinentia, ex ſolido argento confecta, tredecies millia thalerorum in pretio æſtimata, obtulit. Interfuerunt ſolenni huic baptiſmatis cultui 10. Principes, 18. Comites, Barones 9. Nobiles 275. Hic partim apud Bullionium Sedani, partim Heidelbergæ ita educatus eſt, vt à Studiis etiam accederet decus. Patre Friderico IV. mortuo de curatela Friderici multa controuerſia fuit, quum ex Aureæ Bullæ vigore & Ioh. Caſimiri præiudicio *Philippus Ludouicus Comes Palati-*

Fridericus V. Elect. Palatinus.

Peculii adventitium an profectitium.

Controuerſia de tutela Electorali.

Palatino Neoburgicus, agnatus proximus; (cuius in fauorem iam antea 1603. eam Imp.Elect.Moguntinus, Colonienſis, Treuirenſis & Saxo explicauerant; ſcriptis etiam propugnauere cauſam, *Ioh. Zeſchlin, Zachar. Friedenreich*, & alij) ab altera parte Iohan. Comes Palatinus Bipontinus ex teſtamento (propugnantibus inter alios *Dion. Gothofredo*, & *Marqu. Frehero*, olim in hypotheſi Caſimiriana contrariæ ſententiæ addicto) eam ſibi aſſererent. Non autem in hac controuerſia in dubium vocatum an proximus agnatus vi A Bullæ ſit minorennis Electoris tutor, an item præteriri debeat teſtamentaria conſtitutio tutelæ cōſtitutioni legitimæ. Vtrumque enim videtur ab illis conceſſum, tantum illud manente in controuerſia, vtrum is, qui ſecundum leges debeat tutelâ fungi ſit ſēper & ſimpliciter admittendus, & tum, ſi quando certum ab ipſo imminuit periculum Reip. illius, cuius tutelam debuit gerere. Non eſt noſtri inſtituti diſceptare vtrum iure an iniuria Palatinus Neoburgicus ſuſpectus fuerit de ſtatu Reip. turbando, vbi tutelam occupaſſet. Si transferamus autem illud negotiū ab hypotheſi ad theſin haud difficulter liquet non ſemper ac ſimpliciter proximo agnato tutelam Electoralem iure meritoque committi. Publicâ enim vtilitate ceſſante ex ipſa Legiſlatoris mente vis legum poſitiuarum quoque euaneſcit. Si itaque per tutelam ſtatus Electoralis in diſcrimē aduocetur, ipſa lex de tutela legitima non amplius obligat. Repugnat enim eſſentiæ tutelæ, vt res pupilli per eam perdantur quum tutor talis debeat rempub. tueri non perdere, Et licet in A. B. diſertis verbis de hac re non ſit prouiſum, ita tamen accipienda legiſlatoris mens. Vſque adeo ſane id clarum eſt, vt ipſe Rudolphus II. Imperij tutelam teſtamentariam Bipontini probarit; Neoburgico legitimo tutore ad petitorium remiſſo. Simpliciter tutelam teſtamentariam eſſe reiectam ex A.B. probari non poteſt. Ad hoc, teſtator faciliùs cauere poteſt teſtamento, ne quid reſpublica capiat detrimenti, quàm ipſa lex. Nec enim inter agnatos ſēper bene conuenit, imò verò inter illos multùm eſt diſſenſionis domeſticæ vt proinde ab iis maximum ſemper immineat periculum ceu vſus rerum quotidianus docet. *Dn. Conring.* ad Lampad. p.3. cap.4. §.25) Quum itaque Ioannes Bipontinus non facilè poſſeſſione deiici poſſet, hic obtinuit. Verum ann.1613. ante tempus adminiſtrationis finitum, Ioannes ſe ſponte tutela abdicauit, imperij tamē negotiis ad 18. Friderici annum completum ſeruatis (*D.Spener.* in Syllog Genealog. p.76.)

Quatenus tutela legitima admittenda in publicis.

VI. Mitiſſimi ingenij Princeps extitit Fridericus ſuorum ſuggeſtione & aſtrologorum promiſſis ad conſilia ſibi & vniuerſæ Germaniæ exitioſa impulſus coronam regni Bohemiæ ſibi oblatam ſuſcepit d.4. Non. 1619. & ita in conſpectu vrbis Pragæ à Ferdinando II. Imperatore

De ſuſceptione Coronæ Bohemicæ.

victus & regno exutus, neque Bohemos in libertatem aſſeruit, & ipſe quoque ſuum patrimonium infelici cauſæ impendit, vt iudicat *Dn. Forſtner.* (ad. l.12. Ann. Tac.p.144) Interea an. 1921.d. 22. Ian. ab Imperatore publico diplomate (improbātibus Saxone, Brandeburgico & aliis Principibus eiuſmodi proceſſum, quod Capitulationi contrarius ſit quum conſenſus Ordinum nullus acceſſerit, Catholicis autem & inprimis Colonienſi rem temporis neceſſitate excuſantibus) Fridericus proſcribitur; Spinolaque dein miſeris modis Palatinatum fertiliſſimam illam regionem, Cerere & Libero abundantem, miſere vaſtat ac ſubigit. Hiſpani tum in vexillis Burgundicas cruces habuerunt depictas, de quibus nonnemo ex militum turba dixerat: *Die Pfalzer habẽ bishero vveinig vom Creuz gevvüſt, iezt ſollen ſie Creuz gnug bekommen, ſo, das ſie auch keinen Creuzer im Haus behalten vverden.* Dictum factum & Spinolano-*Hiſpani Euangelium quintum* de Cruce & afflictione adeo *acerbè prædicarunt*, vt Palatinatus, hortus ille Germaniæ, breui ad ſterilitatem fuerit redactus. Quidam etiam tum imprudenter dixerat: *Es müſten die Pfälzer ſehr vnd mehr Sünden getrieben haben, als andere Lande*, cui Palatinus repoſuit: *Iſt dem ſo, ſo iſt gros vvunder, das Gott euch nicht ſo viel gevvürdigt, das ihr den erſten ſtein auff ſie gevvorffen.* Poterat tum ab Vnioniſtis repelli Hiſpanus, ſi modo *Ioach. Erneſtus Brandeburgicus*, vnionis Dux vehementius reſtitiſſet, & reliqui Euangelici Principes, excommunicationis fulmen in Palatinum per illegitimos tramites vibratum eſſe cernentes, aut vnanimiter apud Cęſarem pro Palatino interceſſiſſent, aut ſi precibus nullus locus datus, Palatinum auxiliis non ita deſtituiſſent. *Dum verò communis cauſa ita deſeritur, quid mirum ſi dein, dum ſinguli pugnarunt, vniuerſi à Cæſare ſint victi.* Zinck graffius tum temporis, verè indicauit: *Das die Pfalz viel ubeler daran, als derienige ſo vnter die Mörder gefallen; dann derſelbige noch einen Samariter gefunden, ſo ſich ſein herzlich angenommen, das hat Pfalz nocht nicht geburen mœgen.* Quin potius an.1621. conuentu Moguntino arbitris *Io. Suicardo* Elect. Mog. & *Ludouico* Haſſiæ Landgrauio, *Vnio* diſſoluta, vt ita omnia præſidia paulatim Friderico adimerentur: Ipſe Fridericus etiam ſibi non parùm obfuit, dùm conſilia belli omittens Mansfeldium ac Brunſuicenſem ad Tabernas dimiſit: Inde *Heidelberga*, & *Manheimium* in hoſtium poteſtatem peruenerunt, ac ſecurum dein, vafritie Hiſpanorum aduerſus Iacobum R. Angliæ, municiſſimum *Francodalium.* Interceſſerunt ſæpius pro Friderico Rex Daniæ & Angliæ, ſed omnia incaſſum & fruſtra; vt tum verè à quodam Palatino fuerit dictum: *Gleich vvie ein armer nicht geſettiget vvird mit den vvorten Gott helff dir; Alſo vvollen die verlorne Sachen in der Pfalz mit* Proteſtationen, legationen *vnd* interceſſionē *nicht vviedergebē vverden.*

Preſcriptio Friderici.

Palatinatus Rhenj fertiliſſima regio

Bellum eſt ſ(?)igrum quo pelli- mur ad officium Commune Euangelicorum intereſſe negligitur.

Contra vim bellicam invalidum eſt legum auxilium.

VII.

VII. An. 1630. in Comitiis Electoralibus Ratisbonæ Cæſar inter alia propoſuit: Quia Fridericus Palatinus belli & malorum cauſâ æquiſſimis in Mülhuſiana Synodo ſibi dictis legibus vſque non paruerit, nec à conſiliis patriæ & tranquillitati publicæ infeſtis vnquam deſtiterit, ſed cùm ante alios, tum poſtremo Batauos in patriæ perniciem exciuerit; rogare Imperatorem velint iubeant Electores excludi ab omni redeundi ſpe extorrem Palatinum, nec vnquam pacis cum eo gratiam reconciliari. Id quàm variè acceptum ſit in Comitiis iſtis Vid. *ſupra Diſcurſ.* 1. & *Berenici* Epiſt. de Comitiis Elect. de anno 1630. Quum dein Rex Succiæ victricibus armis ſuis Palatinatum excepta Heidelberga ac Franckenthalio, recepiſſet, tandem Fridericus lethiferâ febri correptus 1632. Moguntiæ obiit.

Frideric. … exilio moritur.

VIII. Friderici filius CAROLVS LVDOVICVS modernus Elector in exilio Patris apud Belgas adoleuit. Patre verò mortuo eius nomine patruus *Ludouicus Philippus* Dux Simerenſis curatelam ſuſcepit Electoratus. In Pace Pragenſi ipſi & fratribus, ſi ad obſequium redierint, alimentum tantum deſtinatum, quod dignitati reſponderet. Quum autem Ferdinandus III. 1636. eligeretur Rex Roman. *Palatinus* proteſtatus contra Electionem, vtpote non omnibus conuocatis Septemuiris factam, & ius ſuum in Electoratum ſcriptis propugnauit. Ann. 1638. empta à Suecis *Meppena*, inſigni Monaſterienſis Epiſc. munimento, conſcripto exercitu Carolus Ludouicus cum fratre *Ruperto* (qui hodie Neptuni terror cluet in Anglia) collapſam fortunam ac prope iacentem rurſus armis erigere cogitauit. Cæterùm Baro *Vehlenius* repentinâ irruptione eodem anno menſe Maio Vrbem intercepit. Præfectus vrbis *Horneccius*, ſpretâ libertate vitæ & armorum diſcinctu, audaci manu cuidam Centurioni Cæſareo egregium inflixit colaphum, ac ita gladio perfoſſus hoſtibus mortem extorſit. Inde ab Hazfeldio Palatini *Lemgouiam* obſidentes, iuſto ſuperâtur prælio, 1638. menſ. Octob. & Carolus Ludouicus, vado Viſurgim penetrare tentans, præcipitatâque rhedâ equiſque ſeiunctis in tanto periculo ſalicem apprehendit, & ita ægrè Mindam peruaſit, capto fratre Ruperto. Poſt hæc Carolus Ludouicus *Vinarienſi* mortuo pecunia inſtructus ex Anglia ad copias, Duce deſtitutas, properabat, ſed duabus vel tribus comitibus ingreſſum Galliam Rex in itinere ſiſti iuſſit: vbi detentus donec res cum Vinarienſibus compoſitæ, metuſque ceſſauit. De injuria illius detentionis Carolus Rex Angliæ & Regina Succiæ literis conqueſti, ſed re peractâ. Poſtea aliquot annis elapſis in inſtrumento Pacis eius ratio habita, vt hic in textu habetur, atque ita an. 1650. immiſſus Dn. Elector in poſſeſſionem inferioris Palatinatus, omnem Electoralem ditionem, exce-

Caroli Ludouici actiones ante reſtitutionem in Electoratum.

Proteſtatio conſeruationis proteſtantis.

Meppena empta alea belli perit.

Rupertus Palatinus.

Vehlenius.

Horneccius.

Analogica antochenâ, Palatini quartâ lunâ nati, ac domi habens equum Seianum.

Viæ publicæ interdum ob rationem ſtatus non ſunt liberæ.

Palatinus rurſus mittitur in poſſeſſionem Electoratus.

pro Francodalio, recepit. Sereniſſimus hic Princeps Elector tabulis ex naufragio ita collectis, Ditionem Electoralem eiuſq; iura adeò prudenter tuetur, vt in hunc merito alii Germaniæ Principes, tanquam viuum exemplar optimi regentis, intueri poſſint. Etenim hic ſapientiſſimus Princeps non videt per oculos miniſtrorum, ſed ipſe gubernacula regiminis in ſeram noctem non rarò moderatur tantâ vigilantiâ, vt ſæpè in oculis ſomnum non videat. Imò hic Archi-Princeps adeò rerum ſuarum ſatagit, vt quantum alij tribuunt nimiis venerationibus, & coronatis Bacchi poculis, tantùm ad Archi-Palatinatum ſuum bene ac ſapienter gubernandum ſibi inſumat. Nuper, feruente de VVildfangiatu & aliis iuribus controuerſiâ, hic Princeps in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt, plus ſanè effecit calamo, quàm alij viciui armati ſtrictis ſuis gladiis. Quum olim *Albertus* Marchio Brandeburgenſis cognomento Achilles Germanicus paſſim, ob iniurias Noribergenſibus illatas, infeſtaretur illuſtris quidam Germaniæ Princeps dixit: *Es nehme ihm vvunder, das eine ſo groſſe menge Herrn vnd Volck gegen ihn, der nur ein Fürſt vvere, auffſtunde!* Cui alius repoſuit: *In der kiughe.t* Alberti *ſteckt die macht vnd mittel von all den Fürſten deſs ganzen Teutſchlands.* Idem ſanè elogium Sereniſſ. Carolo Ludouico non pauci tribuunt, dum illum *Seculi noſtri Salomonem* ſalutant. Prudentiſſimus hic Princeps, tametſi non pauca per Inſtrumentum VVeſtphalicæ pacis Electorali Domui ſuæ ſint adempta, nihilominus tamen pacificationi huic firmiter inhæret, illamque pro cynoſura reſtitutionis ſuæ agnoſcit. *Autor Vindiciarum cauſæ Palatinæ* ſcribit, quod ſua vineta cædat Palatinus dum Inſtrum. Pacis contra fœderatos laudat. Cæterùm Optimo Principi hoc modo ſumma iniuria infertur. Non enim appetit aliena, ſed ſua tantùm iura, in quæ vigore Inſtrumenti Pacis reſtitutus, expetit, & conſeruare ſatagit, tanquam fidelis populi paſtor. Non ſine cauſa præterito bello occaſione belli Bohemici amiſſa, & infelix Palatinatus fatum luget, mitioraque tempora expectat. Sereniſſim. hic Princeps omni genere virtutum, quæ imperantibus propriæ decorus, Muſarum Protector, & omnibus numeris πολιτικώτατος exiſtit. Aulam habet ob eruditiſſimos aulicos Academiæ non abſimilem. Miniſtri, quibus in regendis ac moderandis publicis negotiis vtitur (inter quos præcipuè *Dn. D. Boeckelman*, Dn. D. *Peil*, Generoſus Dn. de *Berck* Dn. Ezechiel *Spanheim* Sanctiores Conſiliarij & alij) omnibus laudum præconiis maiores ſunt.

Ciuilis prudentia Caroli Ludouici.

Cedunt arma togæ.

Nemini facit iniuriam qui iure ſuo vtitur.

Dn. Electori Palatino cũ Vicinis ſuis non bene conuenit.

IX. Dolendum ſanè eſt, quod nonnulli vicini, hunc prudentiſſimum Principem, ob VVildfangiatus & alia iura, ſtrenuè aſſerta, tanto odio proſequantur, vt illum apud Cæſaream Maieſtatem exterósque Reges & Principes non adeò pridem traduxerint, quaſi is nihil aliud

meditetur,

meditetur, quàm vt omnes vicinos ſuos opprimat, & ſub inanis priuilegij nomine tota territoria abſorbeat, aliorum ſubditos miſeræ ſeruituti mancipet, & feliciſſimum Rheni tractum Buſiridis inſtar inhoſpitalem reddat: Quum tamen publicis ſcriptis Dn. Elector palam conteſtetur, quod ius, à maioribus partum & exercitum, tantummodo retinere ſtudeat. Hoc vero non eſſe turbare pacem, opprimere vicinos, introducere intolerandam ſeruitutem, euertere Status Imperij, quum nemini iniuriam faciat qui iure ſuo vtitur. Cęterùm de hac re pluribus *ſequ. Diſcurſu* agemus. *Bene* interim *eſt*, *quod in hac VVildfangiatus controuerſia Rhetorica ſit à Logica victa*, id eſt, quod Orator Vindiciarum *in ſtuta cauſa Palatina* robuſtiſſimas ac firmiſſimas rationes verborum ſuorum mellitis globulis conuellere non potuerit. Autor Vindiciarum, quiſquis tandem ille ſit [num Argentinæ, an alibi degat inquirere non vacat] ſcriptor ſanè eſt accurati iudicij, & qui Curtij atq; Taciti ſtylo elegantiſſimo huic cauſæ, quantum in ſe quidem fuit, inſeruiit Theſin tamen non rectè ad hypotheſin accommodaſſe videtur, dum ex principiis iuris naturæ VVildfangiatus cauſam oppugnare conatus eſt, quum tamen ſatis ex iure notum ſit, tales ſeruitutum ſpecies eſſe præter naturæ iura inductas, ac ex principiis iuris planè extraordinariis reſultare. In reliquum ignoſcat Autor ille, doctiſſimus pariter ac eloquentiſſimus, quòd Prouerbium illud: *Logica eſt à Rhetorica victa* [olim in Ducem Brunſuic. & Epiſc. Halberſtadenſem à vulgo iactitatum] ad hocce negotium, citra omnem tamen iniuriam, transferre haut fuerim veritus.

Sua retinere priuata & regia domus laus eſt.

Rhetorica à Logica victa.

Iudicium de Autore vindiciarum cauſa Palatina.

MEMBRVM IV.

DE

RVDOLPHINA LINEA.

Ad verb. *Rudolphinæ linea.*

X. MEntio hîc fit Rudolphinæ & VVilhelminæ lineæ. Vtriusque lineæ origo talis eſt: *Ludouicus* Severus, communis Palatinorum & Bauarorum, quotquot hodie ſuperſunt, Pater, habuit filios *Rudolphum* & *Ludouicum* Imp. poſtea factum. Rudolpho Pater cum Electorali dignitate reliquit Palatinatum, & ab eo Comites Palatini qui ad Rheni ambas ripas dominantur deſcendunt, indeque *linea Rudolphina Lehmannus* [l. vlt. Chron. cap. 29. à princ.] ita hac de re: *Chur Fürſt Ludwigs hinterlaſſene Sœhne Pfalzgraff. Rudolff und Ruprecht hatten in abtheilung der Pfalz und Hertzogthumbs*

Rudolphina linea.

Exemplum pactæ familiæ.

Bayrn mit Kayſar Ludvvig anno 1327. *zu ihrem theil abſonderlich vor ſich, ihre Erben und Nachkommen, empfangen die Lande am Reinſtrom und Ober-Pfaltz ſo zuvor zum Hertzogthumb Bayrn gehœrig gevveſen, und von derſelbigen zeit einen beſtendigen Hoff zu Heidelberg angeſtellt: Dan ihre Vorfahren mehrer theils in Bayrn oder andern orten Hoff gehalten.*

VVilhelmina linea.

Ludouicus autem Imperator habuit filium *VVilhelmum* Ducem Bauariæ, *à quo VVilhelmina linea originem trahit.* Et hoc modo VVittelsbachica & Bauarica familia in duos ramos diffunditur, quorum ille VVilhelminus Duces Bauariæ; alter Rudolfinus, Comites Palatinos Rheni propagat.

Palatinatus ſuperior. Donatio inter viuos.

Quod *Palatinatum Superiorem* attinet illc donatione Contradini vltimi Sueuiæ Ducis, quæ à Rudolpho & Electoribus confirmata, Palatinatui inferiori ceſſit, & ab eo tempore in Comitum Palatinorum poteſtate fuit. *In Manifeſto Electoris Palatini* de an. 1639. refertur, quod Superior Palatinatus ſemper fuerit pars integrans Bauariæ, & per pactum Pauienſe ad Comites Palatinos venerit. (*Sprenger.* in Iuriſpr. Pub. p. 380. 416.) Alij dicunt, quod Ludouicus Seuerus Rudolpho primogenito cum Palatinatu Electorali etiam Palatinatum Superiorem dederit. D. *Spener.* (in Syllog. Genealog. p. 65.) ait, quòd mortuo *Ioanne Duce Inferioris Bauariæ* ann. 1340. quum Ludouicus Imp. nepotibus excluſis, ſolus ſuccedere vellet, tandem in compenſationem partem Norici nomine Palatinatus Superioris conceſſerit Palatinis. Quicquid de eo ſit, *hodie per Inſtrum. Pacis quamdiu VVilhelmina linea durat, Palatinatus Superior ad Bauarum ſpectat.*

XI. Sed vt ad Rudolphum & Ludouicum, Ludouici Seueri filios res redeamus *Rudolphus* quum in eligendo Imperatore ſuffragium *Friderico Auſtriaco* potius quàm fratri Ludouico dare maluerit, & hic nihilominus ſuffragiis ſuperior fuerit, inde Ludouicus Imp. fratrem Rudolphum an. 1317. ditione ſua exuit, qui extorris in Anglia moritur 1329. Reſtituit tamen Rudolphi filiis Palatinatum Imper. Ludouicus, eâ conditione,

Ticinenſe pactum. Pactum quod vi & metus cauſa.

quæ *Ticini* eis dicta 1329. *vt in alternationem Electoriæ dignitatis inter lineas Palatinam & Bauaricam ſeruandam, conſentirent.* Ea verò tranſactio poſtea tanquam minorennibus vi extorta irrita reddita à Carolo IV. 1359. Comitiis Norib. ob iniquitatem. (vid. *Piaſecium* in Chronic. noſtr. temp. p. 361.)

Rupertus Imperator Palatinus.

Ex familia Rudolphina prodiit dein *Rupertus Iunior,* qui electus Imp. iura Imperij in Italia aduerſus Galeatium D. Mediolanenſem aſſerere cogitauit, ſed deſertus à Pontifice & Florentinis, Moguntino etiam conatibus eius aduerſante, rem malè geſſit. Hic Rupertus eſt communis pater linearum Palatinæ familiæ. Ruperto patri in Electoratu ſucceſſit *Ludouicus Barbatus*, quem excepit dein filius *Ludouicus Manſuetus*, & poſt illũ frater

Fridericus Victorioſus.

Fridericus Victorioſus (vulgo *der bœſe Fritz,*) qui præcipuum & grauiſſimum bellũ cum *Dietheri* Iſenburgici

Electoris

Electoris Moguntini (quem Papa quod ſine Pontificis conſenſu Electores ſe non conuocaturum promittere nollet, excommunicauerat, ſubſtituto *Adolpho* Naſſouio) hoſtibus geſſit. Inferior multo hoſtibus fore viſus Fridericus, ſed anno 1462. Cal. Iul. feliciſſimè hoſtes inter anguſtias Rheni & Nicri (*am Frehnholtz bey Seckenheim zwiſchen Heidelberg und Manheim.*) fudit, *Carolo* Marchione Badenſi, *Georgio* Epiſcopo Metenſi & *Vlrico* Comite VVirtenbergico captis, & Heidelbergam in arcem deductis.

Papa arcanum intereſſe in Imperij perniciem

Prælium ad Seckenheimium.

Eo in loco vbi pugna commiſſa adhuc hodie extat, *lapideum monumentum*, cui crux ſuperimpoſita (vnde ab accolis vocatur *Das Steinerne Creutz*) Inſcriptionem columnæ anno 1666. quum Heidelbergâ me animi gratiâ eò conferrem, talem deprehendi: *Als man zahlt nach Gottes Geburt* 1462. *auff S. Pauls gedechtniſz tage, ſeind auff dieſer VVahlſtatt durch Hertzog Friderich Pfaltzgraff bey Rhein und Chur-Fürſten niedergevvorffen, Herr Iœrg Biſchoff zu Metz, Marggraff Carl von Baden, und Graff Vlrich von VVürtemberg mit einer mercklichen zahl ihrer Diener, Graffen, Herrn und Knechte, und denſelben ſo in dieſem Geſcheffe todt blieben ſeind, vvolle Gott barmhertzig ſeyn.*

Das ſteinerne Creütz.

Chronicon Heidelbergenſe M S. ita porrò hac de re: *Dieſe Fürſten alle drey mit ihren Panieren (ſo noch zur Gedechtnis zu Heidelberg im Stifft zum H. Geiſt hangen) vvurden gen Heidelberg in das Schloſz geführet. Da lieſz der Chur-Fürſt den dreyen gefangenen Herrn ſtattlich eſſen und trincken vortragen, aber kein Brodt, die Herrn ſahen einander an, und kunten auſz mangel deſz Brodts nicht eſſen. Der Chur-Fürſt that dergleichen als vvan ers nicht vvüſte, ſprach ihnen zu, ſie ſolten frœlich ſein, eſſen und trincken: Dem gab der Herrn einer zu antvvort: Sie haben kein Brodt. Darauff der Chur-Fürſt ihnen ſaget vvie meinet ihr, das es mit meinen armen Vnderthanen ſey, denen ihr alle Früchte verherget vnd verbrennet habt? Gab ihnen dadurch zu erkennen, vvas ſie dem armen Mann fur ſchaden zugefüget hetten, und lieſz ſie gleichvvol hernach Fürſtlich tractiren. Zur gedechtnis dieſes Siegs ſeyn dieſe alte Teutſche reymen:*

Tempore belli frumentis, in quantum fieri poteſt, parcendum.

Captiuitas inter Chriſtianos non inducit ſeruitutem.

Als ein a mit einem i geziert,
Vier Hueſſeiſen vvarden formirt,
Ein Axt und der Apoſtel zahl,
Geſchach die Schlacht am Neckerthal:
Da fienge ein junger Pfaltzer
Ein Bader, ein Jeger, und ein Saltzer.

Friderici Victorioſi depoſitio & mors.

Bellum hoc dein autoritate Friderici Imperatoris compoſitum. Fridericus verò Elector poſtea anno 1471. Auguſtæ ab Imperatore eſt depoſitus: nemo tamen auſus ei vim inferre, quum omnes experti eſſent illius vires. Obiit anno 1476. d. 12. Decembr. ſepultus Heidelbergæ in Cænobio Minorum, vbi eius epitaphium reperi *Salus Patriæ, Prædonum fulmen- - - - tres hoſtes vicit, Principatum auxit & piè viuus exceſſit, an.* Chriſti. 1476. *prid. Id. Decembr. Fuit eius virtus ſocia vitæ, gloria mortis.*

Palatinatus increſcens ſelicitas rurſus decreſcit.

Teſtamentum in bonis feudalibus cauſa & origo belli.

Executio teſtamenti.

Ei ſucceſſit *Philippus ingenuus* Ludouici Mantueti filius, ſub quo Palatinatus viris, opibus & literis floruit, ſed *bellum Bauaricum* poſtea ſecutum, creſcentis familiæ fuit remora. Origo huius belli talis: *Georgius Diues Dux Bauariæ* elocauit *Ruperto Virtuoſo*, Philippi filio vnicam filiam Eliſabetham, eamque & per illum generum Rupertum heredes omnium bonorum ſuorum & ditionum teſtamento (cui executores deſtinauerat *Vladiſlaum* R. Bohemiæ: *Ludouicum* R. Galliæ, & alios magnos Proceres) inſtituit. Teſtamentum hoc Imperator, vt in fraudem agnati Alberti Bauari cuius ſocer erat Maximilianus Imper. contra leges Imperij feudales factum, probare noluit; probauit verò Pontifex. Duæ tamen, vt ſine bello res perfici poſſet, ab Imperatore trientes ditionum Georgij nomine tum dotis, tum prætenſionum, quas ab antiquo aduerſus Bauaros habebant Palatini, offerebantur, vt tertia tantum pars ad Albertum Bauarum perueniret.

Intereſſe Palatinæ Domus decreſcit.

Bellum Bauarico Palatinum.

Ne Hercules quidem aduerſus duos & in bello potentior habetur in iure prior.

Acquiſita bellica

Controuerſia Vmſtatenſis

Rupertus fiducia Bohemorum & Regis Galliæ, qui dicitur ſtimulaſſe, conditionibus recuſatis, ius armis proſequi ſtatuit, & ob hoc à Maximiliano ipſe & mox 1504. pater, quòd auxilium ferret, proſcribuntur. Inde omnes in Palatinos irruunt, quos Galliæ Rex deſerit, Bohemi fruſtra tuentur, ac tandem Palatini acri prælio ad Ratiſponam victi. *VVirtenbergenſis VVinſpergam, Maulbronnam*, & alia eripit. *Norimbergenſes* Altorfium, Hersbrug, Lauffenam. Ingolſtadium *Bauarus*. *Haſſiæ Landgrauius* Homburg, *Vmſtatt* & alia loca cepit. Vmſtadium autem ex dimidia parte ad Hanoicos ex altera ad Palatinos ſpectabat. Poſtea noua tranſactione iterum ad dimidiam partem Vmſtadij Palatini admiſſi anno 1521. Nata dein ſub Carolo Ludouico Electore moderno anno 1662. menſ. Sept. cum Domo Darmſtattina iterum controuerſia, ob ius Eccleſiaſticum in præfectura Vmſtatt. Res tum ad arma ſpectabat, quæ dein ſuſpenſa ac in ſuſpenſo poſita.

Machiauellica conſilia Statiſtarum.

Sed redeundo ad bellum Bauaricum, ſolus *Chriſtophorus Badenſis* ex vicinis fidelis & amiciſſimus manſit Palatino, & quum is à conſiliariis quoque incitaretur, vt hac oblata occaſione illa, quæ Fridericus Victorioſus patri Carolo Marchioni, qui ad Seckenheimium fuit captus, armis extorſerat, nunc repeteret,

vel ſaltem chirographum de ablatis reſtituendis Palatino extorqueret egregium iis reſponſum dedit: *Er gilt bey vns mehr, den Land vnd Leute gevvinnen: Mein Vatter hat Pfalzgraff Friderichen ſeine trevve von ſich geben, die begehre ich vnverbrüchlich zu halten* In Comitiis Colon. ann. 1505. *Fridericus* Elec. *Sax.* pro Philippo Palatino interceſſit, qui dein in gratiam Cæſaris rurſus receptus. Filiis autem Ruperti *Ottoni Henrico* & *Philippo bellicoſo* pars aliqua auitæ hereditatis inter Nabum & Danubium ſupra Ratisbonam qui *Neoburgenſis Principatus* (aliàs appellatur *Palatinatus Iunior*) conceſſa. *Otto Henricus* Palatinam Bibliothecam primus inſtituit & Principatum Neoburgicum VVolfgango Bipontino agnato ſuo teſtamento legauit. *Philippus* autem Viennam anno 1529. aduerſus Solymannum (qui iam in Vrbem vſque ad Scotorum templum penetrarat, cuius rei ſignum, hodie vocant *den Heidenſchuſs*, eiuſque ſigni reliquiæ mihi Viennæ monſtratæ) fortiter atque ſtrenuè defendit. Faſſus autem dicitur Imperator Maximilianus (Vide *D. Spenner*. in Syllog. General. pag. 68.) anno 1518. ſe Palatinis æquo grauiorem fuiſſe & pollicitus reſtitutionem, *vectigal* aliquod, quod *aureum* appellant, attribuit. Deſcripſit hoc bellum carmine *Rich. Bartholinus* libris 12. quibus *Spiegelius* adiecit commentarios.

XII. Philippo Ingenuo Electori ſucceſſit filius *Ludouicus Pacificus*, qui ſemper pacis & concordiæ fuit ſtudioſus. Carolum V. ſuo ſuffragio ad Imperij faſces promouit, & in Comitiis VVormatienſibus anno 1521. ſententiæ Pontificiorum de non ſeruando ſaluo conductu D. Luthero conceſſo vehementer reſtitit, & labem Conſtantienſem meliori fide eluendam cenſuit; *Franciſcum von Sickingen*, pacem publicam turbantem, coërcuit, & demum obſedit, in qua obſidione Sickingenſis mortuus. Primam religionis pacem obtinuit Euangelicis Noribergæ à Cæſare anno 1532. quumque Carolo V. inprimis carus eſſet, eo viuo non erupere in bellum odia Pontificiorum. Mortuus eſt anno 1544. d. 16. Mart. atque cum eo pax Germaniæ mortua atque ſepulta. Ei ſucceſſit frater *Fridericus II.* Sapiens, cuius varios caſus deſcripſit comes indiuiduus *Hubertus Thomas* Leodius. Hic Electoralem dignitatem contra æmulum VVilhelmum Bauariæ Ducem à Carolo V. in Comitiis Spirenſibus anno 1529. obtinuit, & globum aureum, Cæſaris dono, inſignibus Palatini Electoris intulit, ac ab eo tempore Electores Palatini pomo illo aureo cum cruce impoſita in ſuis inſignibus vti cæperunt. *Fridericus* porrò *Smalcaldicæ cauſæ particeps eſſe nolebat*, vnicam fiduciam in Deum reponens. Quum aliquando à magno Principe interrogaretur; quare non arcem aut

Chirographa vi non extorquenda.
Ex contractu vi adhibita nō debet fieri diſtractus.
Etiam quod in carcere promiſſum ſeruandum:
Origo Neoburgenſis Principatus:
Teſtamentū in feudo valet ſi proximus agnatus heres inſtituatur:
Otto Henricus & Philippus Palatinus:
Rich. Bartolinus.
Ludouicus Pontificus:
Pax publica Franc. Sickingus:
Proxeneta pacis religioſa quæ fuerit:
Frideric. II. El. Hor.
Hubert Th: Leodius.
Inſignia Palatini Electoris augentur.

Munimenta quidem extruere vtile: Cæterùm niſi Deus cuſtodiat ciuitatẽ, fruſtra ſunt omnes vigiles.

Vrbem aliquam muniret, quum tot haberet hoſtes? Reſp. *Ego arcem meam habebo inexpugnabilem: Ein feſte Burg iſt vnſer Gott.* Regeſſit alter: Vtrumque vtile eſt externum atque internum præſidium: Cui repoſuit: *Quid quæſo profuere in bello Smalcaldico veſtra arces & munitiones?* Obiit anno 1556. In eius locum ſucceſſit *Otto Henricus Magnanimus*, Ruperti virtuoſi filius, qui poſt mortem patrui, quem ante ſe Electoratum gerere permiſerat, eundem ſuſcepit, atque quicquid Pontificij fermenti ſupererat è tota prouincia eliminauit. Deceſſit anno 1559. d. 12. Febr. liberis orbus. Hunc ex linea Simmerenſi excepit *Fridericus III. Pius*, qui primus Helueticam doctrinam de Sacra Cæna in Palatinatum induxit. Inde 1561. in conuentu Naumburgico, an variata an inuariata Auguſtanæ Confeſſionis edito ſequenda, ipſo autore diſputatum. Anno 1563. *Catechesis Heidelbergenſis* ab ipſo publicata, quam nunc plerique ſequuntur Reformati. Elogium eius vide ap. *Thuan.* (l. 62. p. 180. 181.) Succeſſor fuit Filius *Ludouicus*, (quem Reformati *facilem* vel *Lutheranum* cognominant) Sacræ Scripturæ lector aſſiduus, & ſcholarum ac Eccleſiæ Mæcenas liberaliſſimus. Maturè deceſſit 1583. (V. *Thuan.* lib. 79. pag. 892. 893.) relinquens filium minorennem *Fridericum IV.* cuius curatelam ſuſcepit, iuxta Aur. Bullæ tenorem, *Iohannes Caſimirus*, Reformatæ religioni addictus. Quia verò Teſtamento dati Contutores Lutherani, in initio in Camera Spirenſi, mox armis egere: Firmato verò in poſſeſſione Ioh. Caſimiro, deſiſtendum fuit. Sub illius adminiſtratione Auguſtana Confeſſio inuariata iterum Palatinatu toto exacta; & filius Ludouici *Fridericus IV.* quem *Sincerum* cognominant, ad Reformatam Religionem traductus. Hunc excepit *Fridericus V. Patiens*, ſub quo infelix fatum Palatinatui incubuit, de quo *ſupra Diſc.* 1. actum. Friderico in exilio mortuo, ac Pace Monaſterienſi 1648. concluſa illaque anno 1650. executioni mandata, poſtliminio quaſi Sereniſſ. *Dn. Carolus Ludouicus*, Friderici V. filius, in Electoratum Palatinum reſtitutus, primus per quem Septemviratus, Septenario numero in octonum mutato, augmentum ſumpſit. Prudentiſſimus hic Princeps, videns quantum inclytæ Domui ſuæ nocuerit odium Cæſaris, omnibus modis Imperatorium fauorem, quo Pater exciderat, rurſus colligit, firmiterque agglutinare ſtudet, vt ita Palatinatum, quem lateritium recepit, marmoreum (Vtinam vicini non prohiberent!) poſteritati relinquere poſſit. Tantas jam radices hic Ciuiliſſimus Princeps in Cæſaris gratia egit, vt *Ferdinandus III. Imper.* excelſæ memoriæ, illum aliquando (vt à Viris fide dignis accepi) appellarit: *Seinen Politiſchen Chur-*

Otto Henricus Elector.

Fridericus III. Elector.

Ludouicus Elector.

Frideric. IV. Elector.

Controuerſia de tutela Electorali.

Fridericus V. Elector.

Carolus Ludouicus Elector.

Intereſt Palatinæ Electoralis Domus, vt Cæſaris fauorem rurſus recuperet.

Chu-furſten. Nuper etiam, durantibus velitationibus Vicinorum, ob Wildfangiatus ius controuerſum, quum Dn. Elector ad majorem ſecuritatem Vrbis Heildelbergenſis fortalitium eo loci exſtrui curaret, vbi olim ſtetit munimentum, quod vocabant *den Truz-Kaiſer*, ſubditique nouo iſti caſtello vetus illud odioſum nomen ruſus imponerent; promulgato Edicto ſub ſeuera pœna Sereniſſimus Dn. Elector prohibuit, ne quis iſto nomine amplius vteretur, ſed omnes & ſinguli illud caſtellum nouo nomine *Die Stern Schantz* appellarent. Bonum factum! Vxor Sereniſſ. Dn. Electoris eſt *Charlotta*, Wilhelmi V. Haſſo-Caſſellenſis Langrauij filia, ex qua anno 1651. d. 31. Martij ſuſcepit CAROLVM, Electoralis dignitatis heredem, & anno 1652. d. 17. May. filiam *Eliſabetham Charlottam.* *Quum* verò poſtea *Luctuoſæ inimicitiæ hoc illuſtre matrimonium turbare inciperent*, in *tantum* [eheu!] *illæ ſunt auctæ, vt Sereniſsima Domina Electrix, Heidelbergâ relictâ, nunc Caſſellis viuente marito* Electore, *diuiduam vitæ conſuetudinem degat*, vnde poſtea Dn. Elector è *Degenfeldia* nobili liberos ſuſcepit. Cauſas huius diſſidij indagare aut proferre non eſt hominis priuati, quum reuerentius ſit de actis magnorum Deorum credere, quàm ſcire. Interim experientia, rerum magiſtra docuit, eiuſmodi diſſidium Archi-Palatinatui, ingruente factione *Anti-VVildfangiſtarum*, non parùm nocuiſſe. Sed ego nunc propero ad alia.

Caſtellum Truz Kaiſer mutato nomine hodie vocatur der Stern.

Turba matrimonij Electoralis.

Diuortium quoad thorū & menſam.

DISCVRSVS XXVI.

DE

RESTITVTIONE Territorij ac Iurium Sereniſſ. Elect. Palatini.

MEMBRVM I.

De Reſtitutione Palatini Electoris.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Deinde vt Inferior, &c.*

Reſtitutio Palatini Electoris difficulter obtineri po. ult.

QVAM difficilis fuerit Sereniſſ. Electoris Palatini in Comitatum Palatinum Rheni reſtitutio, nemini, cui rerum Germanicarum paulò profundior notitia eſt, ignotum eſſe poterit. Pro illa Regum Daniæ & Angliæ interpoſitæ apud Imperatorem interceſſiones aliquoties repetitæ, fruſtra fuerunt inſumptæ; neque illa Pragenſi Tranſactione ann. 1635. impetrari vllo modo potuit. Hinc ergo Archi Palatini Principes omnibus Palatinatus ditionibus excluſi, tandem, vltima quaſi deſperatione adacti, armis ditiones auitas, quas precibus recuperare non poterant, auxiliis exterorum repetere cogitarunt. *Plurimi credunt, hanc inclytam Domum citius potuiſſe*

reſtitui ſi modò Iacobus Rex Angliæ, Electoris Friderici ſocer, *Hiſpanicas literas ſciuiſſet, aut, non ignoratas cautius declinare atque eludere noviſſet.* (*Vid. ſupra. Diſcurſ.* 1.) Aliam cauſam inclinatæ ac planè iacentis fortunæ huius Sereniſſimæ Domus *Diſcurſ. præced.* attigi, vbi illa videri poterit.

Intereſſe Palatini quis retardarit.

II. Tandem ergo, quod neque Suecicis armis, durante bello, Palatini impetrare potuerunt, id demum quamquàm non ita plenè & ex voto, per negotium Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſe obtentum h. art. 4. verſ. *Deinde vt* &c. Dn. Elector. *Carolus Ludouicus*, quum probè noſſet punctum reſtitutionis ſuæ ob Hiſpanienſium & Catholicorum pertinaciā non poſſe inter prima illorum tractatuum haberi, non ſtatim ab initio legatos, intereſſe ſuum vrgentes, Oſnabrugam miſit. Nihilominus, quū hoc maximè neceſſarium videretur, quum plerumque abſentium ratio minimè habeatur, tandem, impetratis literis ſalui conductus ab Imper. miſit Oſnabrugam Dn. *Philippum Streuff à Lavvenſtein*, Conſiliarium ſanctiorem & alios qui intereſſe reſtitutionis Domûs Palatinæ obſeruarent. Quum per triennium Dn. Electoris Legati ibi conſtitiſſent, & tamen parum aut nihil eſſet in hac cauſa effectum (cauſam vide *ſupra Diſc. de Negotio Pacis*, vbi videbis conſilia Coronarum exterarum Regnorum Galliæ ac Sueciæ) reuocauit Dn. Elector Legatos ſuos ne tempus & ſumptus adeò inutiliter collocarentur.

Electoris Palatini reſtitutio quomodo contigerit.

Cauſa Palatina, quare non inter prima Pacis tractatuum fuerit repoſita.

III. Poſtquam verò Coronæ intereſſe & Satisfactionem in Tractatu Pacis iuxta intētionem, vota & ſpem obtinuere, tum demum an. 1647. menſ. Febr. Palatina cauſa alto hactenus ſepulta ſilentio agitari cœpit. Pro Maximiliano & familia Bauarica die 11. Febr. *Cæſareani petierunt* dignitatem Electoralem, & ſuperiorem Palatinatum, Octauo inter Electores atque vltimo loco, Carolo Ludouico cum Inferiori Palatinatu relicto. *Reſpond.* d. 18. Febr. *Sueci*, pro Carolo Ludouico plenam eius in omnes ditiones, vna Chamēſi Præfectura excepta, reſtitutionem, reuocatis à Cæſare Bauaroque donationibus, poſtulantes: Dignitatem verò Electoriam poſt Maximiliani deceſſum, cuius poſteri dein octauum inter Electores locum habituri ſint. *Replicarunt Cæſareani* ex priori formula, & rigore, neque dubitatum de Gallicis conſiliis. Nam quo die Comes *Lambergius*, *Volmarus* & *Cranius* Cæſareanorum declarationem in cauſa Palatina Suecis tradiderunt, illam inter alia ex mente Legatorum R. Galliæ conceptam dixerunt. Itaque Sueci ſtatim miſerunt Dn *Biorenklou* ad *Memmium* ſciſcitatum, num ita res haberet? Memmius nullo dato reſponſo ſe ad *Oxenſtirnium* ipſe contulit; Nullas quidem inter ſe Cæſareanoſque conuentiones; veruntamen falſus optare ſe; vt ex voto *Bauari* res iſta procedat: Cauſam adiunxit: *Principem eſſe potentia, libertatis Germanicæ tutela & meritis inſignem*, atque

Cauſa Palatina in Tractatu Pacis lacertos mouere incipit.

In Pacis tractatibus arcus ab vtraque parte intendi ac tandem remitti ſolet.

Iudicium Gallorum de Bauaro.

vnicum hactenus potentiæ Auſtriacæ obicem: Palatinum ex diuerſo longo exilio, egeſtateque contemptum (plena reſtitutio Palatini hoc falſum reddere potuiſſet) *nulla quoque cauſæ communi ex ſe ſubſidia conferentem quæcunque auctarum opum portione contentum fore.* Ad hæc reſpondit *Oxenſtirnius* aliquanto commotior: *Nullam Bauari præcipuam eſſe potentiam Gallico fauore deſtitutam. Illum eſſe Auſtriacæ potentiæ in rem atque vtilitatem ſuam architectum, re & factis Cæſarem, ſolum nomen penes Ferdinandos fuiſſe, in Catholicos æquè ac Proteſtantes auaritiæ, & rapinis exercuiſſe imperium:* Contra Palatinum familiam Galliæ ſemper amicam, *Fridericum* exilio, miſeriis & ludibriis immortuum, peccati ipſum pœnas luiſſe: *eam comites liberos, ſine culpa, pœna quoque vacare debere,* &c. Ita diſceſſum eſt apertis odiis à colloquio.

Iudicium Oxenſtirnij de Bauaro. Sueci intereſſe Palatini vrgent. Filius non debet portare pœnam patris.

Sueci iterum intereſſe Palatini vrgent. Nemo cum damno alterius debet fieri locupletior.

IV. An. 1648. d. 4. Iun. Comes *Oxenſtirna*, vt pax citius coaleſceret, ita ad *Dn. Krebs* Bauari Legatum & alios: *Man habe Vrſach zu ſchlieſſen, ehe und dann der Herr Pfaltzgraff Carl Guſtav völlig heraus aus Schweden kämme: Alsdan werde es bey der* cauſa Palatina *alſo nicht bleiben, der Pfaltzgraff ſey* deſignatus Rex, *und komme als* generaliſſimus; *und werde derowegen nicht geſchehen laſſen, das* cauſa Palatina *in dem Stande verbleibe: Habe Chur-Pfaltz etwas geſündiget, ſo habe das Haus lang gnug darumb gebüſſet, und geſchehe gleichwol den andern Fürſtl. Häuſern als Pfaltz-Simmern, Veldentz und Neuburg vor Gott und der welt gros unrecht: Sey auch nicht billich das umb des einzigen Hauſes Bayern willen ſo viel Häuſer unrecht leiden müſſen.* (Vid. *Theat. Europæ.* Tom. 6 p. 447.) *Oxenſtirnius licet dixerit æquum tamen id quod intendit, non obtinuit, quod tamen non erat æquum.* Tandem res ita tranſacta, vti hic in Inſtr. Pac. refertur, vt ita *ſalutis publicæ reſpectu Prætor etiam ius reddere dicatur, quamuis iniquè decernat.* l. 11. D. de I. & I.

Hæc regula in publicis Imperij negotiis ſæpenumero perdit ſuum efficium. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplū quod pro ſingulis vtilitate publica rependitur.

Reſtitutio Palatini effectum ſortitur. Donatio inciuilis reuocanda.

V. Quum itaque amore tranquillitatis Germanicæ Elector Palatinus Inſtrumentum Pacis approbaſſet, & ita finitis Executionis tractatibus Noribergæ, anno 1650. in auitas ditiones eſſet reſtitutus; (*Heidelberga & Manheimio* anno 1649. d. 25. Sept. *a Bauaricis redditis* [Th. Eur. T. 6. p. 498.] multa adhuc reſtabant, quorum nomine Dn. Elector reſtitutionem flagitauit. Inter alia: *Das Ambt Barckstein, darunter Weiden gehöret, ſo unter wehrendem Krieg dem Herrn Herzog zu Neuburg von I. Kay. May. nur bis die Pfaltziſche Sache erörtert, zu* adminiſtriren *anvertraut: Bleyenſtein aber were von I. Kay. May. verſchencket: Dieweil aber durch den Friedenſchluß gedachte* adminiſtrationem *gefallen; die berürte* donation *auch in demſelben nicht beſtettiget, ſondern darin vielmehr alle Schenckungen uffgehoben: So gebürten I. Churf. Durchl. gedachte Aembter in Krafft der* General-Amneſtie. [Con-

tin

tin. *Theat. Europæ.* ad ann. 1652. pag. 157.) Mihi relatum eſt *Weidam*, in Superiori Palatinatu; ab Electore Palatino Duci Neoburgico eſſe in feudum, & quidem pro aliquot millibus Imperalium emptum, conceſſum, ita vt tempore belli, niſi me calculus fallit, 36. ad militiam apti (*Lehen-Reuter*) inde Sereniſs Dn. Electori ſiſti debeant.

Feudum emptum.

VI. Promiſſum hîc eſt in Inſtr. (verb. *Neque Rex Catholicus, &c.*) quod Hiſpanus reſtitutioni Electoris Palatini nullam remoram injicere debeat: Maximam quidem partem hoc præſtitum; cæterùm ex munitiſſimo *Franco-dalio* Rex Hiſpaniæ nondum dimoueri potuit. An. 1650. Francofurti de euacuatione Francorum vallis mentio injecta; Verùm tum intra verba tantùm res conſtitit. (De Francodalij euacuatione Vid. *Rec. Exec. Norib. de an.* 1650. *art.* 12. & 13. item *Francofurt. Rec. de an.* 1651. per *tot.*) Interea temporis autem donec Francodalium euacuatum Dn. Electori Palatino *Heilbronna* in Sueuia aſſignata. In *Deputat. Conuentu Francofur.* 1652. concluſum vt ad 16. April. Hiſpanus Francodalium: Palatinus Heilbronnam euacuaret. Sed conſtituto die res nondum proceſſit. *Anno* 1652. d. 25. April. demum (poſtquàm Ciuitas Imperialis *Veſontio* in Burgundia Hiſpanis loco compenſæ eſſet addicta.) *Francodalium ab Hiſpanorum præſidiis eſt liberatum.* Proceſſum illius rei adſcribam huc *ex Contin. Theat. Europæ* (ad an. 1652 p. 160.) vbi ita: *Ann.* 1652. d. 15. *April. ſt. vet. haben ſich Ih. Churf. Durchl. von Heildelberg vmb der* euacuation *Franckenthal deſto neher zu ſein mit dero ganzen Hoffstat nacher Worms erhoben, vnd verſchiedene* conferentien *mit dem Spaniſchen* Plenipotentiario *Herrn* P. Sarria *vnd Herrn. Obriſten* Luca *von Spicken gehalten: Es ſein aber die Vrſachen des nicht erfolgeten Aufzugs (vf den* 16. April. ſt. v.) *anfanglich vf die* remoram *ezlicher Stande vnbezahlter* Ræmer *Monatt: folgends aber vf die groſſe Menge der* Bagage, *vnd anders mit vvelchen dieſe Hiſpaniſche* Garniſon impliciret *vvar vervvelzet vvorden. Deſſen aber ohngeachtet, haben ſich. Churf. Durchl mit dero gevvorbenen Vælckern* in 1800. *Mann vor der Statt vnd Veſtung Franckenthal bey der groſſen Seule, die Haſen-Seule genand,* præſentirt, *vnd von dem* Commendanten *zuvernehmen begehrt: Ob er dem zvviſchen der Ræm.* Kaiſerl. *May. vnnd den Standen aufgeſetzten* Receſſ *vnnd Abſchied gemäſz dieſen Platz reumen, vnd Ih. Churfürſtl. Durchl. einzuhändigen gemeint ſey? Darauff er die Ohnmüglichkeit ſolches Aufzugs vorgeſchützt, vnd ſich damit entſchuldigt, das es ſevvol an Schiffen als Fuhren zu Fortbringung der* Bagage *ermangelte: Begehrte derovvegen vff etzliche tage* dilation, &c. *Den* 21. April. ſt. v *fertigte der Spaniſche* Gubernator *daſelbſt Herr* Iulius Antonius *Freyherr von* Frangipani, *den Obriſten Don* Pietro *nach Worms ab an Ih: Churf. Durchl, vnd lieſſe deroſelben das vvert*

Hiſpanus pleniſſimè reſtitutioni Palatini moras iniicit.

Veſontio Vrbs Imperialis amittit libertate ex Statiſtarum conſilio, neceſſitate Reip excuſabili.

Francodalij euacuatio.

Hiſpanicæ artes.

geben, dieſ er den 21. darauff ohnfehlbahr abziehen wolte. &c. Seynd derowegen Ih. Churfl. Durchl. mit dero Hoffſtadt und der Soldateſca in 2000. *Man ſtarck. abermahl vor Franckental gerückt, Aber Herr* P. Sarria *berichtete, wie das die Beſatzung mehrentheils voll weins ſey, alſo das es bereits in zimlicher* Confuſion *daher gehe, und gros unheil zu beſorgen ſtehe: Es wolten* pro ultimo termino *Ih. Churf. Durchl. noch dieſe Nacht bis an den Morgen umb 5. Uhr* dilation *zum Auſzzug geben. Solchem nach ſeind dem genommenen Abſchied gemaſz, morgens früh 3. Stück in Franckendahl loſz gebrandt worden; worauff die* Chur *Pfaltziſche Vœlcker naher an die Veſtung gerückt, und umb 9. Uhren davon 400. Soldaten zu dem Lambsheimer Thor eingezogen, welche ſobalden gedachtes Thor ſambt allen Poſten beſezet haben. Am Freytag den 23. Apr. umb neun uhr Vormittag wurde mit dem auſzziehen ein anfang gemacht. Keiner unter allen war Zuſehen der frœlich gewweſen were. Er der gewweſener* Commendant *ſelber, als er vor das Thor kommen, ſtiege vom Pferde ab, warf ſeinen Hut auf die Erden, Kniete darauff und küſſete das Liebe Land, das ihm der Staub am Munde hangen blieb, und ſagte dabey: Gott wolle dieſe Erde ſegnen und ihre Einwohner: Zuvor aber die Schlüſſel in einer Schüſſel (ſo er aus einem Sack gethan, und ein halb Glaſz mit wein darauff geſchüttet, den andern halben theil in Geſundheit des Kaiſers auſzgetruncken) Ih. Churf. Durchl. Commendanten Herrn Obriſten Wellern lieffern, auch die gantze Bürgerſchafft zuſammen fordern laſſen, von ihnen Abſchied genommen und dabey vermeldet: Weiln es nunmehr dahin gekommen, das er auſzziehen müſte, als wolle er hiemit umb Verzeihung gebeten haben, wen er einem oder dem andern uberlaſt gethan: Wir ſeyn alle Chriſten, glauben an einen Gott, ob wol der uberreſt ſonſt* indifferent. *Und dieweil ſie an kein Fegfewr glaubten; ſo wehre er ihnen das gnug geweſen, und hette ſie Gott durch ihn, als eine Rute geſtrafft, doch habe er es nicht für ſich ſelbſt ſondern auſz befehl ſeines Kœnigs gethan. Darauff einer aus den bürgern geantwortet: Ja ſie erkenneten es freylich, das ſie umb ihrer Sünde willen gungſam ſein gezüchtiget worden, allein ſie hoffeten, Gott würde auch die Ruten einmahl ins Fewer werffen, das ihrer in alle ewigkeit nicht mehr gedacht würde.* Hiſce factis Gubernator Dn. *Frangipan* ſummo cum ſilentio abiit, & ita d. 25. *April. Sereniſs. Elector Urbem ſuam muniſſimam recepit.*

Franckenthalij felicisſimus ſitus. Traditionis ſtita exemplum.

Belli calamitates diuinitus immittuntur

Intereſſe Imperij rationé ſinium.

VII. Plenè itaque reſtitutus Sereniſs. Dn. *Elector Palatinus* an. 1652. d. 5. Aug. ſt. n. per D. Cancellarium D. C. M. *Pragæ inueſtituram* ab Imperatore *accepit.* Mihi à rerum gnaris relatum, quod *Legatus* Dn. *Electoris*, Vir ciuilium rerum experientiſsimus, egregiè ibi rem geſſerit. Quum enim in Aula Imperatoris quidam (quod Dn. Legatus altero pede paululum obliquè incederet) iocoſe potius quàm ſerio vocem emiſiſſet: *Das die Pfaltz noch hincket*: Hoc Dn. Legatus.

Electoris Palatini inueſtitura.

Ciuilis prudentia Legati Electoris Palatini.

Vir

Vir πολιτικώτατος, dum Imperatori mirificas gratias pro collata inueſtitura ageret, optimè in rem ſuam vertit, humilimâ prece Imperatorem rogando, vt S. Cæſarea Maieſtas Domum Palatinam Electoralem, ob immenſa præteriti belli illata damna adhuc quaſi claudicantem, perpetuâ gratiâ fouere atque complecti non dedignaretur. *Legati præſentia ac obvenientia in rem ſuam vertere noſſe debent.*

MEMBRVM II.

DE

IVRIBVS SERENISS. *Elect. Palatini Inferiori Palatinatui annexis.*

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Deinde vt, &c.* verb. *Iuribus, &c.*

VIII. DE Iuribus Sereniſs. Electoris Palatini acturi ſtatim in limine inter inſignia illa iura duo præcipua non attingemus nempe. 1. *Ius eligendi Imperatorem*, de quo ſupra *Diſcurſ. de Electorib.* egimus. 2. *Ius iudicandi in cauſis, Imperatorem concernentibus*, de quo infra in *Diſc. de iudiciis Imperij* plenius acturi ſumus. Nos in præſens primum diſpiciemus de *Iure Vicariatus* Palatini, quod Bauariæ Elector ante paucos annos in controuerſiam vocauit. Abſit autem, vt quis credat, quaſi ego, in priuatorum ſubſelliis conſiſtens, mihi ſumam tam nobiliſſimæ controuerſiæ decidendi facultatem, vtpote quum probe norim hanc litem in recta interpretatione *Inſtr. Pacis art.* h. *verſ. Primo quidem &c: Quod ad Domum*, vnicè eſſe fundatam; non autem priuatorum, ſed totius Imperij ſit, Pacificationis Weſtphalicæ articulos interpretari. *Einem* priuato *davon zu vrtheilen ſelt gar zu ſchvver und Vnverantvvortlich*, vt rectè cenſet *Eitel Friderich von Heerden in deſz H. Reichs Grundveſte*, p. 17. Tantum itaque in breui quaſi tabella ea hic adducam, quæ ab vtraque parte hac de re in publicam lucem ſunt emiſſa. Res ergo ita ſe habet. *Priuati abſtinere debēt ab interpretatione legũ. Imperij.*

IX. *Hiſtoria talis eſt*: Quum an. 1657. Ferdinandus III. Imper. Auguſtus ac Pacificus cæleſtem animam, corporeis vinculis ſolutam, *Controuerſia de iure Vicariatus Palatini.*

cælo reddidiſſet, Sereniſs. Electori Palatino controuerſia cum Bauariæ Duce nata de Vicariatu Imperij. Bauarus autem, vt molimen ſuum altiſſimâ diſſimulatione hactenus preſſerat; ita quum per diſpoſitos curſores ipſi de obitu Imperatoris nunciatum eſſet, confeſtim quaqua verſum literas dimiſit, ſuſceptionem Vicariatus indicantes, ad quas plerique Statuum, re non ſatis accurato animi iudicio perpensâ, gratulabundi reſponderunt, priuſquam Palatino de morte Imperatoris fere aliquid innoteſceret. Nec ius ſuum inuolari ſegniter tulit Elector Palatinus, ſed & ipſe Edictum de Vicariatu ſuo ann. 1657. die 12. Maij, emiſit, in quo valde conqueritur, quod Bauarus Vicariatum in tractu Rheni, Sueviæ & Franconiæ, vbi olim ius Franconicum viguit, ſibi præter ius & fas arrogarit, & ſigillum Vicariatus iam tum ad Cameram Imperialem miſerit; adeoque quum hæc omnia in ſummam ſui iniuriam redundent, poteſtatem ſeſe Vicariam deinceps exerciturum paſſim denunciauit, edictaque Bauarica Spiræ, Coloniæ, & alibi affixa paſſim refixit. Dici autem non poteſt, quàm fauorabilia Statuum ſuffragia Bauarus hinc inde habuerit. Ipſe Sereniſs. *Elector Saxoniæ* in literis ad Elect. Palatinum de dato *Dreſden* d. 30. April. 1657.) clariſſimè ius Vicariatus Bauaro tranſſcribit ob *artic. 4. Inſtr. Pac. in princ. verb. cum omnibus Regaliis, officiis, iuribus, &c. Es were auch Bayern nicht deütlich diſes Rechtens entſetzet worden.* Fuit hæc controuerſia tam acribè agitata, vt Sereniſs. *Elect. Palatinus* in Collegio Electorali 1658. quum mota eſſet hæc controuerſia, Bauari Legatum D. *Ioan. Georg. Oexel*, iuſto dolore incandeſcens, *atramento petierit*, quam rem Bauarus indignè accipiens pro hac iniuria illata in literis de dato *München* d. 19. Iun. 1658. ad Collegium Electorale datis, ſatisfactionem à Palatino vrſit, ne in inſperatum contrarium euentum cogeretur alia à Deo ſibi conceſſa, & nullatenus deficientia remedia arripere, per quæ ſuam iuſtam ſatisfactionem aſſequeretur, vt ita Elect. Palatinus ratione huius exceſſus certò pænitere ac in poſterum à talibus abſtinere diſcat. Bauarici clientes tum temporis inſuper non eo, quo decebat, modo, ignominioſè traduxerunt *D. as Heidelbergiſche Dintfaſz. Res hac* d. 19. Iulij an. 1658 in pleno Electorali Collegio *ſic fuit compoſita, ut inpoſterum ſimilia non accidant ſub graui pœna; reuocatis prioribus.* (vid. *Paſtor. Laur. act. publ. p. 34.*) & einſdem Teutſcher *Florus ad an 1657.* Kei ó anor huius cauſæ eſt: *An Vicariatus olim Palatino ratione Comitatus Palatini, an Ducatus Bauarici competierit*, de quo iam dudum *Gewoldus* & *Freherus* inter ſe diſceptarunt. *Palatinus Elector* Vicariatum annexum Comitatus Palatini; *Bauarus* tranſportati per Inſtrumentum Pacis Electoratus appendicem aſſerit. Afferemus nunc vtriuſque partis fundamenta, in ſcriptis publicis vniuerſo Imperio manifeſtata

Hiſtoria nouiſſima de hac controuerſia.

Difficile eſt iuſtum dolorem temperare.

Cardo huius controverſiæ.

manifeſtata. *Fundamenta Palatini ſunt hæc*: 1. Se vigore Inſtrumenti Paciseiſſe reſtitutum in Inferiorem Palatinatum ſiue Comitatum Palatinum (quem Germanicè *die Under-Pfaltz* appellamus) cum omnibus iuribus & appertinentiis (*per text. art.* 4. h.) Iam verò inter illa eſſe Vicariatum, qui ratione Comitatus Palatini Electoribus Palatinis ab antiquo competierit, atteſtante A. *Bulla ſub tit. de Vicariatu.* Patet hoc clarè ex Latina A. B. verſione vbi nulla Electoratus facta mentione, Palatino id ius competere dicitur ratione *Principatus Palatini* priuilegio. In Germanica verſione (quæ non videtur eſſe authentica) ita hoc ipſum eſt expreſſum: *Von deſz Chur Fürſtenthumbs und Pfaltzgraffſchafft Freyheit wegen: quæ verba ſunt obſcura & ambigua, atque adeò ita interpretanda, vt cum Latino textu* (qui certè paris, ſi non maioris autoritatis) *qui nullam Electoratus mentionem facit, conueniant*. Et quidem iſtum verborum ſenſum (ſcil. vt ius Vicariatus competat ratione Electoratus) non poſſe tolerari inde patet. 1. quia *Palatini* Vicariatum diù ante A. Bullam exercuerunt, vt patet ex Cæſarum diplomatis *von deſz H. Reichs Vicariat*: [Vid. *ſupra Diſc. de Electoribus*, vbi de *Palatino* & Saxone actum;] adeoque ius Vicariatus non ratione Electoratus, ſed Comitatus Palatini priuilegio competit, quod ab antiquiſſimis temporibus Palatinum habuiſſe propemodum ipſa ratio dictitat. Vacante enim Imperio, quis erat ad implendum eius officium proprior, quàm Cæſarei Dicaſterii Præſes, à quo viuente quoq; Cæſare, ſed abſente & occupato, iura peti conſueuerant. Nam diu ante Caroli M. ortum apud Francos hi, qui *Majores Domus Regalis* eſſe videbantur, adminiſtrare regni potentiam, & quicquid regibus agere mos eſt, cæperunt (*Paul Warnefrid.* de geſt. Longob. lib. 6. cap. 16.) Hæc autem vocabula Majores Domus, Maiores Palatij, Comites Palatini (*Pfalzgraven oder Sahl-graven*, *Ioh. Ferſ.* in Præf. ct. S. Palat.) ſunt eiuſdem poteſtatis. (*Beſold.* in Theſ. Pract. voc. *Pfaltzgraff*) Penes hos igitur Comites Palatinos, Vicariam Imperij poteſtatem eſſe debere ita receptum fuit, vt etiam alter Vicariatus Sereniſſimis Saxoniæ Electoribus Conuicariis tanquam Comitibus Palatinis conferatur. (*Beſold.* l. cit.) Fidem huius rei faciunt inueſtituræ recentiores, in quibus traduntur iis *Das Chur-Fürſtenthumb, Erz Marſchall Ambt, vnd Chur des Herzogthumbs zu Sachſen, auch* Vicariat *vnd die Pfaltz zu Sachſen, mit ihren Zugehœrungen.* Palatini autem Comites Vicariam hanc dignitatem non modò ante A. *Bullam*, ſed etiam antequam Septemvirale Electorum Collegium induceretur, habuerunt. *Arnolfus* Carolomanni filius, Ludouici Germaniæ Regis nepos, reliquit *Arnolfum Comitem in Schiern*, qui pater eſt Palatinorum ad Rhenum & Bauariæ Ducum, vt iam ab eo, qui primus omnium Imperij Vicarius

Fundamenta Palatini Electoris.

Interpretatio A. B. de Vicariatu Palatini.

Ius Vicariatus non competit ratione Electoratus.

Maiores Domus.

Primus Imperii Vicarius.

fuiſſe traditur, ea dignitas ad ſucceſſores fuiſſe propagata videatur. Quum Hildebrandus Papa Rudolphum Sueniæ Ducem aduerſus Henricum IV. excitaret, in prælio inter Bauaros & Sueuos iuxta Danubium Palatini Comitis Cononis filius in acie cecidit; cauſa belli ſine dubio inde fuit, quòd Palatinus Comes Rheni Goteſridus Henrico fidelis permanſit. *Otto Friſing.* lib. 1. de reb. geſt. Frid. c. 12.) Imò Meridiano Sole clarius inde eſt Vicariatum Imperij Palatinis Electoratus iure non obtigiſſe, quum Vicariatus Electoratu longè fuerit antiquior, id quod ipſa rei neceſſitas ſatis approbat. Accidit enim, vt in Imperio Germanico, præſertim quum illud ampliſſimis ſpatiis diffuſum Galliam & Italiam vnà complecteretur, ſæpè abeſſe Imperatorem varia negotia cogerent. Vnde non eſt dubitandum, inſtitui Vicarios debuiſſe, multò priùs, quàm apud reliquos Scriptores reperiatur eorum mentio. Ita *Ludouicus Pius* regnum per legatos (locútenentes, vicarios) adminiſtrans, Brittonibus bellum intulit. (*Sigon.* l. 4. de Regn. Ital.) De *Ludouico IV* (quem alij Tertium numerant) vide *Peucer*, lib. 4. Chron. Carion. De Duce *Ottone* tempore Ludouici IV. imp. ita *Spangenberg*, *Das er die fürnehmſten vnd ſchvvereſten Bürden im Reich ſeither Keyſer Arnolphs Tode tragen müſſen, vnd daher auch des Reichs getrevver Vervvalter vnd Kayſerl.* Vicarius *genant vvard*(In Chronic. Mansfeld. c. 116.) In ipſa Palatina Domo, antequam Electores Septemuiri eſſent, Vicarios Imperij extitiſſe teſtatur *Arumaus* (ad A. B. Diſc. 3. th. 25. *Carpzou.* in qu. 1. ex tit. 5. A. B. poſt Diſput. Feudal. IV. *Buxtorf.* ad A. B. th. 56.) Tempore Sueuicorum Imperatorum Vicariatum Imperij fuiſſe penes Palatinos ipſius A. B. verba ſubinde innuunt, quum dicit Imp. tit. 4 §. 3. *ſicut inuenimus hactenus competiiſſe.* Et in fin. eius tit. *vt ſolitum eſt fieri ab antiquo*; ſatis oſtendens nihil hic innouatum eſſe. Quod ante A. B. conditam Palatini Comites Vicariatu tempore interregni functi ſint teſtatur *Auentin.* (lib. 7. Annal vbi egit de obitu Rudolfi Habsburgici) Idem teſtatur *Cruſius* (l. 3. Ann. Suev.) Patet hoc etiam ex Sanctione *Ludouici Bavari Imperatoris*, quàm citat *Cuſpinianus.* Verba Ludouici Cæſaris hæc ſunt: *Longa & approbata conſuetudine inconcuſſè à maiorum ordinatione hactenus obſeruata, vacante Imperio ius adminiſtrandi Imperii; iura, feuda conferendi & negotia cætera diſponendi Palatino Rheni debetur, non obſtante Clementina Paſtoralis.* Hæc Imperator. *Cuſpinianus ibi annectit*: Hæc atque multa alia in hanc ſententiam pro Imperio firmando, promulgauit Ludouicus Imp. *In libello*, A. Bullam vetuſtate ſuperante, *cui titulus: Ordinatio Imperii*, hæc extant verba: *Quod Comes Palatinus, ſi Regiam Maieſtatem ſiue in exercitu ſiue aliter extra Regnum agere contingat, ex officio in Regno Locumtenens eſſe* debet

Origo Vicariorum.

debet, omniaque facere, quæ Rex ipſe poſſet ſi præſens eſſet. Quin & *Carolus IV.* confirmans ius Vicarium illud quod habet Comes Palatinus Rege extra Germaniam abſente, hæc notatu digna apponit: *VVan die Pfaltzgrauen beym Rhein, die Churfürſten ſein, von Rœmiſch Kaiſer vnd Kœnig ſolch VVurdigkeit vnd Freyheit von alten vnd Langen Zeiten gehabt haben, vnd noch haben ſollen: VVan Rœmiſch Keyſer vnd Kœnig vber Berg gezogen ſein, oder Ziehen, das ſie dan gemeine* Vicarien *des Reichs hie diſſeite gevveſt ſein vnd ſein ſollen; Darumb haben vvir* &c. Et verò iam anno 55. ſeculi illius, adeoque ante A. Bullam conditam Carolo in Italia abſente, Vicariatu reapſe functus eſt in Germania *Rupertus* Palatinus, ceu liquet ex duobus Caroli illius inſcriptis. *In priore* vocat Rupertum *Pfalzgrauen bey Rine, des H. Reichs Obriſten Druchſezzen vnd Herzogen in Bayern, vnſerm* Vicarien *in Düſchen Landen, Vnſerm Lieben Schvvager und Fürſten.* Monet in illo Mandato, Mantuæ in Italia ſcripto, Ciuitates Imperii, vt adſiſtant Ruperto ad tollendum nouum vectigal, quod Epiſcopus Spirenſis inſtituerat. *In altero* confirmat Carolus omnia acta Ruperti: *VVas er oder ſein Hofrichter gerichtet haben, aldvveil Er des vnſer vnd des H. Rœm. Reich* Vicary *in Deutſchen* Landen *gevveſen iſt, das das alles Krafft vnd Macht haben ſolle, vnd ſtet blyben, gleicher VVeis als ob es vor vns ſelber in vnſerm Hoffe oder vor vnſerm Hoffrichter geurtheilt vnd geſchehen vvere.* Datæ ſunt literæ in die S. Nicolai A. C. 1455. *Rupertus* Imp. in illo diplomate, quo in Italiam profecturus filio Ludouico Vicariatum commiſit ann. 1401. ita: *Aduertentes à Diuis Romanis Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris, hactenus extitiſſe obſeruatum, ac etiam de iure Comitatus Palatinatus fuiſſe & eſſe, quod cum Romanus Imp. vltra montes Italiam ingreſſus fuerit in ipſius abſentia Vicariatum Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatenſi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuiſſe & pertinere*, &c. (Vid. Freher. l. 1. de Orig. Palat. c. 16.) Et approbauerunt quondam ordines illam Ruperti in filium Ludouicum, Electoria quamvis dignitate nulla adhuc inclytum, Vicariatus collationem. (Vid. *Freher.* l. c.) Porrò etiam ante Rupertum *Sigiſmundo* imperante ab Electoribus ipſis fuit iudicatum Vicariatum Imperii ab Electorali munere eſſe diſtinctum. Ita *Friderico Victorioſo* an. 1469. Imperii Vicarium cis Alpes ſeſe gerenti, inter alia hiſce verbis reſpondit *Treuirenſis Elector Joannes*: *Was E. L. vnd das Fürſtenthüb der Pfaltzgraffſchafft Gnade vnd Freyheit hat, das vvir vch deſſen von guten Hertzen vvol gunnen, vvolten auch vngern vch daran Abbruch thun.* Treuirenſis ita Literas inſcripſit: *Dem Hochgebornen*, &c. *Herrn Friderichen Pfaltzgrauen by Rin* &c. *des H. Rœm. Reichs Ertz Truchſeſz vnd Churfürſten, vnd dieſer Zeit* Vicarienſ.

hie diſſeits der Gebirge. Apertius hanc Sententiam exprimit ad eundem Fridericum, *Rupertus Elector Colonienſis: Als uvver Lieb vns hat zugeſchrieben vnd Abſchrifft uvver Freyheit, damit uvver Vorfahren Seel. gedæchtniſſe, von Lœbl. Gedæchtniſſe Rœm Kœnigen vnd Kaiſern verſehen ſyn; vnd inſonderheit von Kaiſer Carlen, deſshalben, vvan ein,* &c. Reliqua Colonienſis verba Vid. n. ſequ.

Præſcriptionis allegatio.

IV. *Secundum fundamentum Palatini eſt*, Palatinos Comites ſaltem à tempore conditæ A. Bullæ, Vicariatum adminiſtraſſe, & apertè præ ſe tuliſſe, hoc ſibi iuris eſſe ratione Principatus ſiue priuilegio Palatini Comitatus, neque quemquam mortalium contradixiſſe. Præſcriptione itaque atque quietâ poſſeſſione vel quaſi iuris Vicarialis per trecentos circiter annos ſe eſſe tutos. Si omnia alia itaque deeſſent iuris teſtimonia, tantum temporis, imò longè minus, ſufficeret Comitatui Palatino ad ius Vicariale ſibi aſſerendum. Tempore Friderici III. Imp. an. 1468. *Rupertus Colonienſis* ad Fridericum Palatinum miſit literas in quibus ſequentia continentur: *Wan ein Rœmiſcher Kœnig oder Kaiſer auſſ ienſeit der Gebirge vvere, das alsdan ein Pfaltzgraff zur zeit gemeiner Vicari des H. Reichs ſin, vnd ſich des in Vbung vnd Titul annehmen vnd gebrauchen ſolte, darumb E. L ſich des als ein Pfaltzgraff zu dieſer zeit angenommen haben,* &c. Quum *Maximilianus* I. Imp. in Italiam contenderet, & Philippus Archi Dux Auſtriæ, Cæſaris filius Vicarius audiret, ad iniuriam Domus ſuę iudicans pertinere *Philippus Palatinus* ann. 1496 propterea ad Cæſarem ſcripſit, ac indicauit ſibi, tanquam Palatino Comiti Vicariale ius competere, præterita ſilentio Electorali dignitate. *Reſcripſit* tum *Cæſar* inter cætera: *Das S. Kœn. Mai. meinung nicht ſey dem Pfaltzgrauen an Seiner Gerechtigkeit des* Vicariats *vnd altem Herkommen einigen Abbruch oder Irrung zuthun.* Nemo itaque contra dixit huic iuri à Palatinis per tot ſecula poſſeſſo. Primum anno 14. huius ſeculi *Autor des Gegenberichts Von dem Chur-Pfaltziſchen* Vicariat, auſus eſt ius illud Palatinum admordere. Verùm Autor ille nec ſuum, nec loci, vbi ediderit libellum, nomen auſus fuit prodere, & ius illud non niſi morſu petiit timidè, & pæne clanculum. *Gevvoldus* audacior, nomen quidem ſuum non diſſimulauit, Vicariatum tamen non niſi admordere & vellicare conatus eſt. Sane *in libro de Septemviratu* Vicariatum Palatinum ne verbulo quidem impugnat. *Nicolaus Burgundus* Gevvoldi defenſor p. 190 in libro quem *Electoratum Bauaricum* inſcripſit & an. 1634. Ingolſtadij edidit ait: *Nolo*, inquit, *in ingentem Labyrinthum me immittere, & de Vicariatu diſputare.* Idem p. 189. Electoratum à Vicariatu diſtinguit, & eiuſdem opinionis quoque eſt *Gevvoldus* in libro de Septemuiris, quem an. 1621. Ingolſtadi publicauit cap. 10. & 11. *Tertium fundamentum Palatini Electoris eſt*: Nihil

ſibi

ſibi in Inſtrum.Pacis ademptum, niſi quod expreſsè ponatur: Quum igitur Vicariatus in Pace Oſnabrugenſi nulla fiat mentio, reſeruari illum antiquo Domino. *Quartum fundamentum Palatini*: In inueſtitura Ferdinandi Mariæ Electoris moderni,an.1652.facta omiſſam Vicariatus inueſtituram, nec nocere Maximiliani Patris inueſtituram, in qua licèt Vicariatus mentio fiat,illam tamen per Inſtrumentum Pacis abolitam. Adeoque quum Palatinus inſtaret apud Cæſarem, vt ex literis inueſtituræ hæc clauſula tolleretur: (*Wie gedachtes Churfürſten* Maximiliani *in Bayern Liebden hiebevor damitbelehnet vvorden, und ſolche vermœg voriger Lehenbrieff bis auf ſein Chriſtſehlig ableiben innengehabt, gebrauchet vnd genoſſen*) reſcripſit Cæſar d. 12. Martij eiuſdem anni: *Das I.Kay.Mai die von Chur-Pfaltz beſchehene erinnerungen vnd* monita *in reiffe ervvegung gezogen, vnd* in effectu *dergeſtalt in acht genommen,das ſie ſolchen nevven Lehen brieff etvvas enger einziehen, vnd* reſtringiren *laſſen*. Quin & literæ inueſtituræ Bauari de an. 1652. ſe expreſſe fundant in Inſtrumento Pacis in verb. *Krafft des iüngst zu Münſter vnd Oſenbrück getroffenen Frieden Schluſſes*: Et poſt: *Wie der Frieden-Schluſz auſtrucklich mit ſich bringet*. Autor *der vvolgegründeten Abfertigung Chur-Bayeriſchen fernern Anzeig* p. 81. ita hac de re: *Die vera* cauſa *vvarum* in Inſtr.Pacis *vnd Letzsern Chur-Baieriſchen Lehenbrieff des* Vicariats *nicht gedacht vvird,iſt dieſe, das obſchon* Chur-*Pfaltz* in ſpecie *mit dem* Vicariat (*vveil ſolches ein* inſeparabile annexum *der Pfaltzgraffſchafft bey Rhein*) *nicht belehnet vvorden, Iedoch nœtig gevveſen das des* Vicariats *in den Kaiſerl*.an. 1618. *vnd* 1638. *Chur Bayern zuvar ertheileten aber durch den Frieden Schluſz* caſſirten *Lehenbrieffen gedacht vvorden, vveil ſonſten, da ſich ein* interregnum tempore belli *zugetragen, vnd* Chur-*Bayern nicht* nominatim *mit dem* Vicariat *belehnet gevveſen, Spanien, ſo einen grœſſern theil als Bayern von der Pfaltzgraffſchafft ingehabt, ſolches* Vicariat *Ambt auch* prætendiret *haben vvürde. Nachdem aber Chur-Bayern nicht mehr in der Vntern-Pfaltz beſitzet als iſt auch das* Vicariat *in dem nevven Chur Bayer. Lehnbrieff* de an. 1652. *auſzgelaſſen vvorden. Quintum fundamentum Palatini eſt*: Quòd Vicariatus non ſit annexus Electorali dignitati hinc patere: Vicariatum geſſiſſe Comites Palatinos, antequam Electoralem attigerunt dignitatem. Exemplum de *Conrado* qui Vicarius fuit tempore Henrici Aucupis affert Buxtorff ad A. B. & ſupra illud iam pluribus exemplis illuſtratum fuit.

V. *Bauari fundamenta ſunt hæc*: 1. Plura competiiſſe Palatinis ratione Comitatus Palatini, quæ iam mutata ſint: Ex A. Bulla exercuiſſe Comites Palatinos Electoralem dignitatem, vigore Principatus & Comitatus Palatini, ſed illam Electoralem dignitatem, vtpote tranſla- *Bauari fundamenta.*

tam in Bauaros, non amplius ratione illius Comitatus exercent, quantò minus Vicariatum, quum Vicariatus, Archidapiferia, Electoralis dignitas ſint ex teſtimonio *Ruſdorfij* Miniſtri Palatini *in Vindiciis Palatinis* ita connexa, vt vnum ab altero ſeparari nequeat. Imò *Aur. Bullæ diuerſas eſſe editiones:* Germanicam ita habere: *Des Churfürſtenthumbs vnd Pfaltzgraffschafft vvegen*: in Latina coniungi hæc: *Archidapifero Electori ratione Comitatus Palatini*, quo duo connectantur, Archidapiferia & Comitatus Palatinus, ac præmitti Archidapiferiam, quo indicetur illud principale Vicariatus ſubiectum eſſe, nec iniquum ſi translata Archidapiferia in Bauaros, tranſlatum etiam ſit illius annexum. Quod autem Vicariatus Electoratui inhæreat, hinc demonſtrari, quod Rupertus Elector in diplomatibus Vicariatus illa formalia adhibuerit: *Des Churfürſtenthumbs halber*, vt ſignificaret Vicariatum uigore Electoratus competere, in cuius magis illuſtre teſtimonium miſiſſe antiquitus Electores Palatinos Cameræ Imperiali inſigne Electoratus, id eſt, pomum, non verò inſigne Palatinum. *Secundum fundamentum Bauari:* Inueſtituram patris Maximiliani tribuere poſſeſſorium, quod per Inſtrum. Pacis mutatum non ſit, quum non corrigat. Non concedi in Inſtr. Pacis Palatinis Vicariatum, Reſtitutis incumbere, vt doceant, in quantum reſtituti ſint. *Tertium fundamentum Bauari:* Negare ſe in totum abolitam inueſtituram Maximiliani, niſi quoad ſpecies expreſsè poſitas. *Quartū fundamentum:* Quando Comites Palatini primum exercuerint Vicariatum, certò non conſtare. Quod de Conrado memoratur, de hoc nullum memoraſſe hiſtoricum; an Vicariatum geſſerit ex hiſtoricis συγχρόνοις non apparere. *Ad hæc replicant Palatini* 1. Electoratum quidem antehac competiiſſe vigore Comitatus Palatini, ſed iam ab hoc ſeparatum, nihil exinde inferri: Electoratum quidem eſſe Bauaris conceſſum, ſibi Comitatum Palatinum retentum, cuius annexum ſit Vicariatus Quod Germanicum textum A. B. attinet, verſionem Germanicam non eſſe adeò accuratam, illamque ſi quid ambigui incidat, non conſuli, ſed Latinam. Præſumptionem enim eſſe, quòd A. B. Latina lingua primùm lucem adſpexerit, quum Metis primùm concepta ſit, vbi Germanica Lingua in vſu non ſit. Hoc etiam inde confirmari, quòd A. B. à Bartolo compoſita creditur, qui Germanicæ linguæ fuit expers, (Carpzou. qu. 2. ex A. B. ſubjecta Diſp. Feud. 1.) & quod ipſe Papa, quem valde colebat Carolus, ſcire voluerit, quid rerum eâ Bullâ ſanciretur, quòd tum ſub Imperio adhuc fuit Italia, & aliæ regiones ignaræ ſermonis Germanici. Fieri tamen potuit iuxta alios pari autoritate vtraque lingua prodierit hæc conſtitutio, & ita alteruter textus ab altero pari nec corrigi nec refutari poteſt quemadmodum par in parem non habet imperium. Verba

Verſio A. B. Latina & Germanica vtra præualeat?

autem

autē Germanica A.B. *Von des Chur-Fürſtenthumbs vnd Pfaltzgraffſchafft Freiheit vvegen* quadruplicem poſſunt habere ſenſum 1. *Von vvegen der Freyheit die das Churfürſtenthumb vnd Pfaltzgraffſchafft mit einander vereiniget haben.* 2. *Von vvegen der Freyheit die das Churfürſtenthumb vnd Pfaltzgraffſchafft ein ieder abſonderlich haben.* 3. *Von vvegen der Freyheit ſo das Churfürſtenthumb vnd Pfaltzgraffſchafft von Churfürſten vvürde her haben.* 4. *Von vvegen der Freyheit, ſo das Chur-Fürſtenthumb vnd Pfaltzgraffſchafft, von Pfaltzgrefiſcher vvürde her haben.* Prima interpretatio Germanica non poteſt admitti; nam tum ius antiquum Palatinorum Comitum mutaretur, quod A. Bulla confirmat potius. Nam Palatini Comites Vicariam dignitatem & diu ante A. B. & Septemuirale Collegium inſtitutum habuerunt, vt ſupra latius expoſitum. Nec prima itaque neque ſecunda interpretatio locum habet, ob rationes ſupra expoſitas. Vicariatus enim multò antiquior Electoratu, & inuicem res diſtinctæ ac ſeparatæ ſunt: Aliàs enim efficeretur: Omnes Electores ius habere ad Vicariatum, & omnes Electores eſſe Vicarios, quod euidentia Germanicæ conſuetudinis redarguit. Ex ſuperioribus rationibus efficitur, ne tertiæ quidem interpretationi locum eſſe (ſc. *Ex priuilegio quod Electoratus & Palatii Comitatus habent ex dignitate Electorali.*) Hoc enim falſiſſimum eſt, vt ex ſupradictis patet. Vicariatus enim Imperij ſi Electoratus iure cuiquam competeret, Regi Bohemiæ dandus fuiſſet, qui inter Electores Laicos eſt primarius (A.B. tit. 4.) quod quia non eſt factum inde eſt, quod ius, ante Septemuiratus inſtitutionem quæſitum, Palatino adimi non potuit. Supereſt ergo quarta interpretatio: *Ex priuilegio quod Electoratus & Palatii Comitatus habent ex dignitate Palatina. Ruperti Senioris* autoritas huc facit, cuius apud *Marqu. Freherum.* de Legit. Tutel. Elec. hæc verba leguntur. *In poſſeſſione ac dominio habet Principatum Palatinum, Archidapiferium, terras vaſallarias cum omnibus pertinentiis ſuper quibus electio & vox Comitatus* Palatini *Rheni fundata eſt.* Hinc vocabulum *Churfürſtenthumb* in Germanico textu de dignitate Electorali exponi non poteſt; ſed verba illa ſic interpretanda ſunt, vt Latino textui vel maioris, vel paris auctoritatis per omnia reſpondeāt. Vox itaque *Chur-Furſtenthumb* in A.B. non eſt poſita de iure Electoratus, ſed de Principatu cui præeſt Elector, vt vulgo dicimus v.g. *Das Chur Fürſtenthumb Maintz hat ſo viel Stadte* &c. vbi perquam ineptus eſſet, qui hæc ſenſu reduplicatiuo exponeret: *Das Chur-fürſt: Maintz dievveil es ein Churfürſtenthumb iſt, hat ſo viel Stadte.* Hinc ſequitur verba A. B. iuxta quartum ſenſum debere exponi. *Quum* itaq; *Vicariatus Comitatus Palatini priuilegio competat; Et vero Comitatus ille* (*die Vntere Pfaltz*) *Sereniſſ. Elect. Palat. ſit reſtitutus per tranſactionem Monaſterienſem cum omnibus*

Mutatio inſtrumenti, mutationem voluntatis arguit.

iuribus annexis ;facile patet Vicariatum Palatino non Bauaro competere; *id quod etiam ipſe Imperator indicauit* , dum in nouiſſima inueſtitura Vicariatus penitus diſſimulatus atque prætermiſſus eſt , quum *mutatio inſtrumenti, mutationem voluntatis arguat.* (l.46. de leg. 3. l. 32. in fin. & ibi Gloſſ. C.de Appell. l. 27. C. de Teſtam. ibi:*Contrariis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem* (Huc accedit text. Inſtrum. *Pac*.h. §. Quod ſi verò verb. *Electoralis dignitas* &c. *Octauo Electoratu penitus expungendo*.Ex quo loco patet, quod nihil præter dignitatem Electoralem ad Bauarum tranſlatum ſit, vt quæ ſola,cum ſuperiore Palatinatu ad Palatinos, VVilhelminâ maſculâ ſtirpe deficiẽte,redire debeat.*Bauari allegant* pro ſe Inſtr. *Pac*.art.4.h.§.*Et primò,&c* verb. *Maneant*, indeque colligunt: D*as VVort Maneant* inferire,*das vvas Chur-Bayern von der Pfaltz gehabt,darunter dan auch das Vicariat , das hette ſie alles behalten auſſerhalb der Vnder-Pfaltz vvelche Chur-Pfaltz allein* reſtituiret *vvorden*.Palatini reſpondent : *Das Chur-Bayern von anfang biſz zum endlichen Friedenſchluſz* directò *vveder die Obere noch die Vndere Pfaltz . ſondern neben der Chur-dignitet dreyzehen millionen Kriegskoſten , oder ein* æquiualent *dafür* prætendirt : *Hergegen man Chur-Pfaltztheils beſtendig dabey beſtanden , das nicht allein die Churdignitat bey Chur-Pfaltz verbleiben,ſondern auch alle deroſelben abgenommene Lander* reſtituiret *vverden ſolten : alſo das bey den Münſteriſchen vnd Oſnabruckiſchen* tractaten *nicht in* conſideration *kommen , vvas Chur-Bayern von Chur-Pfaltz im beſitz , Sondern vvie Chur Bayern vvegen berü ter* 13. Millionen,*davon ihro von der Kayſerl. Maieſt. Glorvvürdigsten Andenkens,Ober Oeſterreich verſetzt gevveſen* , ſatisfaction *geſchehen mœge : kœnne auch keiner in Abred ſeyn,das vvan Chur-Bayern dieſer* prætenſion *halber andervverte* Satisfaction *bekommen , Chur.Pfaltz neben der Vndern-Pfaltz die gantze Ober-Pfaltz vnd Graffſchafft* Cham plenariè *vvere* reſtituiret *vvorden. Nach deme nun Chur-Baieriſchen theils von obberürter Forderung der* 13. Millionen *nicht abgeſtanden vverden vvollen , hat man endlich* amore Pacis *das* medium *ergriffen vnd beliebt, das Chur Bayern zur Abtilgung dieſer Forderung die gantze Ober-Pfaltz vnd Graffſchafft Cham,doch mit dieſer* reſtriction , *vvie dieſelbe* tempore tractatuũ *im beſitz gehabt,beibẽ ſolte,vnd dahero dieſe* verba.*Sicut hactenus ita & inpoſterum maneant,&c.dem* Inſtr.Pac.inſeriret,& verſ. ſeq. *Chur-Bayern die* renunciatiõ *der* 13.Millionẽ *aufferlegt vvorden.* (vid.*vvolgegründete Abfertigung der Chur-Bayeriſchen fernern Anzeig vvegen deſz Reichs-Vicariats* p.13.14.(Idem p.23.& 24.& ita pergit:*Chur-Bayern hat nicht vveiters in der Obern-Pfaltz zu* prætẽdirẽ *als vvas ihro der Friedenſchluſz gibt,nemlich vvas ſie von der Obern-Pfaltz vnd Graffſchafft* Chã *im Beſitz gehabt,vvie* verb.cit.*zuverſtehẽ gebẽ : vnd beſtercket ſolches ſatsãb,*

das

das als mã gleich nach beſchehener Chur-Pfaltziſchẽ reſtitution, vnd euacuirung derſelbẽ Platz vvegẽ der Aembter Parckſtein vnd Weidẽ in ſtreit gerahtẽ, Chur-Pfaltz ebẽ dieſes zum Haubtargumẽt geführet, das ex regula generalis amneſtiæ ſolche Aempter als vvelche tempore concluſæ Pacis võ Chur-Bayern nicht poſſediret vvorden, Chur-Pfaltz zu reſtituirẽ ſeyn, vvelches argumẽt võ I. Kayſ. Mai. in reiffe cõſideration gezogen, vnd von deroſelbẽ Chur Pfaltz dabey Kräfftiglich zu ſchützen verſprochen vvordẽ. Wie der darüber in Prag den letzten Iul. an. 1652. auſzgefertigte Receſſ mit mehrern auſz vveiſet durch vvelchen die helffte an Parckſtein vnd Weidẽ ex capite amneſtiæ Chur-Pfaltz verbliebẽ. Hæc ſunt adiũgẽda iis quæ ſupra de Weida & Parckſteinio attulimus. Neq; porrò illa verba Inſt. Pac. *Maneãt, &c.* ſunt intelligẽda de inueſtitura Bauari, quæ tempore belli à Ferdinando II. in præiudiciũ Palatini erat facta, vt vult *Autor des Chur-Bayeriſchẽ Gegenberichts de Palatino Vicariatu*, ſed ſunt ad proximè præcedentia, nẽpe ad palatinatum Superiorem cum pertinentiis referenda. Vnde *Autor der Ableinung deſz Chur Bayeriſchen Gegenberichts.* p. (31.) ita: *Auff ſolchẽ fall, da es nẽlich bey der Kayſerl.* inueſtitur *allerdings verbleibẽ ſollẽ, ſo hette es ſo vveitleufftiger vnd koſtbahrer* tractatẽ *der Pfaltziſchẽ ſach halber zu Münſter vnd Oſenbruck nich bedürfft auch kein nevver Chur-Bayeriſcher Lehen Brieff auffgerichtet vverden müſſen, ſondern allein die* inueſtitur cõfirmiret *vverdẽ kœnnẽ. Nachdem aber dieſe* inueſtitur *iederzeit vviederſprochẽ vnd vor* null *vnd nichtig gehaltẽ, hat es gantz nevve* tractaten *erfordert, vnd iſt dieſe Sach von fornen vvieder angangen auch endlich verglichen, vnd alles vvas Chur-Pfaltz zu* præiudiz *vorhergangen, gantzlich* caſſiret. Idem *Autor* (p. 35.) aſſerit: *das* an 1652. d. 3. Octobr. *im Reichs. Hoffrat* cõcluſum, *eine* clauſulam caſſatoriam *vvegen der Vnder-Pfaltziſchen Aempter ſo im vorigen Chur Bayeriſchen Lehenbrieff geſtanden hette*; qui etiam p: 34. de Vicariatu per Inſtr. Pacis in Bauarum non tranſlato ita pergit: *Da es die meinung gehabt hette, die Reichs Vicariats Gerechtigkeit als ein edles Kleinod mit der Churdignitet auff Chur-Bayern zu* transferiren, *hette dauon* ſpecificè *vnd* expreſsè in Inſtrum. Pacis *gemeldet vverden müſſen: Den ſolche hohe* iura, *nicht alſo ſchlechter bloſſer ding einem entzogen, vnd dem andern aufgetragen vverden kœnnen: zu dem ohn das alle* ademptiones ſtricti iuris, *vnd über den Buchſtaben nicht zu* extendiren, *auch die* explication *billich vvieder den zu machen*, qui potuit legem dicere apertius, *vvelches auff Chur Bayern nicht aber Chur-Pfaltz, als vvelche* amore pacis *angenommen vvas man verordnet*, redundiren *vvurde.* Et *Autor de Vicariatu palatin.* c. 11. ita: palatinam cauſam ideo inſuper vincere, quòd in his, quæ per pacem vniuerſalem penes Sereniſſim. Electorem Bauariæ remanere debent, Vicariatus non exprimitur, quum tamen ea cauſa ſit, in qua

Parckeſtein VVeiden.

Pacti interpretatio contra illum facienda qui potuit legem dicere apertius.

Expreſſa nocent, non expreſſa nõ nocent.

expreſſa nocent, non expreſſa non nocent (l. 195. de R. I.) prætereà ſi dubia videri cauſa poſſet, id ſequi deceret, quod eſſet benignius (l. 24. D. de Reb. dub.) Cauſæ autem palatinæ fauere duplicem humanitatem, tum eam, quam in condendis legibus pacis adhibuerunt ſummi hominum, tum quam adhibere debent omnes in explicandis legibus (l. 1. §. 9. D. ad SC. Tertyll.) Conditores articulorum pacis profectò, humanitatis intuitu, quod ademptum voluerunt, palatinæ Domui, ſemel ſtatuerunt, quò deinceps, poſt grauem illum caſum conquieſceret, Durum enim eſſet, poſtquam ceſſiſſet illa Domus his, quæ expreſſa ſunt, eam deinde nihilominus incertam eſſe pati de ſtatu ſuo. Quod igitur ſummis illis principibus, pacis Autoribus, in mentem non venit, nec interpreti venire debet, tantò magis, quòd (quia tempora ſic tulerunt, vt Palatinis amiſſorum quædam non reſtituenda, quædam reſtituenda viderentur) illam partem, pænæ ſimilem, ſtrictè, hanc, tanquam beneficium, largiter interpretari iubeamur (l. 42. D. de Pœn. l. 3. D. de Conſt. Princ.) Sed & magis fauendum eſt ei, qui de damno vitando, quàm qui de lucro captando certat (Vid. *Nou. Leon.* 27. & 40.) Neque obſtat quòd Carolus IV. Maximilianus I. & Carolus V. Impp. in Confirmationibus de Palatini Vicariatu ſolis illis Vicariale munus tribuant, *So Churfürſten ſein*, quæ verba Vicariatus cum Electorali dignitate connexionem importare videntur. Cæterùm illis verbis nihil aliud ſignificare Cæſares voluerunt, quàm quum palatina Domus in multos ramos ſe diffundat, quiſnam palatinæ familiæ Comitum reapſe debeat exercere Vicarium munus. Ad argumentum Bauarorum, [quòd Archidapiferia & Vicariatus ſint connexum quid, atteſtante *Ruſdorfio*] palatini reſpondent, teſtimonium priuati non ſtringere jus Dominorum & principum, quum errare potuerit. *V*icariatum enim ab Electorali Dapiferatu planè eſſe diſtinctum, & olim non niſi per accidens cum illo connexum; ſolubilem cæteroquin, imò reapſe iam per Inſtrum. pac. ab illo ſolutum: Rupertum an. 1394. poſt depoſitionem Wenceſlai, miſiſſe diplomata Vicariatus, cum inſertione: *Des Churfürſtenthumbs haben*; certò non patere: Et ſi feciſſet, quid mali ex vnius peccato toti Palatinæ Domui accidere poſſet, quum talia peccata in præjudicium agnatorum allegari non poſſint. Quod inſignia concernit, (Electoralia ſcilicet) pomum nimirum, (quod Fridericus II. El. Palat. à Carolo V. impetrauit) propterea inſeruiſſe Electores ad differentiam aliorum Comitum Palatinorum, qui non ſunt Electores, non autem, quod Vicariatum vigore Electoratus exercuerint; ante autem illa tempora inſignia illos communia Palatina vſurpaſſe. *Ad ſecundum Bauarorum fundamentum Palatini reſpondent.* Reſtitutos

Odia reſtringi, fauores ampliari conuenit.

In dubio magis fauendum ei, qui de damno vitando, non qui de lucro captando certat.

Reſponſio Palatinorũ ad obiectiones Bauari.

ſe in

ſe in annexa Comitatus Palatini, inter quæ principale ſit ius Vicariatus. *Ad tertium*: Quoad Vicariatum, abolitam eſſe Maximiliani Bauari inueſtituram, vt ex ſupra adductis patet. *Ad quartum*: Si hiſtoricorum fidem ſugillare Bauari velint, ſufficere Aur. Bullæ fundamentum, nec opus inhærere obſcuræ antiquitati, vbi dilucida iura pugnent pro Domo Palatina *Euentus controuerſiæ Vicariatus*; Quum pro & contra hactenus adducta argumenta vtraque Pars in publicam lucem emiſiſſet, & pleriſque à partium ſtudio remotis viſum eſſet, Palatinos Scriptores ſatis clarè oſtendiſſe Vicariatus dignitatem non eſſe appendicem aut partem Electoralis dignitatis & Archidapiferatus, ſed peculiare ius priuilegio Comitatus Palatini competens; quum tamen non pauci Principes fauore haut occulto in Bauarum propenderent lis hæc indeciſa hucuſque permanſit; & adhuc Imperatoris (aut ſolius aut Imperatoris & Parium quod libertati Germaniæ magis conuenit) ſententiam (quum Cameræ iuriſdictio in feudalibus & feudo annexis non ſit fundata) expectat. Nonnulli credunt tranquillitati publicæ non parum intereſſe, ſi controuerſia hæc ita decidatur, vt Palatinus Vicariatus & Bauaro & Archi-Palatino Principi, vt communis, adiudicetur. Sed vix Elector Palatinus, quum alias non paruam iurium deminutionem paſſus ſit, de iure, tam clarè ita pro ſe deducto, aliquid cedet. Imò *Intereſt* potius, *vt cuiuſlibet Imperii Status iura & priuilegia maneant illæſa & integra*, quum communio rerum multas diſcordias, etiam inter priuatos, excitare ſoleat iuxta prouerbium: *Gemein iſt ſelten ein: Gemein vvar nie rein: Allein mein oder las es gahr ſein.* (add. t. t. D. & C. Commun. diuid.) Hactenus de Vicariatus Palatini iure controuerſo.

Lex clara magis attendenda quàm Hiſtoria.

Euentus Controuerſiæ Vicariatus.

Intereſt Imperii vt cuiuſlibet Imperii Status iura ſeruentur integra.

Communio rerum incorporalium parit diſcordiam.

VIII. *Inter potiſſima Sereniſs. Palatini Electoris iura eſt etiam illud, quod in Wildſangios & homines proprios exercet.* Hoc verò quum ante paucos annos à Moguntino & confœderatis ſcripturis pariter ac armis factum fuerit controuerſum, paulò altius hanc rem ex ſcriptis ab vtraque Parte in lucem emiſſis, excutere nunc animus eſt. *Hiſtoria talis* eſt: Homines proprij, vti paſſim in Europa, ita & in Palatinatu habentur, atque nouitij homines proprij ibi *Wildſangii*, Veterani autem ſimpliciter *homines proprii* appellantur, ut adeò fiant homines proprij, qui deín naſcuntur ex Wildſangijs. Interim Wildſangius reuera eſt homo proprius. Nec magis, qui VVildſangium talem hominem proprium dixerit, peccat, quàm qui infantem hominem. Poſſemus illum appellare hominem proprium initiatum. *Wildſangiatus* itaque nihil aliud eſt, quàm ius in numerum hominum propriorum cooptandi, extra legitimum matrimonium natos, & aduentitios, qui ſuâ ſponte ad loca, vbi aduenas huiuſmodi inter homines proprios poſt certum tempus cenſeri moris

Controuerſia iuris VVildſangiatus.

Hiſtoria huius controuerſiæ

VVildſangij quales Homines Proprij.

VVildſangiatus quid ſit.

eſt, ſe conferunt, ibidemque domicilium figunt; Vt Wildfangiatus ſit modus recipiendi & acquirendi homines proprios, quod ſecundum priuilegium Palatinum fit vel nativitate, vel domicilij tranſlatione. Tale ius Elector Palatinus non tantùm in homines proprios ſui territorij, ſed etiam in alienis territoriis vicinis, vbi hoc ipſum longus vſus Electorali Palatinæ Domui dedit, exercet. *Vindiciarum Autor* Electoribus Palatinis imputat quaſi hac ratione diuinis & humanis legibus aduerſum venatum inſtituant, quodque hominibus ceu feris, retia & laqueos tendant, captoſque infami ſeruituti atque ſummis miſeriis affligant, inque belluas eos deforment: Sed contra facti, ſine dubio, veritatem. Nouitiorum enim id hominum propriorum ſiue Wildfangiorum genus, ideo nomen à Germanico *Wild* accepit, quòd; quo tempore Palatino ſe homo ille ſubmittit, Domino & certà ſocietate ciuili careat, nec vllius ciuitatis iuribus obſtrictus ſit: Germanis res incertæ curæ dominijque frequenter *Wild* appellantibus. A capiendo autem dicuntur *Wildfænge*, non quod ferarum in morem inuiti in caſſes pertrahantur: Nihil enim violenti hìc adeſt; ſed ſuâ ſponte venientes in loca, vbi Sereniſ. Elector Palatinus ius homines proprios acquirendi habet, fixâ ibi fortunarum ſede, nec anni ſpatio à Domino quopiam vindicati, (*die in Iahr vnd tag keinen nachfolgenden Herrn haben*) in cenſum Palatinatus propriorum hominum, inque Clientelam Electoris recipiuntur, præſtitis paucis ab antiquo præſtari ſolitis. Res voce longè blandior, & nouis illis hominibus non adeò ingrata, vt potius experientia loca illa, in quibus id iuris exercetur crebriori exterorum accurſu, inſignia & cæteris majora incrementa capiant. (*Die einvvohner* populiren *ſich daſelbſt mehr als an andern Orten.*) Nō autem vbique locorum, vbi ius illud recipiendi & defendendi homines proprios obtinet, dicuntur *vvildſænge*. Nam in Præfectura Oppenheim vocantur *Reichsleüte*, in antiquis documentis ſæpe *Ankommende Leute* dicuntur. Multis contra in locis nec res nec nomen vſitatum v.g. *in dem Ober-Ambt Heidelberg, Bretthe.mb Moſbach, Bacharach, Boxberg.* Prima penſitatio nouitiorum (*der vvildſænge*) eſt honorarium, quod penditur Præfecto, ipſorum curam ſuſcipienti, tutelam promittenti, nomenque in album referenti. Non adeò pridem amicus Heidelbergæ mihi proceſſum huius iuris breuiter ita retulit: *Wan ein frembder vnd ankommender* in vicinis territorijs Palatinatus, *auch andern benachbarten Orten, vvoſelbſt I. Churf. Durchl.* das jus Wildfangiatus *haben ſich jahr vnd tag heuſzlich nieder leſſet, vnd keinen nachfolgenden Herrn hat, ſo kombt der büttel oder des Centgrauen* Knecht *zu demſelben, ſprechend, Ich nehme euch in Nahmen meines gnædigſten Churfürſten zum vvildſang, vnd begehre von euch den Fahegülden.*

Sinonymia hominum propriorum in Palatinatu.

Fahegülden.

(florenum

Fahegülden

[florenum receptionis vſus vocat.] Atque deinde fidem Principi promittunt, alij ſtipulatâ manu, alij jurato, alij ſtatim coram Præfectis hominum aduentitiorum *fur den Auſzfauthen*, alibi aliter ſecundum conſuetudinem cuiuſque loci. *Vven ein Leibeigener eine freygeborne zur Ehe nimbt, alsden vverden die* Kinder *nicht Leibeige*. [quia partus ſequitur ventrem] *und ſolche vverden ungenoſſen genand, vveil* Chur. *Pfal. z den genies nicht von denſelbigen haben, vvelchen ſie von den Leibeigenen haben.* Siue vt in iuſtitia cauſæ Palatinæ dicitur: Antiquiſſimo & paſſim recepto more nemo proprius matrimonium contrahens cum perſona alterius heri, pœnam quod dominum fruſtra liberorum defraudauit, pendit, eáque vocatur *ungenoſſame* vel *ungenoſſen*. Relatum mihi Heidelbergæ aliquando nonnullos, ex Hollandia aduentantes, ſe in eiuſmodi loca recepiſſe, qui quum poſt annum & diem Vvildfangij fierent; manumiſſionem pecuniâ redimere voluerunt; ſed fruſta: Tametſi autem viri [iſtiuſmodi ius ignorantes] interdum, quàmvis raro, rurſus manumiſſionem impetrent, tamen fœminis nunquam illud pretium perſoluitur, quo ita numerus hominum propriorum augeatur. Hi homines proprij porrò corporis cenſum annuum dant, quem nonnulli in ære exiguorum obulorum, fœminæ autem inprimis data gallina, ſoluunt. Cenſus ille à tempore ſolutionis varie [*Faſtnachts Hen*, *Herbſthun*, *Pfingſthun*, *Sommerhun*] aliàs *ein Zinſthun*, *Leibshun*, *Haubthun und Rauchhun* appellatur. Dominus etiam hoc iure vindicat ſibi in caſum mortis quibuſquam in locis marito mortuo pecudum præſtantiſſimum: (*das beſte Haubt*) vxore mortuá, veſtium optimam (*das vveidmahl*) nō nunquā alia, certã m vel pecuniæ ſummam dominus pro *mortuario* accipit. Si defunctus, vel extra coniugium, vel ſine parente, prole, fratribus, aut indotatis ſororib., & ſine teſtamento decedat, (quos *Hageſtelzen*) fiſcus in hereditate ſuccedit. (Vid. *Chur Pfaltz Lands Ordnung* Tit. 8.) Homines proprij porrò dominis quibuſdam in locis armorum, ſequelæ, luſtrandi, ſimilibúſque iuribus obnoxij ſunt. Collectas inſuper, ſimiliaque onera publica domino ſuo nonnulli præſtare tenentur. Quum itaque Dn Elector Palatinus hoc ius Vvildfangiatus & hominum propriorum nō tantùm in ſuo, ſed etiam in alienis & quidem Palatinatui vicinis territoriis exerceat; vicinis iſtis præſertim à tempore reſtitutionis Sereniſſ. Electoris Dn. Caroli Ludouici hoc tanquam onus Ætna grauius viſum, atque adeò in Comitiis Ratisbō. an. 1653. 1654 de illo querelæ motæ [Vid. *Speidel.* voc. *Leibeigen.*) quibus quum nihil proficerent, tandem Mogūtinus poſtquam Erfurtum ſubiugaſſet, militemque armatum in manu haberet, an. 1665. 1666. Gallicis infeſtis armis Electorem Palatinum ad abolenda & excutienda illa iura petens, Archi-Palatinatum, qui nondum

Partus ſequitur ventrem.

Vngenoſſen.

Manumiſſio.

Cenſus hominum propriorum.

Beſte Haubt.

Vveidmahl.

Succeſſio fiſci Hageſtelzen.

Praſtatio hominum propriorum.

Vvildfangiatus eſt Seruitus perſona & rerum diuerſo reſpectu.

Bellū Vvildfangiſticum

ob præteritum Germanicum bellum vires ſuas recollegerat, miſerrimè afflixit. Imperatoria Majeſtas interpoſuit quidem huic negotio autoritatem ſuam, atque vtramque Partem arma ponere iuſſit, ſed ne ſic quidem hoſtiles motus cohiberi potuerunt; donec tandem in certos Arbitros qui litem dirimerent compromiſſum, qui litem hanc laudo ſuo terminarunt, vt poſtea audiemus.

Fundamenta Moguntini & Conſortiũ contra ius VVildfangiatus adiunctis reſponſionib. Electoris Palatini.

Negatoria actio.

IX. *Fundamenta Moguntini & Confœderatorum ſunt.* 1. Hiſce iuribus & priuilegiis Electoris Palatini iura territorialium Dominorum minui, illud ius hominum propriorum eſſe ius alienis iuribus abſorbendis adornatum effictúmque; & mediatæ dominationis ſcenam. *Negant hoc Palatini:* Retinere enim loci Dominos loci Dominium perpetuum, ipſiuſque alienandi arbitrium. Palatinum ius tantum homines concernere, quorum ſi nullus adſit, ceſſare quoque iuris eius obiectum. Dominij autem localis fructus (v. g. ius ordinandi de ſacris & profanis, ſtatuta condendi, magiſtratum creandi, criminalem & ciuilem iurisdictionem exercendi) Dominis manere integros, quibus iuribus & homines proprij ſubſint, eóque nomine, vt reliqui ſubditi, iuramentum Dominis territoriorum præſtent. *Secundo loco Fœderati queruntur*, quod iniuria belli vacua facta loca, ſi nouis hominibus impleantur, illos Palatini VVildfangios, paucos verò ſubditos fieri. *Negant Palatini* & dicunt, in iis locis, vbi ius VVildfangiatus vrget, eundem ſemper locum ſubditis relinqui: Nullam legem, nullam rationem, nulloſque vades dari poſſe ad hoc, vt in locis, in quibus diuerſæ conditionis ſubditi viuunt, horum illorumque numerus ſemper idem maneat. Neminem Palatinatui inuidere poſſe VVilfangiorum numerum à bello receptum, quum vix ſemiſſem exæquet numeri, quem habuit ante bellum. *Tertium grauamen Fœderatorum eſt*; Durum, nec hodierno tempori ſatis conueniens eſſe, Statum vnum tot iurium in vicinorum Statuum territoriis potiri: Quemcunq; plebeium eſſe rei ſuæ moderatorem & arbitrũ. Et cum Palatinatus Vicini Status non haberent æquè libera atque territoria alij. Ne in Cæſaris quidem poteſtate eſſe vnius Status iura in alium transferre; æquitatem etiam repugnare. *Reſpon. Palatini*, Popularem eſſe hanc querelam. Summam eſſe æquitatis rationem: *Suum cuique eſſe tribuendum.* Suum ergo Palatinæ Domui; ſuum etiam tribuatur eiuſdem vicinis. Factum acquiſitionis quod attinet, neminem illud negare, quicquid iurium vel confœderati vel Palatini ſiue in ſuo ſiue in alieno territorio ſibi vendicant, illud omne Imperatorum Regumque Germaniæ liberalitati acceptum ferendum eſſe. Proceres autem Germaniæ non vno eodémque tempore omnes diſtincta illa tamque libera territoria conſecutos, vt quiſque intra limites ſuos omni iure potiretur, ſed aliis citius, aliis ſerius, aliis paucio-

Seruitus eſt onus graue.

Quomodo iura territorij in Imperij ſtatus collata ſint.

ra, aliis plura data, vbique multa Fiſco Regio & Imperatoribus reſeruata, exindéque alluuioni, qua paulatim quid prædio noſtro adjicitur, vt non intelligatur, quantum quovis momento adiectum ſit aſſimilata eſſe. [Vid. *Dn. Myler.* in Archologia c.1.n.7. & c.8 & ſeqq.] Inter Primates autem Germanos, Epiſcopis, Abbatibus & Sacri ordinis Viris, ſerius Regalia obtigiſſe, eóſq; licèt amplam ſatis Diæceſin & Epiſcopalium iurium terminos, lautóſque in vſus quotidianos decimarum, aliorúmque bonorum reditus habuerint, ſecularibus tamen Principum iuribus diu excluſos, atque Aduocatorum exercitio, hæc relicta fuiſſe conſtat ex monumentis Germanicis [Vid. Dn. *Myler.* l.c.c.15. *Lehman.* l 2. Chron. c.35. *Dan. Heider.* Diſc. *Von Reichs Vogtheien.* fol. 11 & f.72] Quis ignorat Caroli IV. ætate multa pinguiſſima telonia ipſis Electoribus negata fuiſſe. [Vid. *Aur. Bull.* tit. 9.] *Vvenceſlai Imperatoris reſcripto*, luculentum eſt, *Cæſares homines proprios in Palatinorum vicinis territoriis retinuiſſe, in eoſque reſeruatum ſibi ius Electori Palatino ceſſiſſe.* Ex his conſequitur, quod à prudentibus & rerum Imperialium peritis ſemper pro indubitato habitum, nempe *ius ſuperioritatis, ſiue territorij ſeparatum eſſe à Regalibus*, hæcque ex conceſſione, præſcriptione, vel conſuetudine competere poſſe alteri, quàm cuius eſt territorium. Vnde cuilibet naturalis ratio dictitat, eum, qui regalia ab alio poſſeſſa, vindicat, parum proficere, ſi demonſtret territorium eſſe ſuum, niſi etiam probet regalia eſſe ſua: quemadmodum qui vicino ſeruitutem in fundo ſuo negat, fruſtra fundum ſuum eſſe docet, niſi & libertatem fundi euincat. Ex quib. procliue eſt colligere Electores Palatinos Regios, Fiſcalinos, proprioſque homines cum iuribus, quibus Cæſares in eos vtebantur, conſecutos, eorundémque vſum in hunc diem tuitos, adeóque æquiſſimi & benigniſſimi iuris eſſe vt vicinis Palatinorum ſalua ſua ſint territoria, ſed & ſalua Electorali Palatinæ Domui iura in Baſtardos, Vvildfangios & homines proprios ab antiquo vſitata. *Quartum fundamentum Confœderatorum eſt*, titulo iuſto & bonâ fide hæc iura non niti. *Ad hoc reſpondent Palatini:* Æquum ſemper viſum eſſe, vt qui longiſſimi temporis poſſeſſione munitus fuit, ſola iſthac tutus, nullã tituli rationem reddere debeat. (l.3. & 4. C. de Præſcr. 30. & 40. ann. *Balbus* de Præſcript. 2. p.3. pr. qu.6. numer.2.) Planè in præſcriptione temporis, memoriam hominis excedentis, titulum non requiri, extra omnem controuerſiam videtur; tum, quod tanto ſpatio priuilegij conceſſioniſque vires tribuuntur, tum quod illud loco tituli legitimè acquiſiti habeatur (*Mynſing.* 2. Obſ. 30.) Atqui Electores Palatinatos iam vltra centenos annos, eadem quæ nunc habent, in vicinorum territoriis exercuerunt iura. Summa imis in Germania miſceri oporteret, ſi poſt ea tempora Imperij Proceres, iurium ſuorum titulos exponere neceſſe

Regalia differunt à iure territorij.

Nemo, præſcriptione tutus, tenetur edere titulum poſſeſſionis ſuæ.

In præſcriptione immemoriali non requiritur titulus.

haberent. Et licèt Palatinis opus eſſet titulo; tamen eundem edere non tenerentur, quin & inedito titulo in poſſeſſione defendendi eſſent. Cogi enim poſſeſſorem ab eo, qui expetit titulum ſuæ poſſeſſionis dicere inciuile eſt. [l.11. C *Petit. hered. ibique Gloſſ. & Dn. comm.*[Neque etiam deficerent Palatini in editione tituli, ſi opus eſſet. *Titulum pro donato* ſemper legitimam poſſidendi cauſam fuiſſe, nemo dubitat. Quid autem ſunt crebræ illæ priuilegiorum conceſſiones, renouationes, confirmationes? quid ſunt illæ perpetuæ inueſtituræ de Baſtardis & Vvildfangiis aliud, quàm donationes ſæpe repetitæ, ſæpius corroboratæ. *Conuentiones* etiam ſufficientem poſſeſſioni cauſam præbere, certum eſt. Non ergo de Palatinorum titulis quærere poſſe eos, qui ſuorum Anteceſſorum voluntate de re, quam poſtulant tranſactum eſſe norunt. Sed etſi horum nihil eſſet, vel *ſolus ſufficeret titulus pro herede.* (l.3. & 4. D. pro hered.) At qui iam à 100. & amplius annis Palatini hæc regalia Vvildfangiatus & Baſtardorum emolumentorum; inter hereditaria non tantùm inuenire, ſed & Maiores ſuos eadem ſemper anxiè cuſtodiuiſſe, de iis, tanquam ſuis, decreuiſſe, eadem ab Imperatorib. ſibi confirmata recepiſſe, viderunt. Quod iactitant malam fidem confederati, iniquum primò eſſe, per tempus immemoriale poſſidentem de bona fide interrogare [*Bær.* Deciſ.36.n.7.] Nullũ dein in Palatinis malæ fidei indicium eſſe, Et licet qui optimo maximo iure dominus eſt, dubiam etiam de dominio cogitationẽ habere poſſit, cogitatio tamen illa non eſt ſcientia, qualis requiritur in malæ fidei poſſeſſore. Cæterùm quũ animo cuiuſque concluſum ſit, quid credat de iure rei à ſe poſſeſſæ de eoq; non niſi per externa indicia indicare liceat, primò liquidum eſt, vt qui iuſtam poſſidendi cauſam vel titulum habet, bonâ fide poſſidere præſumatur. [l. *pen. C. de Euict. ibique Gloſſ.*] In poſſeſſione autem longiſſimi temporis bona fides cenſeatur eſſe, etiam cum plenè nullus adeſt titulus (*Maſcard.* de probat. Concl.224.n.3.) neque illum malâ fide poſſidere credibile ſit, qui palam & publicè de re poſſeſſa contrahit (*Menoch.* l.3. præſum.c.130 n.33.) neque eum cuius ius viri boni aſſerũt [*Menoch* d.l. nn.28.] Quum igitur Palatini in exercitio illorum iurium vltra ducentos annos fuerint, toties cum feudo Electorali illa receperint, toties inter renouata & confirmata priuilegia reſpexerint, toties vicinorum conuentionibus corroborata intellexerint; quæ non tantùm Maiorum ſuorum conſtitutionibus publicis defenſa, ſed & per alios viros celeberrimos cõmẽtariis illuſtrata (*Stammio, Cothmanno, Dn. Meuio & alir*) quo iure Palatinus malæ fidei poſſeſſionis argui poterit? Neque contradictio iuri vel priuilegio ipſi vnquam facta fuit, ſed tantùm aliquando controuerſia incidit in vno alteróve loco de dictorum iurium vſu. Nam plus, quàm humanum eſſet, in tot alienis locis ſine vlla

Tituli poſſeſſionum.

Qui tempore immemoriali poſſidet bonâ fide poſſidet.

Quid iuris ſi quis dubitet de bonâ fide.

Qui iuſtum titulum habet bonâ fide poſſidere præſumitur

In poſſeſſione longiſſimi temporis non requiritur titulus & tamen bona fides poſſ. eſt.

Quomodo mala fides excludatur.

vlla controuerſia iure frui ſuo. Querela autem de exceſſu ipſius iuris poſſeſſionem non tam turbat, vt eandem potius confirmet, vti, qui plus peti excipit, debitum competens haud obſcurè fatetur. *Quinto loco aſſerunt Confœderati*; Wildfangiatus hanc eſſe indolem, vt primùm proxima Palatinis abſorbeat Dominia, pérque hæc eadem pergat ad remotiora in infinitum. Sed iniuriam hanc eſſe *regerunt Palatini*. Nam Vvildfangiatus limites olim longè latius patuiſſe, quàm nunc patent. Si malum ſerpens eſſet, viréſque eundo acquireret, teſtitudineo etiam greſſu ducentis & amplius annis multũ promouiſſet. Vid. plura in *Iuſtitia cauſæ Palatinæ*, ex qua hæc tranſſumpta, & in compendium redacta.

Querela de exceſſu iuris quæſiti non turbat ipſum ius.

X. *Fundamenta Palatinorum, quibus Regale hominum propriorum ius firmant, ſunt hæc.* 1. Præſcriptio & non immemorialis aut centenaria tantùm, ſed ſeculorum aliquot poſſeſſio. 2. Cæſarum, Statuum, Vicinorúmque Confirmatio, quâ hoc ius probè munitum. 3. Redintegratio illius iuris per Inſtrumentum pacis, & Ferdinandi III. Imperatoris expreſſis inueſtituræ literis; atque ita hoc Regale iure optimo nixum eſt, nec ſuâ aliquâ iniquitate, ſed ſolâ vicinorum inuidiâ laborat.

Fundamenta Palatina pro iure Vvildfangiatus. Præſcriptio: Confirmatio ius quæſitum corroborat.

Maximilianus I. Imp. literis an. 1518. Auguſtæ Vindelicorum datis confirmauit & de nouo dedit Electori Ludouico eiuſq; heredibus, qui Electores ſunt ſingulare ius circa Baſtardos Vvildfangios &c. Idem præſtitit Electorali Domui *Carolus V.* an. 1521. literis Coloniæ datis. Idẽ Carolus prædictum ſuum Maximilianíque priuilegium repetiit anno 1530. Repetiit dein auxítque Spiræ an. 1544. *Ferdinandus I.* Rex Rom. 1556. Viennæ prædicta priuilegia de nouo dedit, inſigníque augmento firmauit, non tantùm aduerſus hominum violationes, ſed & fortuitos caſus. Idem Ferdinandus Imperator factus eandem conceſſionem Electori Ottoni Henrico repetiit, Francofurti 1558. Idem eadem dedit confirmauítque Electori Friderico III. Auguſtæ ann. 1559. Idem præſtitit *Maximilianus II.* Auguſtæ an. 1566. *Rudolphus II.* an. 1578. Pragæ Electori Ludouico, & Ioanni Caſimiro tutori Friderici IV. Pragæ 1585. ipſique Electori Friderico IV. quum in ſuam tutelam perueniſſet, Ratiſbonæ 1594. Confirmationem eandem Friderico V. El. dedit *Mathias* Ratiſbonæ 1613. Durante bello ciuili, quamuis Electores Palatini ipſo feudo Electorali, & annexo hoc priuilegio excluſi, alij tamen, nempe Hiſpani, interea iſthoc iure nomine Palatinatus gauiſi fuere. Pace Monaſterienſi poſtea reſtituta Electori hæc iura [*Vid. text. h. & art. 8. Inſt. Pac. in princ.*] Tandem *Ferdinandus III.* Imp. in literis inueſtituræ de Palatinatu inferiore ann. 1652. d. 5. Aug. Pragæ datis Sereniſſimo Electori *Dn. Carolo Ludouico iura & priuilegia Archi-Palatinatui annexa conceſſit, factâ nominatim mentione priuilegij iuriſve in homines proprios, baſtardos & VVidſangios.* Idem modernus Imp. *Leopoldus*

in literis inueſtituræ fecit Viennæ d.13. Mart.1660. Quomodo itidem ipſi Vicinorum territoriorum Domini hoc ius conſirmarint V. in *Iuſtitia cauſæ Palatinæ*. Priuilegium quidem non expreſsè adſtringit vicinos ad ſuſcipiendos & tolerandos Palatinos adſcriptitios, tacitè tamē eandem neceſſitatem iniicit. Dicit enim Cæſar Palatinos & debere & poſſe, homines aduenientes in vicina loca, in numerum propriorum hominum ſuſcipere: Addit mandatum ſeuerum & pœnale, ne quis Elector, Princeps, aliúſve Palatinos in iſthoc priuilegio aut conſuetudine turbet, aut impediat, ſed eos illis quietè vti frui, & per omnia gaudere ſinat.

Priuilegia iurium prærogatiuam importantia ægris oculis intueri ſolemus.

XI. Quemadmodum autem *priuilegia* etiam iuſtiſſima, iis, qui ægrè ferunt, ſe ab aliis aliqua prærogatiua vinci, cum læſione coniuncta, & dolorem afferre videntur: [vnde & Pontificio iure *vulnera* dicuntur. c. *Pietar. cauſ.* 32. qu 4. Nonnulliſque viſum eſt, vix vllum priuilegium eſſe per quod non aliquis ſe læſum dicat. *Enenckel.* de priuil. l.1. c.12. n.18.] ita procul dubio malè habet nonnullos vicinos priuilegium hoc Electorale. Quando tamen nullius ea in re peccatum eſt, meritò ſortem eam æquo animo ferre, minimè verò inde turbas, pluráque inde mala excitare conuenit, vt loquitur, *Autor Iuſtitiæ cauſæ Palat.* p.2. p.217 De hiſce itaque iuribus Electoris Palatini idem poterit dici quod extat in l.12. D. *Qui & à quibus manum: Durum quidem: verum lex ita ſcripta eſt.*

Etiam inter illuſtres perſonas ſunt recepta iura ſeruitutum

Non tantum priuati in ſuo aliquid pati ſeruitutéſque tam vrbanorum quam ruſticorum prædiorum ferre coguntur; ſed etiam inter Illuſtres talia iura paſſim, præſertim in Germania noſtra, recepta ſunt, vt aliàs latius exponetur. Iam olim cauſa Palatina, in iure & æquitate fundata, atque in controuerſiam vocata, in iudicio victrix extitit. Nam an. 1454. Magiſter Ordinis Teutonici, *Iodocus à Venningen, Comes de Leiningen* & *Ludouicus ab Aſt*, Præpoſitus Eccleſiæ Wormatienſis in eadem cauſa ita pronunciarunt:

Actore non probãte reus etiamſi nihil præſtiterit, debet abſolui, l.4. c. de Edend.

Quoniam Dominus noſter Moguntinus (cum conſortibus) actor eſt, & actionem ſuam in iure non probauit omnes Baſtardos in iis locis ad Palatinatum Rheni ſpectare, ideo amicabiliter de iure decidimus, ſecundum iuriſiurandi religionem noſtram, & optimum intellectum noſtrum, Dominum noſtrum Comitem Palatinum *Rheni, à prædicti Domini noſtri Moguntini actione abſoluendum eſſe.* (*Vid. Iuſtit. cauſ. Palat. p.1.* in fin.)

Intereſſe Electoris Palatini.

Sereniſs. itaque *Elect. Palat.* quum ius ſuum bene fundatum eſſe videret, & non minimum intereſſe in illo conſeruando reponeret: hinc illud etiam tanquam clauam in pugno Herculis firmiter retinere allaborauit. Vnde & in literis ad Imperatorem de dato Heidelberg d.20. Sept.1655. expreſsè *teſtatur*, *quod per decretam commiſſionem Cæſaream non poſſit ac debeat permittere, liquidiſſimum ſuũ ius de hominibus propriis in dubium vocari, ſéque ſimul in fraudem Inſtru-*

menti

menti Pacis & Cæſareæ Maieſtatis honoratiſſimæ immiſſionis, cum irreparabili ſuo damno poſſeſſione deturbari. Simul addens: *Cæſaream Maj. non in malam partem accepturam, ſi eidem ad tuendum ius ſuum, debito cum reſpectu humiliter conſiderandum proponat, quod iſtis, quæ Pacis pactis tam generaliter quàm ſpecialiter in rem ſuam conſtituta ſunt, ſe excludi meritò ægrè ferat: ſed quod iis* (quum nequaquam adhuc plenè reſtitutus ſit] *inhærendi ſummo iure vtatur.*

Euentus Controuerſiæ Vvildfang.

XII. Quum itaque mota eſſet hæc circa Vvildfangiarum controuerſia inter Eminentiſſimos Principes *Ioannem Philippum Moguntinum,* tanquam Epiſcopum Herbipolenſem & Vvormatienſem; *Carolum Caſparum* Treuirenſem, *Maximilianum Henricum* Colonienſem Archi-Epiſcopos, S. R. Imp. per Germaniam, Galliam, Regnum Arelatenſe, & Italiam Archi-Cancellarios & Electores; *Carolum* Seren. Lotharingiæ Ducem & Barri Marchionem, *Lotharium Fridericum* & *Franciſcũ Egonem*. Reuer. Spirenſem, & Argentoratenſem Epiſcopos ſimiliter & *Comites Rhingrauios, & immediatos* S. R. Imp. *Nobiles* in Tractu Rheni, Sueuiæ & Franconiæ, & appertinentibus locis, ex vna: Et Seren. Principem *Carolum Ludouicum* Comitem Palatinum Rheni, S. R. I. Archi-theſaurarium & Elect. Ducem Bauariæ ex altera parte; illa tandem per compromiſſarios iudices d. 1. xi Nou. an. 1666. electos ac receptos Reges Galliæ & Sueciæ & harum Majeſtatum ad hanc cauſam Ablegatos Extraord. *Honoratum Courtin* Ludouici XIV. Reg. Gal. Conſiliarium ſecretiorem nec non libellorum ſupplicum Magiſtrum, & per Circulos inferioris ac Superioris Rheni Legatum Extraordinarium: *Danielem Meuium* Caroli Reg. Sueciæ Conſiliarium Secretum, & Tribunalis Vvimarienſis Vice-præſidem, & *Martinum Bæckel*, eiuſdem S. M. Conſiliarium aulicum: deciſa Heilbrunnæ per *laudum compromiſſoriale* in quo ita inter cætera: Primo *circa Vvildfangiatum: Omnes perſonas peregrinas mares & fœminas, quæ non habent perſequentem corporis dominum nemine excepto tanquam Vvildfangios, ex eo, quando in Palatinatum non modò ſed etiam in adiacentibus Eccleſiaſticis & ſecularibus Dominiis, oppidis, pagis & ditionibus de quibus in præſentiarum quæſtio fuit, domicilium conſtituunt, Domus Electoralis Palatina proprios homines iuxta tenorem priuilegii, & in eo memoratam antiquiorem conſuetudinem, factos eſſe, & inpoſterum fieri eóque indefinito peregrinorum nomine non tantùm à Germania planè exteros, ſed omnes aduentitios, vndecunque venerint, qui in ditione illa ad quam veniunt indigenæ non ſunt, iuxta proprietatem vocis, reſpectu ditionum prolata, & vſum anteriorum temporum comprehendi, ad illos verò non poſſe extendi, qui cum iam eſſent alicuius Eccleſiaſticæ vel ſecularis ditionis ſubditi & liberi homines & à loco ad locum ſeu ex oppido vel pago ad alium pagum eiuſdem ditionis migrare & domi-*

Laudum Vvildfangiatus.

Quis dicatur peregrinus ratione Wildfangiatus an peregrinus an ex peregrino natus: quomodo priuilegiũ illud ampliari vel reſtringi debeat, quod olim valde controuerſũ id nunc in laudo deciditur.

cilium transferre voluerint : nec etiam ad illa loca ; in quibus ſpeciatim Wildſangiatus ab Imperatoribus eſt conceſſus, nominatim in Comitatibus Wild. & Rheingraniorum Taur. & Kyburg, nec non zum Stein, &c. Quoad iura in eiuſmodi homines proprios vt Vvildfangios exercenda, diſcrimen fieri debere inter perſonalia in perſonam ſeu corpus & territorialia ex iure territorij competentia: Illa cum proprietate in corpora per priuilegium competere, atque ex veteri iure vel conſuetudine circa proprios homines de iis ſtatuendum, inde facultatem iſtos aduentitios atque ex his deſcendentes in numerum propriorum hominum recipiendi & conſtituendi cenſum corporis in pecunia vel gallinis, operas praſtari ſolitas ſed ita vt praſtantibus tolerabiles, nec debitis ſubditorum impedimento ſint, moderatas, mortuarium, pecuniam pro introitu, den Fahegulden, pretia manumiſſionum ius ſuccedendi in bona vacantia, detractionem Die *Nachſteur, vbi Dominus territorij hac ſpeciali priuilegio vel vſu nondum ceſſit, iuramentum fidelitatis & obedientia, ſine praiudicio homagij domino territorij debiti, conſtitutionem praſectorum, vulgo Auſzſauth, qui iſta obſeruent, vel exigant, ius mandandi vel vetandi, quoad illorum debita & officia & praſtationes iuxta conſuetudinem, qua hactenus talia in ſingulis locis exercita fuerint, relinquenda eſſe : Catera territorialia iura, qua Domini (oſ fœderati in libello exprimunt, (tam qua ex cauſa Vvildſangiatus Sereniſſimus Elector. Palatinus ſe ſibi ſumpſiſſe negat, nempe indictiones, aſſiſias, gabellas, pecuniam pro itineribus filiorum & elocatione filiarum, in Eccleſiaſticis & Politicis, criminalibus & ciuilibus, realibus & perſonalibus, citationem, euocationem, cognitionem, executionem, appellationem, confirmationem contractuum, tranſactionum, teſtamentorum, pactorum dotalium, & matrimonialium confectionem, iuriſdictionem in hereditate cernenda, ius venandi ſuperius & inferius, foreſtale, piſcatum, hoſpitaturam, alimentorum praſtationem, tam pro hominibus, quàm canibus & equis, cenſum melioramentorum, Aduocatiam, affixionem, & publicationem Palatinorum Edictorum, Mandatorum, reſcriptorum, iuſſorum, citationum, metata & hoſpitationem, vt & impenſas militares, curros & equos pro impedimentis bellicis, Iudaeorum receptionem, & aſtimationem bonorum : finium & limitum deſcriptionem ; quàm catera eius generis iura que adhuc pratenduntur, veluti (extra operas perſonales) angariarum, ſequela, arma indicendi, luſtrandique armatos, curatores dandi eorúmque rationes examinandi, inuentaria extra caſum bonorum vacantium conficiendi.) ex tenore priuilegij Vvildſangiatus, ſeu proprietatis perſonalis in territoriis Fœderatorum non competere, ſed ab iis in poſterum ab hoc titulo abſtinendum eſſe, niſi in locis, in quibus ex conuentionibus aliquid talium conceſſum eſt, ſicuti circa pratenſa hac iura ; eorúmque exercitium obſeruetur, quod tranſactiones & conuentiones inter Sereniſſimos Electores Palatinos & Reuerendiſſim. Epiſcopos Spirenſes diuerſis temporibus inita, nempe an.1491. & an.1521. ſonant, ſimiliter*

Contenta iuris Vvildſangiatus.

ſimiliter etiam inter alte memoratam Domum Palatinam & Comitem Falckenſteinenſem an. 1538 *tranſacta valeant & ſeruentur, ita tamen vt in caſu aperturæ feudi, & conſolidationis dominij vtilis cum directo (reſtitutis omnibus pagis & locis ad dictum feudum ſpectantibus in eum ſtatum, in quo tempore inueſtituræ ipſis Comitibus Falckenſteinenſibus conceſſa erant) Domino directo tranſactio illa nullo modo nocere aut præjudicare poſſit: Sic & in pagis Creichouiæ centenæ obnoxiis cum Nobilitate de tributis propriorum hominum Palatinorum conuenta, inter illos tantum obſeruanda, non vltra extendenda ſubſiſtant, &c.* Pronunciatum laudum tale Heilbrunnæ d. 7. Febr. 1667. Ita tandem rediit Palatinatui pax ac ſalutaris quies, Et licèt *Fœderati laudum hoc non per omnia laudent*, alioſque prætextus ex alio profundiſſimo puteo haurire dicantur; tamen *& ſua & Palatini Electoris maxime intererit, vt omni litium prurigine amotà, fidiſſima viciniatis amicitia & ſinceritas ab vtraque parte redeat atque redintegretur*, Laudum iſtud valde laudabile, à Potentiſſimorum Regum Galliæ & Sueciæ Extraordinariis ad hanc cauſam ablegatis Heilbrunnæ pronunciatum, admodum inclementer ab homine infami ac malè feriato famoſo ſcripto eſt traductum. Inquiſitum fuit in Autorem, quem multi Aulico-Ieſuitam fuiſſe crediderunt, ſed hactenus indagari non potuit. Contra prodiit aliud breue quidem eſt perelegans encomium in Laudum pro cauſa Palatina pronunciatum à potentiſſimorum Regum Galliæ & Sueciæ Legatis quod mihi communicatum hic exhibeo:

Intereſſe rationis Vvildfangiatus cōtrouerſi.

Quanta Palatinam firmant ſuffragia cauſam,
Quam duo Sceptra fouent, cui Themis alma fauet!
Vidimus opponi mitras araſque Tiaraſque
Et tamen his aliquid ſanctius Orbis habet.
Victrix cauſa Diis placuit, ſunt Numina Reges
Maioreſque aris, quis neget, eſſe Deos?

Prætendit etiam in ius Vvildfangiatus *Bauarus* (teſte *Sprengero* in Iuriſpr. publ.) aſſerens hoc ius non eſſe annexum Comitatus Palatini, ſed tranſlatæ in ſe Electoralis dignitatis. *Fundamentum Bauari eſt*, quòd in priuilegio ſemper mentio fiat, de conceſſione facta illis *Die Chur-Fürſten ſeyn. Excipit Palatinus*: Conceſſum hoc ius intuitu Vicariatus, indicante priuilegio ibi: *als Chur-Fürſten vnd* Vicarien; & ſicut Vicariatum, ita & illud ius annexum eſſe Comitatus Palatini. Quod porrò mentio fiat Electorum, hoc ideo inſertum eſſe, ne omnes Comites Palatini, ſed illi tantùm, qui Electorali gaudent dignitate, illo iure gaudere poſſint. (*Sprenger.* l. c. p. 389.) *Hæc prætenſio hodie* alto ſomno oppreſſa *quieſcit*, & nunquam credo euigilabit, quum in literis inueſtituræ

Bauari prætenſio in Vvildfangiatum Palatinum.

Ferdinandi III. Imp. expreſſè hoc ius Electori Palatino tranſcriptum, & nunc Heilbrunnenſi laudo perpetuo confirmatum ſit.

Controuerſia de iure conducendi.

XIII. Porrò inter præcipua Sereniſs. Elect. Palatini iura eſt quoque *ius conducendi*, quod exercet in alienis territoriis, *Durch die Obergrafſchafft Catzenelnbogen von der Bergſtraſſen an biſz gehn Franckfurt*, item *in der Marck-grafſchafft Baden biſz gehn Pfortzheim* Etiam confœderati de hoc iure conducendi Palatini Electoris grauamina exhibuerunt. Lis hæc ita in *laudo Heilbrunnenſi* anno 1667. d.7. Febr. terminata

Euentus.

eſt: *Circa ſecundum compromiſſi caput concernens conductum, eiuſque dependentia, iuri congruit, quæ ſunt de iſto inter partes tranſactiones & conuentiones iuxta ipſarum tenorem præprimis ſeruari, &c. De cætero in his quæ*

Viæ publicæ non ſemper ſimpliciter liberæ ſunt.

ex conuentionibus modum ac definitionem certam non habent, ſuper grauaminibus à parte Dominorum confœderatorum probatis & in controuerſiam deductis, iuri atque conſuetudini Imperij conueniens exiſtimatur 1. vt Sereniſs. Elect. Palatinus in Confœderatorum terris iure conducendi non aliter vtatur, quàm in tranſitu Principum & ſimili dignitate eminentium perſonarum, copiarum Equeſtrium vel pedeſtrium, Mercatorum ad ſolennes nundinas proficiſcentium, Iudæorum, Cyngarorum, & ſimilium perſonarum, quarum iuxta leges moreſvè Imperij non eſt ſine conductu ſecuritas. 2. Vt non prætendatur aut vſurpetur, quando Domini earum terrarum & viarum, per quas itur, ſimiliter eorum miniſtri, milites & ſubditi ibi tranſitum faciunt, ſed innoxius & conſtitutionibus Imperij congruus ipſis in ſuis terris liber & non impeditus ſit, quemadmodum & Electoribus Palatinis, eorum miniſtris, militibus & ſubditis viciſſim eadem libertate talis, ibidem ita ſine conductu alio, relinquendus eſt. 3. Proceſſiones religioſæ liberæ & conductui

Via regia quænam ſit.

nullo adſtrictæ ſunt. 4. Vt non in aliis quàm in viis regiis conducendi ius exerceatur; Quando autem, quæ illæ habendæ ſint, nondum ſatis apparet, tam æquum erit, quàm ad tranquillitatem atque concordiam faciet, certas illas conſtitui atque definiri, iuxta terminum à quo, & per & ad quem conducitur, deſignari, neceſſe erit propediem ab vtraque parte peritos locorum nominari, per eos deſignationem viarum, quæ pro publicis hactenus habitæ fuerunt, vel habendæ ſunt talem fieri, iuxta quam inpoſterum iſtud ius Palatini exerceant, ea tamen ſub lege, vt mutuò per territorij Dominos curetur, ne tranſeuntes conducendi alia via tendant, quàm vbi ad certa loca iſtius

Quare ius conducendi conceſſum. Obligatio ſiue præſtatio ratione iuris conducendi.

per vicinalem diuertendi neceſſitas fuerit. 5. Vt ius conducendi inter ea remaneat, quæ tali in alienis terris per leges & conſuetudinem Imperij præſertim fini ſuo conueniunt. Quando autem ex priuilegiis apparet, ad ſecuritatem & cuſtodiam viarum ius conducendi Electoratus Palatino conceſſum eſſe, virtute eiuſdem competit inſpectio viarum pro illo fine, das bereiten der Wege, vnd haltung der Gleits-Reüter, indagatio & perſecutio latronum, prædonumque & ſimilium, per quos via publica infeſtantur, quod vocant ius

das

das Rechtes angreiffens, talium qui in eiuſmodi viis reperiuntur abductio & punitio. Vt tamen, quicquid eo nomine fit, intra terminos viæ Regiæ conſiſtat, ab eo cuſtodiæ viarum præpoſiti non deflectant, nec vicinis prouincialibus moleſti vel oneroſi ſint, ſed ſuis ſumptibus ſine horum impendio & onere iſta omnia expediant. Quod ſi, dum fit ea perſecutio, malefici à via publica per vicinales vel alia loca vicina territorij perfugerint, perſecutoribus quidem licitum ſit perſequi, etiam in fuga ſiſtere & apprehendere, non verò abducere, ſed trahendi ſunt ad carcerem in quorum locis capiuntur, ab iis puniendi. 6. Delinquentium dum conductus præſtatur tam eorum qui conducuntur, inque eorum Comitatu *ſunt, quam qui conducunt, coercitio & pœna ex iure conducendi eſto Sereniſſimi Electoris. Quicquid autem vltra hac iuriſdictionis ſiue ciuilis ſiue criminalis eſt, ex cauſa conductus non competit, ſed iis, quorum vel ius viæ publicæ, vel circa hanc territorij eſt, quibus & in via delinquentium punitio, vt & cadauerum ablatio ſine impedimento relinquatur, deque eo ſtetur literis inueſtiturarum & priuilegiorum, è quibus illud impetratum fuit: His nullis exiſtentibus conſuetudini & poſſeſſioni, quæ hactenus fuit, donec ſuper eo aliud plenius in foro competente deductum eſt, & ſententia pronunciata erit. 6: Vt quando de Præfectura ad Præfecturam vel pago ad pagum per viam publicam ob ſcelera captiui ad carcerem, vel damnati ad ſupplicij locum ducuntur, conductu non ſit opus, ſed quibus ius viæ publicæ, vel etiam ob viciniam eiuſdem liber vſus eſt, cum velint ducere, liberum relinquatur.* Hactenus laudum. Præter allata iura Electoris palatini ſunt & plura alia, inter quæ eſt *Protectio fabrorum ærariorum* in partibus Rheni & certis Franciæ Orientalis locis, quam Electores tenent feudi loco ab Imperio, eamque in ſubfeudum conceſſerunt Nobili familiæ *Zobeliorum*, cum emolumento, vt illi ſuppellectilem cupream ad totius rei domeſticæ vſum gratis ſuppeditare teneantur. (V. *Mager.* de Aduoc. armata cap.15. num.120. & ſeqq. *Beſold.* Th. Prac. verb. *Keſsler Schuz*) De aliis iuribus minoribus Electoris V. *Stypman.* de iur. Nautic. pag.2. cap.5. num.123. Tantum de iuribus Sereniſſ. Elect. Palatini dixiſſe ſufficiat.

Ius conducendi eſt ſtricti iuris.

Keſsler-Schuz.

DISCVRSVS XXVII.

De iis,

QVÆ ELECTOR PALATINVS vigore Inſtrumenti Pacis præſtare debet, item de iis, quæ adhuc in fauorem Domus Electoralis Palatinæ conſtituta ſunt, item de reſtitutione Palatinorum, qui non ſunt ex Electorali linea.

Ad art. 4. verſ. *Cum autem certæ*, &c. verb. *Stradæ Montanæ.*

I. PRIMVM, quod Elector Palatinus iuxta pacta Pacis Weſtphalicæ præſtare debet, eſt *reſtitutio impignoratarum Præfecturarum Stradæ Montanæ.* Strada Montana ante aliquot centum annos partim ad *Comitatum Ladeburg* partim ad ditiſſimum cænobium *Lorſch* pertinuit, ac tandem in totum ad modò nominatum cænobium peruenit. Poſtea *Fridericus II.* Imp. Stradam Montanam anno 1232. Archi-Epiſcopatui Moguntino conceſſit. Sequenti tempore quum *Pius II.* Papa anno 1461. Dietericum Iſenburgicum Comitem & Archi-Epiſcopum Moguntinum, ideo quòd decimas Eccleſiaſticas extradere; & Electores ad nutum Papæ conuocare recuſaret, depoſuiſſet, & aduerſus illum *Adolphum* Comitem Naſſouium concitaſset, Dietherus auxiliis *Friderici I.* Electoris Palatini, vulgo *der Dolle*, ſe communiuit, & hoſtes in prælio ad *Seckenheim* de quo ſupra egimus) fudit. Vt igitur Dieterus Friderico Palatino de impenſis bellicis

Bergſtraſs

Impenſa belli iuſtè prætenduntur.

licis,quæ vſque ad 100000.flor.excurrebant. ſatisfaceret,an.1462.oppignorauit ei quaſdam præfecturas Stradæ Montanæ *Starckenberg, Heppenheim,Bensheim,Morlebach,Lorſch* cum pertinentiis donec debitum principale 100000.florenorum rurſus ſolueretur. Ab eo tempore Strada Montana vſque ad tricennale bellum ab Electoribus Palatinis fuit poſſeſſa,quo durante Hiſpani & Bauari *Bensheim,Starckēberg* & alia illius tractus loca rurſus occuparunt & Moguntino reddiderunt. *In Inſtrum. Pacis hic conſtitutum*, vt Præfecturæ iſtæ Stradæ-Montanæ apud Moguntinum permaneant, ita tamen vt pretium pignorationis Electori Palatino reddat, id quod etiam an. 1651. præſtitum. Ex præfecturis autem iſtis tres pagi (inter quos ni fallor *Neunheim, Henteshein*) quòd Heidelbergenſi vrbi eſſent proximi, & Moguntinum adeò in proximo vicinum eſſe nollent,contractu permutationis Electori Palatino manſerunt. Præſtanda Dn. Electoris Palatini, ratione Nobilitatis immediatæ, & quatuor vaſallorum, qui ipſi in Inſtr. Pacis conſtituti, Vid. in Inſtr. Pac. hic. verſ. *Liberam* & verſ. *Feuda etiam.Palatinatui Superiori* etiam renunciare debuit Dn.Elector. verſ. *Viciſſim*,&c.

Antichriſtos exemplum.

II. Inter præcipua præſtanda Dn.Electoris eſt,quod in Archi-Palatinatu inuariatæ Auguſtanæ Confeſſ. exercitium liberum relinquere debeat. V. Inſtr. Pac. h. verſ. *Auguſtanæ Confeſſionis*. Adeoque etiam hodie *Heidelbergæ in ſuburbio Lutherani libere religionis exercitio gaudent*. Templum illorum(cuius primum lapidem poſuerunt modernus Sereniſſ. Dn.Elector *Carolus Ludouicus* vna cum filio *Carolo*,Electoralis dignitatis herede an. 1659. d. 16. Cal. May, vt habet templi inſcriptio) vocatur *Die Prouidenzkirche*, ac ad illud conſtruendum Dn. Elector lapides liberaliter donauit,vt mihi Heidelbergæ relatum. Fuere nonnulli è Miniſtris ſacris,qui quum exſtruendi illius templi initium fieri deberet, Dn.Electorem ſunt dehortati ne primum lapidem poneret: Cæterùm quum ſanctior quidam Dn. Electoris conſiliarius Dn.D.P.propterea in conſilium adhibitus,inter alia retuliſſet, Sereniſſ. Dn. Electorem Brandeburgicum in exſtruendo nouo Capuccinorum templo (ni fallor non longè à Berolino, vbi Monachi iſti an.1624.religionis ſuæ exercitium habuere) idem peregiſſe, Auguſtus ille Princeps Elector nihil cunctatus Lutheranis iſtam,quam diximus,gratiam clementer exhibuit.

Exercitium Auguſtanæ religionis in Palatinatu.

Templum Lutheranorum Heidelbergæ exſtructum.

III. Porrò conſtitutum in Inſtr. Pac. h. verſ. *Comites in Leiningen*, &c. quòd Comites in Leiningen & Daxburg in Palatinatu inferiori non ſint ab Electore turbandi. Comites in Leiningen ſunt vel de *Stizingen* vel de *Dagsburg*. Illi ſalutantur, *Comites de Leiningen & Stizingen, Domini in VVeſterburg, Schauenburg, Forbach & Mersburg*.Hi-

Comites in Leiningen.

verò appellantur *Comites in Leiningen & Dagsburg*, *Domini in Aſpremond*. Annumerantur Circulo Rhenano Superiori. Comites Leiningenſes Weſterburgenſes, an. 1420. Electoratus Palatini conſtituti ſunt vaſalli. De ratificatione pactorum gentilitiorum inter Domum Electoralem Heidelberg: & Neoburg. V. Inſtr. Pac. h. verſ. *Pacta quoque*. De validitate pactorum illorum Vid. *Muſculum* de Confraternitate, & *Berſium* de Pact. Famil. Illuſtr. *Feſchium* de Fœderibus th. 26. lit. T.

Feuda Iuliacenſia Palatinorum.

IV. Domui Palatinæ quoque in Inſtr. Pac. verſ. *Ad hæc ſi quæ*, &c. proſpectum eſt, de apertis *feudis Iuliacenſibus*: Comites Palatinos in Ducatu Iuliacenſi & Montenſi plurima poſſediſſe teſtis eſt inueſtitura *Ottonis* Comitis Palatini *VVilhelmo Comiti de Iulich* collata ann. 1230. quæ feuda continent aduocatias in *Briſche, Viletge, VVeſſle, Berchsim, Pfauffendorf, Holvvilre, Munſtere, Greznick, Grochem*, bona in *Zulpecke*, Aduocatiam Eccleſiæ in *Dornick*, vt & Comitatum & ius nemoris. (*Sprenger*. de Iuriſpr. Publ. p. 415.) Anno 1651. menſ. April. in Deputationis conuentu Francofurti D. Elector Palatinus inter grauamina retulit: *Das I. Churf. Durchl. dieſer vvegen vmb eine Kaiſerl.* Commiſſion, *damit dieſe Sache dem Friedē Schluß gemees mæchte erœrtert vverdē anhalten laſſen, aber noch nicht erlangen kœnnen*. (Contin. *Theat. Europ.* ad an. 1651. p. 7.) Et credo hoc nondum eſſe obtentum, quum cauſa principalis de ſucceſſione Iuliacenſi (de qua infrà) adhuc ſit indeciſa.

Rupertus Palatinus.

V. Sequitur nunc porrò quomodo Dn. Electoris fratribus proſpectum ſit de appanagio (Vid. *Inſtr. Pac.* h. verſ. *Prætereà vt dictus*) Fratres ſuperſtites Dn. Electoris tempore concluſæ pacis fuere. 1. *Rupertus*, qui regias partes in Anglia ſtrenuè defendens an. 1650. Parlamentarios mari afflixit. Demum, triennio ferè in Oceano acto, cum quatuor nauibus in Gallia Namneti appulit, inde in Germaniam perrexit ad fratrem. An Princeps hic renunciarit Archi-Palatinatui haud nihil ambigo. Mihi aliquando relatum (an res ita habeat, fides ſit penes autorem) Dn. Rupertum *Alzejam* Præfecturam (*horreum illud Palatinatus*) à Dn. Electore ex paterna hereditate poſtulaſſe, eo prætextu, quòd in paterno teſtamento ipſi aſſignata ſit portio ex Palatinatu trium milliarium quantitatem comprehendens: Reſponſum tuliſſe dein Rupertum: In Ottonis ſylua ipſi aſſignandum fore ſpatium territorij trium milliarium in Circuitu (*in die Rŭnde*) quo tamen reſponſo principem Rupertum non fuiſſe contentum, quum is teſtamentum paternum de agro trium milliarium & in longitudinem & in latitudinem interpretaretur. Hæc mihi aliquando in itinere relata.

An verò

An verò certa fides huic relationi habenda ſit, curioſi exquirere poterunt. Ego enim hîc nihil affirmare auſim. Hinc quum Ruperto principi cum Dn. Fratre Electore non bene conueniret, & aliquando abſente Dn. Electore, in arcem ponte penſili attracto, non intromitteretur; ex fraterna in Imperialem aulam profectus, in ea aliquamdiu egit, donec an. 1660 auſpiciis Cæſaris expeditionem in Pomeraniam ſuſciperet, non tamen multo operæ pretio. [*D. Spenner.* in Syllog. Genealog. p. 81.] Rege Angliæ dein in regnum reſtituto, Rupertus ad eundem conceſſit, vbi adhuc hodie Neptuni terror cluet. Alter frater Dn. Electoris fuit *Mauritius*, qui pleraque fata communia habuit cum Ruperto, demum, tempeſtate ab illo diſiectus, periiſſe creditur. Tertius frater *Edoardus* in Gallia fortunæ ſedem quęſiuit, ductâ Reginæ Poloniæ ſorore *Anna* Gonzagea Principe, & religione Pontificiâ adſumpta. Deceſſit ibidem ſine maſculis. Quartus frater Dn. Electoris *Philippus*, Legioni equitum Lotharingicorum præfuit: & in prælio ad *Retel*, quo *Turenius* Principum captiuorum cauſam tuebatur, an. 1650. cecidit. Quomodo Dn. Elector in conuentu Deputationis Francofurti ann. 1651. appanagium Dominorum Fratrum, in Inſtr. Pac. hic ipſis aſſignatum, flagitarit Vid. in *Contin Theat. Europæ.* ad annum 1651. pag. 10.

VI. Quo pacto verò Dn. Electoris Matri & Sororibus in Tract. Pacis de victalitio & dote fuerit proſpectum, continetur in *Inſtr.* Pac. h. verſ. *Quum autem de eiuſdem* &c. *Mater* Dn. *Electoris* eſt *Eliſabetha* Iacobi Regis Angliæ filia, hæc quum à Rege Hiſpaniæ & Electore Palatino Friderico ſimul eſſet in vxorem expetita, & nonnulli ipſi ſuaderent, vt Regi nuberet, & ita in Regia magnificentia ac dignitate vitam propagaret, reſpondit: i'aime mieux eſtre Princeſſe libre en Allemagne, que Reyne eſclaue en Eſpagne. Nonnulli credunt illam Friderico Electori ad ſuſcipiendam Bohemicam Coronam hiſce verbis: (*Regiam filiam habes, & Coronam renues?*) calcar addidiſſe. Verùm id ego in medio relinquens, pro certo aſſirmare auſim. Mortua eſt illa ante paucos annos. E ſororibus Dn. Electoris *Eliſabetha* Doctiſſima, & Cartheſianæ philoſophiæ fautrix, Heruordiæ Abbatiſſa exiſtit, Seculi noſtri miraculum, quam nihil eorum latet, quæ cadunt ſub obiectum ſcientiæ humanæ. Altera Soror *Ludouica Holládina* an. 1658. è Batauia in Galliam, mutandæ religionis ſtudio, ſe recepit, dein ſolenni ritu monaſteriū ingreſſa, & nūc à Rege prædiuiti Abbatia donata eſt. *Henrica Maria* 1651. nupta iuniori Ragozio, eodē anno vitam finiit. Quomodo Henriettæ dotem D. Elect. in conventu Deputationis Francof. 1651. ibi ſolui poſtularit Vid. *Cōtin. Th. Eur.* ad an. 1651. p. 10. *Sophia* natu minima,

Eliſabetha mater Electoris Palatini.

Eius adhortatio ad coronæ Bohemicæ ſuſceptionem.

Eliſabetha ſoror Electoris Palatini.

an. 1658. *Erneſto Auguſto* Duci Brunſuicenſi & Luneburgenſi nupſit, quæ ſine dubio 10000. Thlr. quorum hic in Inſtr. pac. fit mentio dudum accipit.

Sophia Ducissa Brunſuic. & Luneb.

VII. Porrò in Inſtr. pac. h. verſ. *Deinde tota* &c. ſpecialis amneſtia pro Electorali Domo, eiusque Miniſtris ſancita. Iam ſupra (*Diſcurſ.* 1.) manifeſtum dedimus mitiſſimum principem Electorem Fridericum V. à miniſtris ſuis ad Bohemicæ Coronę ſuſceptionem fuiſſe inductum. De hac re ita *Dn. Forſtnerus* (ad lib. 4. Ann. Tacit. p. 438.) *Magni conatus & præcipitia incæpta non ſæpius ab ipſis Principibus, quàm ipſorum amicis, opes & potentiam inde aucupantibus, procedunt. Fridericus Palatinus Comes, mitiſſimi ingenij Princeps ſemper habitus, ſuorum pravâ ſuggeſtione ad Conſilia ſibi & Germaniæ vniverſæ exitioſa impulſus eſſe dicitur. Quippe maiores ſibi apud Regem honores ſpondebant. Iam opes, potentiam, præfecturas, regia denique fortunam omnes ſpe devoraverant.* Hæc Forſtnerus. Memorant Fridericum palatinum, quo die Heidelberga cælo triſtiſſimo ac nimboſo, tonitribus inſuper frementе, diſceſſit, Pragam verſus viſum illachrymari: Matremque *Ludouicam Iulianam*, Wilhelmi Auriaci principis filiam, Fridericum filium è feneſtra reſpicientem, ominoſam ediditſe vocem: *Ach nun geht die Pfalz in Bœhmen.* Sed quid tangimus triſtiſſima illa Imperij vulnera, quæ nondum planè ſanata. Ambitioſi Friderici conſiliarij (qui feruido Zelo intereſſe Principis ſui contra rationem Reip. promouere anniſi ſunt) recta via ſecum reputare debuiſſent, Bohemiam tum temporis maximè fuiſſe turbidam, proramque & puppim illius Reip. pænè fluctibus abſorptam: *Coronas oblatas non adeò cito ambabus manibus eſſe recipiendas: Facilius eſſe regna dare, quàm accipere; Facile eſſe prouincias capere difficilius verò retinere.* Vtinam Dn. *Lingelsheimij* vota in ſanctiori conſilio præponderaſſent, & *Spinea* quaſi *Corona Bohemica* nunquam fuiſſet recepta. Sed æquo animo ferendum, quod infectum reddi nequit. Miniſtri illi palatini etiamſi non bene principi ſuo conſuluerint: atque adeò cauſa moralis belli Germanici extiterint: tamen in Inſtr. pac. hic ſunt nihilominus in amneſtiam recepti, & ita iam obliuiſci ac æterno ſilentio ſepelire debemus, quicquid I.A.C.S.L.C. & alij deliquio rationis ſuæ in publica Germaniæ commoda peccarunt.

Miniſtri Friderici V. Electoris Palatini.

Omina, iter Palatini Bohemicum præcedentia.

Conſilia Germaniæ utilia neglecta.

VIII. Hactenus vidimus de iis, quæ de Domo palatina Electorali in Inſtrumento pacis conſtituta ſunt: porrò nunc eo diſponitur, quomodo reliqui palatini principes, qui non ſunt Electores, reſtitui debeant. Ita 1. reſtituitur *Ludouicus Philippus* [*Inſtr. pac. h. Princeps Ludouicus,*] frater Friderici V. Electoris, qui adhuc minor, fortunæ fratris implicitus, & ab Hiſpanis omni ditione exutus eſt. Eius inſuper ratio in Electoratu ad alium transferendo à Ferdinando II. Imp.

Reſtitutio Palatinorũ Principum qui non ſunt ex Electorali linea.

Imp. neglecta, quod in bello fratri adhærens legioni præfuiſſet. Inde poſt exitium decennale Regi Sueciæ victori cum fratre ſe adiunxit, atque in eius Comitatu aliquamdiu vixit. Fratre autem extincto ann. 1632. à *Cancellario Suecico Oxenſtirna Adminiſtrationem Electoratus nomine Dn. Caroli Ludouici demandatam ſuſcepit*, cuius vſus non diuturnus, ob ancipitem belli fortunam. Vnde Metis & Sedani denuo exul commoratur. Demum an. 1648. pace Monaſterienſi (*V. Inſtr. pac. b.*) reſtituitur in ſua. Cumque *Controuerſia orta eſſet cum Electore Carolo Ludouico de Principatu Lautern*. (quia à fluuio *Lautern* nomen habet) ea in comitiis Ratisbon. 1653. 1654. compoſita, vt ex Receſſu illorum comitiorum patet. *Ratisbonæ* tum *ipſi inueſtitura Ducatus Simmerenſis collata*. Votum autem Comitum Palatinorum in *Lautern* habet Elector Palatinus, ipſumque Principatum Lauterenſem, quam primum per exſpirationem dotalitij moderni exſpirabit, Elector rurſus poſſidebit. (*Sprenger*. de Iuriſpr. publ. p. 361.) Ludouicus Philippus an. 1655. Berolini mortuus, ipſiuſque vidua *Maria Eleonora*, Ioachimi Friderici Electoris Brandeb. filia, hodie principatum *Lautern dotalitij nomine poſſidet*. Ludouicus Philippus in Principatu *Simmern* heredem reliquit filium *Ludouicum Henricum Mauritium Franciſcum* qui an. 1666. *Mariam* ex Domo Arauſionenſi Naſſouica ſibi matrimonio iunxit. *Principatus Simmerenſis dicitur à fluuio Simmer*. A quo ciuitas *Simmern, auff dem Hundsrück*, nomen habet & principum ſedes eſt. Hic principatus primum iure pignoris, à quodam Ruchgrauio pro 6000. fl. in poſſeſſionem Domus Palatinæ venit; poſtea vero iure emptionis plenè ad Palatinos *devolutus eſt* (V. *Munſter*. l. 5. Coſmogr. c. 146. *Topogr. Palatin.* p. 45.) Simmerenſis linea Palatina, è qua hodierni Electores procedunt originem ducit à *Stephano*, filio Ruperti Imperatoris, qui duos habuit filios *Fridericum* Simmerenſem, (ab habitatione dictus *der Hundsrücker*.) & *Ludouicum* qui Bipontinam lineam fundauit. Ludouicus Philippus frater Friderici V. Electoris, cæpit propagare lineam ab Electorali diſtinctam.

Principatus Lautern Controuerſia de Principatu Lautern. Principatus Simmerenſis.

Emptionis exemplum.

Linea Simmerenſis.

IX. Præter Ludouicum Philippum in Inſtrum. pac. hic porrò reſtituitur *Fridericus* Comes Palatinus in *Zweybruck*, qui hic recipit *vectigal Wilzbacenſe*, & cœnobium *Hornbach*, vbi *Wolfgangus* Bipontinus Gymnaſium ſuperiori ſeculo erexit. Bipontina linea (vti paulò ante dixi) deducitur à *Ludouico*, cognomento nigro, qui *Stephani* filius ſecundogenitus & *Ruperti* Imperatoris nepos fuit. *Wolfgangus* Bipontinus dein reliquit tres filios. 1. *Ludouicum Philippum* à quo Neoburgica linea. 2. *Ioannem*, qui in Bipontino Principatu ſucceſſit, & illam lineam propagauit. *Carolum*, cui an. 1586. Bircofeldia ditio attributa, ac inde linea Bircofeldina originem ſumpſit. *Ioannes II.*

Reſtitutio Bipontini.

Linea Bipontina. Neoburgica & Bircofeldia.

Bipontinus, qui Ioanni I. ſucceſſit, vnioni nomen dedit inter prima capita, & ita cum reliquis eandem fortunam eſt expertus. Contra ipſum an. 1628 pro Treuirenſi Electore mandatum publicatum, quo Abbatiæ *Hornbach* reſtitutio ipſi iniuncta, quam per Inſtrumentum Pacis eius filius *Fridericus*, (ex Luiſa Iuliana Palatina Friderici IV. Electoris Palatini filia an. 1616. d. 5. Maij natus) recepit. Vid. text. hic.

Hornbach

Reſtitutio Lützelſteinij ſiue Lautereccenſis.

X. Reſtituitur porrò in Inſtrum. Pac. h. verſ. *Princeps Leopoldus*, &c. *Leopoldus Ludouicus* in *Lautereck*. *Lautereck* eſt arx & ſedes Comitum Palatinorum Lützelſteinenſium, ſita eſt ad fluuium *Lauter* inter *Odenbach* & *VVolffſtein*. Hic notandum lineam Bipontinam ſubdiſtingui in lineam Bipontinam & Lautereccanam. Nam *Alexander* filius Ludouici Nigri Bipontini, habuit duos filios *Ludouicum II.* à quo Bipontina linea & *Rupertum in Lützelſtein* à quo Lautereccana. Ruperti filius *Georgius Ioannes* cognomento *Ingenioſus* in Reformata educatus religione, poſtea ad Lutheranam reuerſus eſt, & ab illa, tanquam ſolatij experte, filios ſibi cauere iuſſit. Huius filius *Georgius Guſtauus Lautarecca* habitauit, qui ex *Maria Eliſabetha* Bipontina an. 1626. die 1. Febr. ſuſcepit *Leopoldum Ludouicum*, qui in Comitatum *Veldenz* reſtituitur, & proximis annis certa de eo pacta cum Electore Treuirenſi iniuit. An. 1648. d. 4. Iul. in vxorem duxit *Agatham Chriſtinam*, Philippi VVolfgangi, Comitis Hanouij filiam ex qua an. 1651. genuit *Guſtauum Philippum* adhuc ſuperſtitem. Hic *Leopoldus Ludouicus* patruo *Georgio Ioanni* (qui Lützelſteinium obtinuit, & an. 1654. liberis nullis relictis obiit) in Lützelſteinenſi ditione ſucceſſit, & ita *vtrumque Lautereccanum & Lützelſteinenſem Principatus iterum iunctos poſſidet.*

Linea Lautereccana.

DISCVR-

DISCVRSVS XXVIII.

DE

CONTROVERSIA Kitzingenſi.

Ad art.4 Inſtr.Pac. verſ. *Controuerſiæ quæ vertitur, &c.* verb. *KitZingen.*

HISTORIA: *Kitzingen* eſt Vrbs ſita ad Mœnum in Epiſcopatu Herbipolitano, in qua eſt *cœnobium* Ordinis Benedictini, quod alij ab *Adelheida* pipini Regis Francorum filia an. 745. alij à *S. Bonifacio*, Germaniæ Apoſtolo, conditum tradunt. Pertinet inſuper ad hanc Vrbem integra *Præfectura* cuius hic in Inſtr. Pacis fit mentio. Kitzinga præterito bello Germanico an. 1628. poſtquam ad 300. fere annos in Marchionum Brandeburgenſium poteſtate iure pignoris fuiſſet, Epiſcopo VVürtzburgenſi iure reluitionis *Durch Ablœſungs Recht*, rurſus ceſſit. Etiamſi verò Epiſcopus ita Kitzingam receperit, nihilominus tamen Marchiones Brandeburgenſes, etiam poſt reluitionem in illam prætendunt. *Cõtrouerſia Kitzingenſis* *Ius reluendi pignoris an præſcribi poteſt.*

II. *Fundamenta Marchionum* videri poterunt in *Manuductione* quadam, quæ anno 1650. Onolzbachi prodiit. Ex illa adducam ſequentia: 1. *Das drey Herrn theile zu* Kizingen, *auch in ſolchen ganz Kizingen begriffen ſey.* 2. *Das von ſolchen drey Herrn theilen, das Stifft VVürzburg mehr nicht als zvveen nemlich den Gotfrid Hohenloiſchen* in an. 1339. *vnd. den Graffs (hernach Iohan)* Hohenloiſchen *theil* in an. 1406. iure vtilis dominij acquiriret, *vnd dahero auch dem Fürſtlichen Hauſz Brandenburg ein Mehrers nicht verpfanden kœnnen* 3. *Das zvvar auch der dritte Braunneckiſche theil an Kizingen.* in ann. 1336. *an das Stifft* *Fundamenta Marchionũ Brandeburgenſium.*

VVürzburg ſub pacto reluendi *nachgehends aber vvieder an ſeinen alten Herrn, Herrn Gottfried von Brauneck, durch ablœſung kommen, von demſelben* in ann. 1532. *vvürcklich* poſſedirct *vnd beherſchet; Fürters auff Herrn Conrad vnd Gottfried von Hohenloe, genāt von Brauneck gelangt: Auff dieſer* in an. 1390. *ohne hinterlaſſung ehelicher Leibes Erben begebenen Todesfall, vnd dadurch erfolgeten genzlichen Abgang der* Brauneck*iſchen* lineæ, *dem Heil. Reich ledig, vnd* ea occaſione *noch in ſelbigen Jahr durch* Kayſer VVenceſlaum Herrn *Burggraff Iohanſen zu* Nürnberg, *vnd ſeinen gerechten Lehenſerben Manns-Geſchlechts verlihen, auch ſeiner Gnaden vnd dero Herrn Brudern Burggraff* Friederichen *bald darauff in* contradictorio *zugeſprochen vvorden.* 4. *Das von obbedeuten beyden VVürzburgiſchen theilen zvvar entlich der Gottfried Hohenloiſche* in an. 1399. *ob hochernanten* Herrn *Iohanſen, vnd* Herrn Friderichen *gebrüdern Burggraffen zu Nürnberg vmb* 12000 *fl zum andern neben demſelben, als vvelcher* in an. 1416. *vvieder an das Stifft gelœſet, der immittelſt* an. 1406. *gleichfals an das Stifft gebrachte ander Crafft Hohenloiſche theil, in* an. 1454. *hochgedachten Herrn Burgraff Friderichen nunmehr Marckgrauen vnd Churfürſten zu* Brandenburg *gleichergeſtalt vmb* 12000. *fl. vn dan endlichen vnd zum Dritten, eben ſolche beyde theile in* an. 1443. *hœgſtbeſagten Herrn Marckgraff Friederichs ſohn,* Herrn *Marcgraff Albrechten, hernacher auch Churfürſten zu Brandenburg andervveit vor* 59100. *fl. Niemahln aber ſo lang die Welt ſtehet, auch der Braunecki*ſche *theil, vnd alſo ganz* Kitzingen *dem Fürstl: Haus Brandenburg von dem Stifft Würzburg* iure antichreſeos *übergeben;* 5. *Sondern der obgedachten* in an. 1390 *den Herrn Burggrauen zu* Nürnberg acquirirte *Braunecki*ſche *theil von ſolcher Zeit an, bis auf das Iahr* 1399. *vor* contrahirten: *ferner von* an 1399. *bis auf das Iahr* 1419. *bey vvehrender erſter Verpfendung des einen VVürzburgiſchen theils: vnd von* an. 1416. *nach abledigung derſelben, vveiter* continuè *bis auf das* 1436. iure proprio extra omnem cauſam oppignorationis Herbipolenſis. *Dan vviederum von* an. 1436. *bis auff das Iahr* 1443. *bey vvehrender zvveyter, vnd lezlich von* an 1443. *bis auf das Iahr* 1623. *bey vvehrender (auch nicht allerdings abgœlœſeter) dritter Pfandsinhabung der zvveen VVürzburgiſchē theile an* Kizingen, *bey hochgedachter der Herr Burg. vnd Marckgrauē* familia *ohne* interruptiō *ebenmeſzig* iure vtilis Dominij *auſſer einziger VVürzburgiſcher Pfandſchafft:* in poſſeſſione *erhalten: vnd dannenhero vvie er den Herrn Burggrauen* ann. 1416. *bey vorbedeuteter abledigung der erſten VV*ürz*burgiſchen Pfendſchafft des einen VV*ürz*burgiſchen theils, obgedachter maſſen in handen gelaſſen vvorden, vnd ieglicher Herr bey ſeinem theil verblieben: Alſo auch in* an 1629. *bey angemaſſeter* reluition *der in* ann. 1443. *Zuſammen geſchlagenen zvveyten vnd dritten Verpfendung*

Antichreſis.

der

der Zvveē VVürzburgiſchen theile an Kizingen Onolzbach bey rechtmeſſigen Inhaben der vveit vber menſchen gedenken nicht pignoris, ſed proprio vtilis dominij iure continuirter poſſeſſ. *des vielgemelten Brauneckiſchen theils, nach erfoderung der Rechte, auch Kayſerl. gemeſſenē* execution *Beſelchs gehandhabet vverden ſollen, &c.* Quid ad hæc reſponderit pars aduerſa, & quid porrò in hac cauſa geſtum, ego cum *Zeillero* (de 10. Circul. Tit. 6. verb. *Kizingen*) ignoro. Hic in Inſtr. Pac. diſponitur quòd controuerſia illa aut amicabili compoſitione, aut ſummario proceſſu terminari debeat intra biennium ſub pœna perdendæ prætenſionis. Quod intra illud ſpatium non ſit hæc controuerſia finita, ex allegata manuductione patet, an verò pœna illa locum inuenerit, cupio à rerum peritis doceri.

DISCVRSVS XXIX.

DE

DOMO WVRTEMBERGICA, *eiuſque reſtitutione & immedietate.*

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Domus VVürtembergica.*

1 SERENISSIMÆ huius familiæ originem communius hodie ad Francos referunt: & quidem arbitrantur *Emericum* quendam, Clodouei R. Franc. cognatum, Coneſtabilem Clodouæi fuiſſe in pugna aduerſus Sueuorũ Regem *Bandocarium* prope *VVeiblingen* commiſſa A. C. 499. ac à Rege Francorum præfectum in his oris relictum condidiſſe arcẽ *Beutelspacenſem*. Quidam huius familiæ originem ad *VVirtungum* Regem Francorũ, vnde & *VVirtenberg* dicta, *VVirthungi mons*; alij ad Adelbertum referunt, qui

Origo famili. VVürtembergicæ.

Præcipuus fuit inter Proceres in aula Pipini, Regis Francorum, à cuius filio *Eberalio* aulæ Caroli M. Magiſtro, Barones Beütelsbachij deſcendere aiunt, ex quibus *Conradus*, *Alberti* Baronis Beutelsbachij filius, ab Henrico IV. Imp. an. 1100. Comitatum VVürtembergēſem primus in beneficium accepit. (Vid. *Dn. Limnæ*. l. 5. de Iur. Pub. c. 16.) Plerique ab hoc Conrado VVürtembergenſes numerare incipiunt, qui *VVurtembergæ* arcis, Eslingæ Ciuitati Imperiali propinquę, Comes

Intereſſe priuatum VVürtembergicorum quomodo creuerit.

habitus fuit. Ab huius poſteris partim iure belli partim matrimoniorum vinculo, vt & beneficio Imperatorum & Imperij proximis Comitatibus ita Ditio VVürtembergica aucta, vt VVürtēberg. Duces hodie inter Potentiſſimos Germaniæ Proceres numerentur. Mompelgardenſem & Teccenſem Tractum matrimonia huic adiecerunt familiæ. *Eberhardus* Iunior enim VVürtembergenſis Comes in vxorem duxit

Mompelgard venit ad VVürtembergicos.

Henriettam, filiam *Henrici* vltimi Comitis de Montfaucon de Montbelgard Domini d'Orbes, (qui an. 1397. ad Nicopolin aduerſus Turcas periit) & inde Mompelgardiam ſiue Montiſpelicardum obtinuit (*Cruſius* lib. 6. annal. Sueuic. part. 5. cap 11.) *Fridericus* itidem vltimus Teccēſium Dynaſta vnicam filiam Beatricem vel Iuditham heredem reliquit, quæ ann. 1417. nupta *Eberhardo Miti* ſiue *Pacifico*, Patri Eberhardi

Dynaſtia Teccenſis VVürtembergicis accedit.
Vracum.
Hohenſtaufen.

Iunioris maximam Ducatus Teccenſis partem huic Domui adiecit. Reliqua in *Algoia* bona ſororum *Friderici* filiis *Rechbergiis* & *VVertheimiis* addicta. *Vracum* arcem ab Henrico Comite Fürſtenbergico Vlrico Eberhardi I. filio venditam perhibent. *Hohenſtaufenſe Dominium* & alia in Sueuia Rudolphus I. Imperat. demum in feudum contulit.

Caluenſis Comitatus.
Comitatus Schlüſſelburg.
3 emptionis exempla.

Caluenſis etiam *Comitatus* familiæ deberi videtur, quem acquiſierit circa an. 1108. De titulo variant quam quidam hereditate oblatum arbitrentur, alij à *Palatinis Tubingenſibus*, vel aliis emptum, alij gratia Imperatoris Alberti obtigiſſe perhibeant. Filius Eberhardi *Vlricus à Conrado Comite Slüſſelburgio*, marito patruelis ſuæ Agnetis (cui an. 1322. Fridericus Imp. *Graningenſem Comitatum*, in feudum dederat) an. 1336. Comitatum hunc 6000. libr. obol. emit. Confirmauit illud Ludouicus Imp. & feudum vna cum vexillo Imp. ei contulit. Idem Vlricus Comes

Tübingen.

an. 1342. *Tubingam* à *Goezone, Gothofrido & VVihelmo Comitibus* Palatinis Tubingenſibus coemit. Ludouicus Comes à Comitibus Helfenſteiniis 40000. aureis *Balingā*, *Dutlingam*, *Blaubeuram* an 1447. emit.

Acquiſitio Bellica.

Vlricus Dux in bello Bauarico an. 1504. *VVeinſpergam*, *Meckmuhlam*, *Neoſtadium*, *Maulbronnam*, *Beſſigsheimium*, acquiſivit. Idem ob præſtitam hoc bello Bauaris operam ab Alberto Bauaro Dynaſtiam *Heidenheim* cum arce *Hellenſtein* (quam *Vlricus Adamatus* auus à Ludouico D. Bauariæ emerat, & rurſus armis Ludouici amiſerat) recepit. Alia acceſſio ditionibus facta, quum 1506. Ferdinandus Nouaca Arenſis Vlrico

ſuum quod habebat ex fidei commiſſo in Dominiis *Blamontij*, *Hericuriæ*, *Clemontij*, *Chaſtelotij* & *Inſularum*, certa pecuniæ ſumma accepta venderet. (Vid. Dn. *Spener*. in Syllog. Genealog. pag. 182.) Vnde in Documentis Rediuiuis Monaſterior. VVürtemb. in præfat. ita refertur, *Es haben die Herrn Graven zu VVürtemberg. vor etzlich hundert Iahren keine ſonderbare Landſchafft gehabt, inmaſſen dan vveder bey dem* Nauclero *noch* Cruſio , *noch andern* ſcribenten , *ſovvol auch in den* Manuſcriptis Conſignationibus , *ſich befinden vvil , das zu der Burg VVürtemberg,* originarie *einige Stadt oder Ampt gehœrig gevveſt; ſondern man kœnte auff den Nothfall von ſtück zu Stück beybringen, das alle Stadt und Aempter mehrertheils von zerſcheidenen Fürſten, Graven, Herrn und von Adel nach und nach erkaufft, theils auch durch Heyrath ervvorben, ſo dan etzlich vvenig ſtück durch Krieges Macht bezvvungen, und in Hochermelter Herrn Graven gevvalt gebracht vvorden.*

II. Ex Comitibus VVürtembergicis *Eberhardus* cognomento *Barbatus*, probus & Sapiens anno 1495. à Maximiliano I. *Dux creatus*, cum inſigni huic familiæ peculiari, *das ſie bey ihrer Belehnung ein gelb Banner mit einem ſchvvarzen Adeler führen, vvelches des H. Rœmiſchen Reichs Sturmfahnen.* Actum inueſtitura Eberhardi Ducis Vide apud *Hortleder*. (lib. 3. de Cauſ. Bell. Germ. cap. 1. pag. 614. Dn. *Limnæ*. l. 5. de I. P. capit. 16. pag. 392.) Vnde etiam Duces VVürtembergici *Imperij Vexilliferi* vt & Imperij *Venatores* dicuntur, quod & inſigna eorum loquuntur. (*Speidel*. voc. *VVürtemberg*.) Eberhardus Dux in Comitiis VVormatienſibus inueſtitus quum ad cænam à Saxonibus vocatus eſſet, reliqui autem varia de Principatibus ſuis iactarent, de hoc vno gloriatus eſt, *quod in medio æſtu ſolus in cuiuſuis è ſubditis gremio audeat dormire*. Vnde & Subditi de eo dixerunt: *vven Gott nicht Gott vvehre, ſo müſte unſer Hertzog Gott ſein*. In hoc laudatiſſimæ memoriæ Principe ac Patriæ Patre, apparet vero verius eſſe Politicorum axioma: *Nullum imperium eſſe tutum niſi beneuolentia ſubditorum munitum*. (*Corn. Nep*. in Dione.) Et errat ſi quis exiſtimat tutum eſſe ibi Regem, vbi nihil à Rege tutum eſt: Securitas ſecuritate mutua paciſcenda. Non opus eſt inſtruere in altum editas arces; nec in aſcenſum arduos colles emunire, nec latera montium abſcindere, multiplicibus ſe muris turribuſque ſæpire; ſaluum Regem in aperto clementia præſtabit. Vnum eſt inexpugnabile munimentum, amor ciuium. (*Senec*. l. 1. de Clemen. c. 19.)

Ex Comitatu VVürtembergico fit Ducatus.

Eberhardi Barbati laus.

Beneuolentia ſubditorum firmat regna & Principatus.

Non ſic excubiæ non circumſtantia pila.
Quam tutatur amor; non extorquebis amari.
Hoc alterna fides, hoc ſimplex gratia donat.

Nonne vides operum quo ſe pulcherrimus ille
Mundus amore liget, nec vt connexa per æuum,
Conſpirent elementa ſibi---&c.
Qui terret, plus ipſe timet. Sors iſta tyrannis
Conuenit-----(*Claudian.* de IV. Conſ. Honor.)

Metus & terror infirma vincula charitatis ſunt, quæ vbi remoueris, qui timere deſierint, odiſſe incipient. (*Tacit.* in Agric. capit. 32.) Eruditus Politicus *Arniſæus* eleganter: Proprium accidens Regis, &, quantum non ex natura rei, inſeparabile, amari à ſuis ſubditis. Eberhardi VVürtembergici noſtri ſepulchro adſtans *Maximilianus Imp.* dixit: *Latere in hoc tumulo talem Principem, cui ſapientia & multis virtutibus parem ab Imperio nullum nouerit.* (*Spenner.* in Syllog. Geneal. pag. 180.) Quomodo Vlricus Dux Ducatu VVürtembergico ſit exutus & reſtitutus poſtea dicetur: *Chriſtophorus* Dux Vlrici filius de Ducatu ſuo tam quoad Eccleſiaſtica quàm Politica bene meritus *ius prouinciale* primus euulgauit, & *Ducatum ex pluribus partibus, quæ diuerſas menſuras, pondera, leges, conſuetudines, &c. habebant, in vnam Reipub. formam redegit*: Arces decem exſtruxit & perfecit, alias reſtaurauit. Princeps omni laude ſuperior, &, licet olim miles, pacis tamen amantiſſimus. (Vide pl. Thuan. libr. 11. Hiſtor. pag. 533. libr. 34. pag. 298. libr. 63. pag. 653.) Sereniſſim. Dux hodiernus eſt EBERHARDVS anno 1614. natus, qui in præterito tricennali bello triſtiſſimam ſæpe Ducatus ſui faciem aſpicere coactus eſt.

Chriſtophorus Dux VVürtemb. Aſtynomia.

De reſtitutione Eberhardi Ducis VVürtembergiæ.

III. Anno 1634. poſt *Nerolingenſe infelix prælium* Ducatus VVürtembergicus occupatus à Cæſareis Paceque Pragenſi anno 1635. ab Amneſtia Dux Eberhardus excluſus? Quum igitur Argentinæ in exilio viueret, cum Cæſare agi cæptum, & demum reconciliatio ſecuta; atque ita Sereniſſimus hic Princeps anno 1638. magnæ ditionum parti reſtitutus. Multa tamen durante tempore belli ab vtraque parte Ducatus pati non deſiit: donec *pax Monaſterienſis* anno 1648. ſequeretur: in qua plurima inprimis Monaſteria & Eccleſiaſtica bona, olim vi ab *Oſſa*, Cæſareo Commiſſario erepta inclytæ huic Domui reddita ſunt, & hactenus debitis vſibus dicata, ſcholis cœnobiorum reſtitutis. (*Spenner.* in Syllog. Geneal. pag. 188.) vnde vix in vlla Ditione Germaniæ bona Eccleſiaſtica tam bene impenduntur ac erogantur, quàm in Ducatu VVürtembergico. Ex eo itaque Sereniſſimus Princeps ſummo cum prudentiæ, pietatis, iuſtitiæ, beneficentiæ & magnificentiæ elogio ditionibus,

quæ

quæ pacato regimine refloreſcere cæpere, hactenus præfuit, magnam in Imperio & apud exteros virtute ſuâ autoritatem adeptus.) Peculiari Principum fœderi, quod pro conſeruatione Pacis Monaſterienſis ictum, nomen dedit è præcipuis. Sereniſſimi Ducis Würtembergici præcipui Miniſtri hodie ſunt Dn. Conradus *VViederholt* Sanctior Principis Conſiliarius, equeſtris militiæ Colonellus, ac Prætor in *Kirchaim*; Dn. D. Nicolaus *Myler ab Ehrenbach*, qui Sereniſſimo ſuo Domino ob egregia merita in deliciis. Aulam hic Princeps habet magnificentiſſimam, cuius Præſes iam eſt Generoſus Dn. de *Manteuffel* Nobilis Pomeranus. **D. Mylerus.**

IV. Reſtituuntur Sereniſs. Duci inter alia hic in Inſtr. Pacis Dynaſtiæ *VVeinsberg, Nevvſtat* & *Meckmühle*. Quomodo hæ Dynaſtiæ ad Würtembergicos peruenerint *n.* 1. h. *Diſc.* dictum. Dynaſtias illas Sereniſs. Dn. Eberhardus fratri *Friderico* poſſidendas tradidit, qui ſedem *Neoſtadij* ſumpſit. Reſtituitur porrò Dux in Dynaſtiam *Heidenheim* & *Oberkirch*. Quod *Heidenheimium* attinet, difficulter eius reſtitutio obtineri potuit in Tractat. Pacis Monaſterienſ. (de quo vid. *Theat. Europæ* Tom. 5. p 1325.) *Oberkirchenſem* verò *Dynaſtiam* an. 1664. Epiſcopus Argentinenſis redemit. Inter reſtituenda hic in Inſtr. Pacis quoque habetur *Hohenvviel*, quod quomodo intelligendum ſit, non intelligo, vtpote quum hanc *Virginem VVürtembergicam* præterito bello an. 1639. 1641. & 1642. *Widerholdius* ſtrenuè defenderit, nec vnquam à Cæſareis aut Bauaricis expugnari potuerit, niſi forte Rex Galliæ ob defenſionis impenſas in arcem iſtam inexpugnabilem prætenderit, vt ex Inſtrumento Pacis Cæſareo Gallico animaduertere licet. *Duæ autem munitiſſimæ* arces *Hohenaſperg.* & *Hohenaurach* quarum hic fit mentio an. 1649. d 6 Octobr. ſt. n. euacuatæ & reſtitutæ. Reſtituitur porrò Ducibus Würtembergenſibus *Schorndorfium. Es hat Cruſius zu ſeiner zeit vermeint gehabt, das eher ein Kœnigreichs vermœgen darauff gehen, als das dieſer Ort erobert vverden ſolte.* Cæterùm præterito bello capta Sturgardia, Tubinga & Auraco, vrbs Schorndorf quarta fuit, quæ an. 1634. d. 25. Nouemb. hoſtibus ob pyriorum globorum immiſſionem ceſſit. Ita nullum munimentum eſt tam firmum, quin tandem poſſit expugnari; nihilque natura tam altè conſtituit, quò virtus non poſſit eniti. (*Curt.* l. 7. c. 11) De Nouogardia in Ruſſia olim diuerbium ore vulgi circumlatum: *Wer Kan Wieder Gott, und Groſs Naugart?* Cæterùm infelix huius vrbis fatum vide ap. *Olear.* (l. 2. Itinerar. c. 11.) Petrus Ludouicus Farneſius ab architecturæ militaris perito quærenti: quid Placentinæ arci à ſe nuper extructæ deeſſet? tale acceptit reſponſum: Satis munita eſt, vnum tamen deſiderari poſſit, quod supernè muro non eſt tecta. (*Caſp. Ens.* l. 1. Epidorp. pag. 226.)

Ap panagiũ.

Oberkirch. Reluitio pignoris.

Duellium ſiue Hohenvviel.

Schorndorf.

Nulla vrbs aut caſtellum adeò munitum, quin tandem expugnari queat.

Nouogardia.

Breda. Bredam vrbem ideam & exemplar huius ſeculi munitionum ſolitus eſt dicere Mauritius Naſſouius, quam tamen prudentiſſimus Imperator Spinola 10. menſium latiſſimá per caſtella obſidione fame tandem in poteſtatem redegit. *Bauarorum arcanũ conſilium contra Domum Vvürtembergicam.* Notandum hic *arcanum* Bauarorum in Tractat. Pacis *conſilium*. quum enim in principio Tractatuum Cæſareani Gallis liberaliter Alſatiam offerrent: Fama fuit *Bauarorum* conſilio hoc prouenïſſe, non magnam in eo iacturam eſſe demonſtrantes ſi Alſatiæ ceſſione de ſumma rerum tranſigatur, nihil ex reliquis ditionibus Domus Auſtriacæ deliberari, &, *ſi Vvürtembergiæ Duci ereptarum Ditionum poſſeſſio (Aſchberg, Hohenſtauffen, Blaubeuren,) Auſtriacis ſeruetur, abunde damnis ſatisfactum*: (Dn. *Forſtner.* Epiſt. 1.) *Nemo cum damno alterius debet fieri locupletior.* Forſan hoc ideo, quod in illa loca magna ex parte Auſtriaci prætenſa iura & actiones habent, vt hic in Inſtrum. Pacis innuitur.

Reſtitutio Principum Mompelgardenſ. V. Non tantùm Duci Vvürtembergico lineæ Stutgardianæ in Inſtrumento Pacis reſtitutio contigit, ſed etiam Principibus Vvürtembergicis lineæ Monpelicardenſis. Vid. Inſtr. Pac. h. verſ. *Principes quoque. Ludouicus Fridericus* quum præeſſet Mompelicardenſi ditioni & tutorio nomine Ducatui Vvürtembergico, edicto reſtitutionis reſtituta ſunt bona Eccleſiaſtica, quæ magnam Ducatus partem conſtituebant. *Tutores Principum.* Deceſſit an. 1631. ei ſucceſſit ex *Eliſabetha Magdalena* Haſſiaca *Leopoldus Fridericus*, cuius tutores Familiæ Princeps *Eberhardus* & *Georgius* Landgrauius Haſſiæ, eorumque nomine *Gelderichius* Principatum rexit. Quum verò defenſore Mompelicardum egere videretur, Suecicane an Gallica protectio peteretur, initio dubium fuerat. Demum hæc 1635. prælata, quòd propinquior, Miſſuſque a Rege primum *Arpajonus*, & poſt March. *Borbonius*, C. *Suſæus*, *Granceius*, Abbas *Cornelius*, M. *Caſtelmoronius*, qui caſtro *Monsbeliard* præfuere. Sed reuerſus eò Princeps Leopold. Frider. à Rege obtinuit, vt eius auſpiciis præſidio impoſito præeſſet, aſſignato ex ærario iſtius ſtipendio. Demum *Pace Monaſterienſi* omnes ditiones deducto præſidio Gallico recepit Princeps, & poſt illam in pace rexit, niſi quod an. 1652. ab exercitu *Fertei Bellefortinm* obſidentis non exigua Principatui illata damna, de qua re Vid. epiſtolas *Dn. Forſtneri*, *Forſtnerus.* qui fuit illius Principis Sanctior Conſiliarius atque *Cancellarius*, Politicorum huius ſeculi facilè Princeps, non adeo pridem vniuerſæ Reip. literariæ damno fato defunctus. Cæterum quum Leopold. Frideric. ſingulis ferè annis magno ſumptu itinera in varia loca ſuſcepiſſet, & ex coniuge *Sybilla*, Ioannis Friderici Vvürtembergiæ Ducis filia, liberos non ſuſtuliſſet, an 1662. moriens ſucceſſorem reliquit fratrem *Georgium*, qui nunc feliciter ditiones regit, Princeps

excellentium

excellentium virtutum, & ipſe literatus & literatorum egregius Mæcenas.

Ad art. 4. Inſtrum. Pac. verſ. *Principes quoque* verb. *immedietatem.*

VI. Olim diſceptatum fuit, an VVürtembergenſes Duces ſint Status Imperii mediati an verò immediati. Dn. *Limnæus* illos inter Mediatos recenſet. Cæterùm hoc ab actis & actitatis inter Domos Auſtriacam & Vvürtembergicam, & etiam à textu Inſtrum. Pacis alieniſſimum eſt. *Hiſtoria eius rei ita ſe habet*: Ducatus Vvürtembergicus ex primæ inueſtituræ tenore, feudum Imperii fuit, & deficientibus legitimis ſucceſſoribus publico Imperii dominio vniri debuit. (Vide erectionem illius Ducatus de dato *VVormbs* d. 21. Iul. 1495. apud *Hortleder*. Tom. 1. de Bell. German. l. 3. c. 1. n. 10.) Quum autem ſuperiori ſeculo Vlricus VIII. tertius VVürtembergiæ Dux, à Sueuici fœderis ſociis Ducatu ejiceretur an. 1522. ab his Ducatum Cæſar Carolus V. obtinuit, & Fratri Ferdinando in diuiſione Prouinciarum conceſſit. Huius traditionis Carolo factæ titulus fertur emptio venditio (*Iouius* l. 22. Hiſt.) Emerat enim à Fœderatis, qui bellicos ſumptus ea pecunia ſarcire laborabant. Ipſe Dux Vlricus Ducatu ſuo ejectus (referente Zinck-greffio) dixit: *vvir vvolten Biſchoff vverden, ſo ſind vvir Bader vvorden.* Prouerbium tum erat: *Biſchoff oder Bader* quod conuenit cum illo Borgiæ: *Aut Cæſar aut nihil.* Leonbergæ inſuper Præfectus quidam tum temporis fabro murario mandauit, *Er ſolte die Hœrner am VVürtembergiſchen vvapen abſchlagen, das man das Oeſterreichiſche vvapen an die Stell ſezen* kœnte? *Aber er thate es nicht ſondern er machte eine decke darüber*, quum verò propterea captiuus in carcerem duceretur, excuſauit ſe hoc modo: *Er hette es darumb gethan, vveil er hoffte die Würtembergiſche Hœrner vvürden die Oeſterreicher vvieder hinaus ſtoſſen.* Id quod etiam factū. Nam à Philippo Haſſiæ Lādgrauio Ducatus Auſtriacis rurſus an. 1535 quum Cæſar abeſſet, & Sueuicum fædus, in anos vndecim antea factum exſpiraſſet, ereptus. Notatu dignum eſt. quod, quum Landgrauius, peditatu præmiſſo, hoſtes feliciter repuliſſet, ac dein ſubſecutus, reſciuiſſet Auſtriacos ſeſe in *Lauffen* (oppidulum id eſt ad Nicrum fluuium) recepiſſe, milites ſuos hoc dicto boni ominis confirmauit: *Ihr Soldaten ſehet hierinnen ein gutes Vorzeichen vnſers gevviſſen Sieges, die Feinde ſein ſchon im Lauffen.* Dictum quoq; euentus comprobauit, hoſteſque toto Ducatu expulit. Poſtea Cadamica tranſactione in Bohemia Vlricus Princeps & heredes eius maſculi Ferdinandi Regis tanquam Auſtriæ Archi-Ducis beneficiarii & vaſalli facti. (*Sleidan.* l. 9. Comm. *Hortleder*, Tom.

Controuerſia de immediatate Ducum Vvürtembergenſium.

Hiſtoria huius controuerſiæ.

Auſtriacorum fundamenta. 1 de cauſ. Bell. Germ. l. 3. c. 13. n. 4.) An veri ſubuaſalli Auſtriacorum facti ſint Duces VVürtemb. poſtea patebit. *Auſtriacorum fundamenta in hac cauſa ſunt.* Titulus emptionis venditionis. Hunc Cæſar in reſponſione ad interceſſionem pro Vlrico in Comitiis Auguſtanis interpoſitam aſſerit: *Das die Stande des Kaiſerl. Bundes ſich in handlung eingelaſſen, vnd Ihro ſolch Fürſtenthum vnter einen Kauffstitul zugeſtellet.* (Dn. *Strauch.* Diſſ. Exoter. 10 th. 4.) Iuſtam venditionem reddere *Emptionis titulus.* videbatur iuſtitia expulſionis Vlrici quæ iuſto bello, pro pace publica *Acquiſitio bellica* contra vim Reulingenſibus illatam, facta erat: Iure autem gentium in bello bona immobilia effici eius, cuius auſpiciis bellum geſtum. (*Hug. Grot.* l. 3. de I. B. & P. c. 2.) Vlricum enim iure contra Reutlingenſes experiri debuiſſe. Quod ſi ergo iuſto bello Ducatus iſte acquiſitus, iuſtè etiam à belli ſociis vendi potuit. Accedit eo, quod Vlri- *Banni à ſolo Cæſare profecti exemplum.* cus erat proſcriptus vnde Imp. ait: *Das die Acht auch formlich vnd ordentlich, auff ihro vnd des Reichs Cammer* Procuratoris *Fiſcaliſche Klag ergangen.* Quod autem Landgrauius poſtea recuperarit Ducatum, contra illud Auſtriaci obiecerunt: quod iure agi & repoſci Ducatus debuerit, illamq; expeditionem contra leges Imperii ſuſceptam fuiſſe. *Proceſſus in cauſa ſpolij* Siue enim vt ſpoliatus voluerit ſuum recuperare Vlricus, debuiſſet id facere confeſtim (l. 3. D. de V. A.) Siue ex iuſta cauſa, belloque iuſto dejectus, injuſta fuit recuperatio. (Vid. *Quetta.* Conſ. 6. n. 6. & ſeqq.) *Tranſactio Cadamica.* *Alterum Auſtriacorum fundamentum* eſt in Tranſactione Cadamica. Poſtquam enim Cadami, Bohemiæ oppido, Landgrauius & Vlricus cum Ferdinando I. Rege reconciliatus, ita fuit tranſactum: *Cæſar retineret titulum Ducis VVurtembergici Vlricusque Princeps & ipſius heredes maſculi eſſent Ferdinandi Regis tanquam Archi Ducis Auſtriæ beneficiarii, & agri VVurtembergic poſſeſſionem tanquam ſubfeudum Domui Auſtriacæ referrent acceptam ita tamen* (vt habent verba tranſact.) *das dem H. Reich ſeine Obrigkeit vnd Gerechtigkeit, auch dem von Wurtemberg ſein Stand vnd Stimm im Reich, wie er ſolches zu vor hat gehabt, an* *VVürtembergenſium fundamenta.* *gemelten Herzogthũ in allwege vorbehalten.* *VVürtembergenſium fundamenta ſunt.* 1. Fœderis Sueuici ſocios nec potuiſſe nec debuiſſe Ducatum iſtum vendere. Nam delicta, Vlrico obiecta, non ſuffeciſſe, vt illum Ducatu vi hoſtili priuarent: 2. Vt vt Vlricus proſcriptionem meruerit; tamen illum ſine cognitione & ſententia reliquorum Imperij *Exceptio cõtra Bannũ.* Ordinum pro proſcripto non fuiſſe habendum; neque ſi proſcriptus legitimo modo fuiſſet, eo ipſo videri ius alienandi fœderatis acquiſitum. Vlricus negauit ſe proſcriptum, certè citatum non fuiſſe contendebat. V. *Hortleder.* d. l. 1. c. 9. vbi habetur, *Das Wurtemb. vnd Landgraff. Ausſchreiben ihrer fürhabenden Rüſtung.* 3. Ex prima inſtituti huius Ducatus lege, ſi horum Ducum poſteritas deficiat, *müſte ſolch*

Herzogthumb

Herzogthumb mit aller Obrigkeit, bey Rœm Kay. vnd Kœn. Mai. vnd bey dem H. Kœm Reich evviglich bleibē vnd alſo in mehrung des Reichs Widdumbgut, des Reichs-Cammer incorporirt *vnd verleibt ſein*, vt habent verba apud *Hortleder.* l.3 c.1. n 12. p. 612. Hinc *Franciſcus* I. Rex Gall. in epiſtola Apologetica ad Ordines Imp (ap. Freher. Tom. 3. Rer. Germ. p. 335.) ait: *quod hoc ius omne ita ſit interuerſum à Cæſare vt totus Ducatus contra ius & morem maiorum in gentilitatem Auſtriacam transſcriptus.* — *Feuda aperta Imperio incorporanda, non Domui Auſtriaca.*

4. Venditionem quoq; nullam penitus fieri potuiſſe, neque factam eſſe Chriſtophorus Dux Würtemb. contendebat, ſed per nudum pactum à Confœderatis Cæſari Ducatum permiſſum fuiſſe certis conditionibus, quibus tamen Cæſar non ſatisfeciſſet. Inueſtituræ etiam Ferdinandi Ordines non aliter conſenſiſſe, *dan Manniglichen an ihren Rechten vnd Gerechtigkeiten unvergriffen*, vt loquitur Dux Chriſtophorus apud *Hortleder.* (l. 3. c. 8. p. 658. add. *Hippol à Lapide* p. 1. c. 10. ſ. 2. p. 163. & ſeqq. *Lundorp.* T. 2. act. pub lib. 1. Tr. 2. *Limnæ.* l. 2. c. 9 n. 31. D. *Strauch.* D. 10. th. 5.) Addi his poterit *Ferdinandi inueſtituram fuiſſe ſimulatam, ac Ducatum manſiſſe feudum Imperij*, nihilque aliud apud Archiduces fuiſſe, quàm mandata ab Imperio poteſtas inueſtiendi cum pacto ſucceſſionis in caſum aperti feudi, vt colligi poteſt ex verbis Tranſactionis Cadamicæ: *In der geſtalt das ſich die Kœnigl. Mai. für ſich vnd ihre Mænliche Nachkommen Ertz Hertzogen zu Oeſtereich, gegen Auffrichtung dieſes vertrags verſchrieben hat: So offt von I. Kœn. Mai. oder deroſelben Lehens Erben das Fürſtenthumb Wirtemberg an das Haus Oeſterreich fallen vnd von Kœn. Mai. als Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, oder deroſelben Lehens Erben von dem Reich zu Lehen empfangen vvürde, vnd ſelbſt beſeſſen, vnd durch dieſelbe belehnung dem Reich nichts benommen vverden: Sondern dem Reich von angezeigeten Fürſtenthumb alle Dienſtbarkeit, Gehorſam, Steüer vnd anders, vvie von alter herkommen iſt, zuſtehen vnd erfolgen ſoll.* Si enim Superior poteſtas & omne ius (*Obrigkeit vnd Gerechtigkeit*) penes ſolum Imperium manſit, ſi ſeruitiorum iura, obſequium, contributiones & reliqua non Archi-Ducibus, Sed Imperio præſtari oportet, *nihil præter nudam inueſtituræ ſolemnitatem, cum ſpe ſucceſſionis Domus Auſtriacæ indepta eſt*, vt rectè cenſet Dn. *Strauch.* l. c. th. vlt. quamquam & hanc conditionem pacis Cadamicæ ægrè tulerit *Dux Hulderic*us, adeò vt ob hoc & Landgrauio ſuccenſuerit, &, an pacem acciperet, dubitarit. Verùm ſubfeudum Würtembergicum Ducatum non fuiſſe factū, patet ex eo, quod in vero ſubfeudo remaneant primo vaſallo ſeruitiorum iura, ab eoque peti poſſint (c. 2. extr. *de Exceſſ. Prælat.*) & ſubuaſallus Superioris non ſit vaſallus, nec teneatur ei ſeruire, aut iurare fidelitatem. (*Molina*, ad Conſuetud. Pariſ. §. 1. Gloſſ. 6. n. 3. 4.) Iſta omnia autem in — *Ducatus VVürtembergicus eſt feudum Imperij. Subfeudi improprij exemplum.* — *Subfeudi natura.*

Ducatu Würtembergico ſecus ſe habent etiam per tranſactionem Cadamicam vt ex ante dictis patet. *Non itaque immedietatem amiſit Dux Vvürtembergicus* per impropriam iſtam ſubinfeudationem (Vid. *Beroum* Vol.1.conſ.76.qu.1.) Hoc etiam inde probatur, quòd nec primam inſtantiam ab eo tempore in Camera habere deſierit Dux Vvürtembergicus, ex quo regulariter ſtatus immediatus probatur: (*Ord. Cam.* p.2.cap.1.*Ziegler* ad Aur.Prax.Caluoli §.Auſtregæ.n.4.)

Euentus huius controuerſia. VII. *Euentus* huius controuerſiæ: Quicquid de hac ſimulata inueſtitura, Auſtriacis acquiſita ſit, tamen an.1599. d.24. Ian. Imperator *Rudolphus II.* conſentientibus Auſtriacis cæteris, bona pecuniæ ſumma accepta, inueſtituram iſtam Friderico Duci remiſit, & Vvürtembergicum Ducatum ad primam & immediatam formam reduxit, quæ etiam ab illo tempore hucuſque obſeruata, reſeruata tamen Auſtriacis ſucceſſione in caſum deficientis maſculæ ſobolis, in quem tamen religioni Euangelicæ bene cautum. Vt ita Cadamicæ tranſactioni hac in re iterum ſit derogatum. *Verba Tranſactionis Pragenſis* ſunt: *Haben vvir anfangs zugeſaget und verſprochen, vns und alle die Ertz-Herzogen zu Oeſtereich; und dero gantzen poſteritet, uns hiemit aller Sprüch und Forderungen der Affterlehenſchafft* (quæ erat impropria, vt oſtenſum) *Zubegeben, vns auch einiger belehnungs-Gerechtigkeit, bey dem Herzogtumb Vvürtemberg hinfüro in einigen Vveg nicht anzumaſſen, ſondern, ſeine Liebd.der ietzt regierende Herzog Friederich deſſen Manliche Leibes-Erben im Leben ſein vverden, ſoll ſolch Hertzogthumb allein von vns als regierenden Kayſer und Kœnigen zu einem Rechten Fürſtl. Reichs Lehen &c.ohn alle verhinderung zu empfahen befugt ſein* (Vid. *Rumelin.* ad A.B.p.3.Diſs 5.th.5.Dn.*Strauch*.D.10.th.vlt.in fin.) Et hæc immedietas tranſactione Cadamica aliquantum imminuta, Pragenſi verò Rudolphina ſanctione iterum plenè reſtituta, hic in Inſtrumento Pacis pleniſſimè ac ſolidiſſimè confirmata eſt.

DISCVRSVS

DISCVRSVS XXX.

DE

RESTITVTIONE Marchionum Badenſium.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *De cauſa Badenſi.*

I. QVOD originem horum Marchionum attinet, plerique à Comitibus ſiue Marchionibus Veronenſibus eam deducunt. Nam *Hermannum* Veronenſem Comitem cum Friderico I. Imp. ex Italia in Germaniam veniſſe, ductaque Iuditha, (Imutham Dn. D. *Vvagner.* vocat) vltimi Comitis Badenſis filia, titulum Marchionis Badenſis & Principis Imperij accepiſſe, & prætere a Comitatum Hochbergicum, Ducibus Zeringiæ ab Imperatore ademptum meruiſſe aiunt. Atque ita ſtatuunt *Münſterus, Pantaleon, Henninges, Reuſnerus, Albizius*, ac fermè Genealogiſtæ & Hiſtorici omnes quibus hactenus ipſi Marchiones fiſi, Maiores ſuos à Veronenſibus deſcendiſſe arbitrati ſunt. Hanc tamen originem *Beſoldus* (in Theſ. Pract. voc. *Baden.*) refutat ex *Guillimanno*, putans *familiã Badenſem & Hochbergenſem ab antiquiſſimis Vindoniſſæ, Altenburgi & Habsburgi Comitibus oriri; ut proinde familia Habsburgica ſeu hodierna Auſtriaca, Zeringenſis, Teccenſis, Badenſis & Hochburgica, quoad ortum vna ſit & eadem. Guillimannus veriſimile eſſe ſcribit Berchtoldum I. Ducem Zeringenſem in filios aut ipſos inter ſe hereditatẽ diuiſiſſe; Berchtoldo II.* Ducis titulũ & maiorẽ partẽ: Hermanno (tanquã minori Berchtoldi I. Zeringiæ Ducis, & Briſiacæ Domini) titulũ Marchionis cũ nõ pænitenda ditione attribuiſſe. (Conf. *Spenn.* in Syll. Gen. p. 195. 196.) Ab hoc Hermanno ramus Hochbergio Badẽſis diffunditur. Hic *Hermannus* frater Berchtoldi II. D. Zeringiæ teſtimonio coæui

Origo Marchionum Badenſium.

Hochberg.

Bertholdi Conſtantienſis agnitus, *Hochbergiam* & alia in Briſgoja ex auita hereditate, Marchionis nomine obtinuit, tandem conſcia vxore *Iuditha Caluenſi* in Monaſterium Cluniacenſe ſe abdidit, vbi 1074. vita functus, relicto filio *Hermanno I.* quem alij Secundum eius nominis faciunt. Hic Marchio de *Limburg* à caſtro Briſgojæ, dictus eſt, antequam accepta à coniuge *Iuditha Badenſi* ditione, Badenſis Marchionis ſumeret titulum, in familia noua primus. His parentibus natus *Hermannus II.* Marchio Badenæ, qui *Conrado* III. Imper. in expeditione Weinſpergia & Aſiatica militauit, & ex *Bertha* Lotharingica reliquit *Hermannum III.* qui Friderico I. Imper. inprimis gratus dono ipſius *Veronam* poſt victoriam aduerſus Mediolanenſes accepiſſe creditur. Vnde quum titulum poſteri aliquandiu retinuiſſent, Originis Italicæ natum commentum. (D. *Spener.* l. c. p. 199. add. *Beſold.* l. c. verſ. *Quamuis autem, &c.* vbi ait: *titulum Marchionis Veronenſis Gubernationis tantùm fuiſſe denominationem, non originis, quum Barbaroſſa euerſo Mediolano domitaque Longobardia & in plures partes diuiſa, ſingulis partibus imò pene vrbibus Proceres Germaniæ præfecerit, quo tempore Hermannum Marchionem Badenſem tanquam Vicarium ſiue Gubernatorem Cæſareum, Veronæ iam debellatæ eſſe impoſitum; ideoque ipſum poſtea in Germaniam reuerſum, titulo hoc Veronenſi deinceps vſum eſſe, quem poſt ipſum pauci retinuerint, magis memoriæ cauſâ, quam ad demonſtrandam Originem proſapiæ.* Hæc Beſoldus ex Guillimanno. Hermanni III. filio *Henrico*, (à quo dein Hochbergica linea deriuatur) præter Hochbergam patrimonium auitum, Imper. Fridericus II. *Briſgojam* agnatis Zeringiis extinctis traditur conceſſiſſe. *Suſenberg* matrimonio Badenſibus acceſſit, Henrico enim III. Hochbergico *Anna* vxor Dominium *Suſenberg* & *Kenzingen* attulit. Huius filius *Heſſo Sulzburg* emit. *Henricus IV.* Rudolphi III. filius inſuper auctus dominio *Roetelenſi* quod 1311. dono Leopoldi vltimi Dynaſtæ accepit. Vltimus huius lineæ Hochbergenſis fuit *Philippus*, qui cum agnato Chriſtophoro Badenſi *pactum hæreditariæ ſucceſſionis* renouauit, vnde 1503. moriens illum heredem reliquit. Alter filius Hermanni III. fuit *Hermannus IV.* qui Badenſem ramum fundauit. Huius vxor *Irmengardis* filia Henrici Brunſuicenſis Com. Palatini Rheni ipſi *Durlacum*, *Pforzheimium*, *Eitlingam*, confirmante Imperatore Friderico II. attulit. Ex huius poſteris *Rudolphus III. Stolhouium* emit. Similiter ex hoc ramo prodiit *Iacobus* Marchio, in cuius elogiis dicendis *Æneas Sylvius* totus eſt. *Latrocinium vbi in ſua ditione commiſſum cognouit, vocatis iis, qui damno affecti, tantùm ex fiſco ſuo accipere iuſſit, quanti ſuiſſe quæ amiſerant, iure iurando affirmaſſent.* Prodiit ex hac linea

Hochbergenſis linea. Marchionū Badenſium intereſſe priuatum quomodo creuerit.

Rœteln. Suſenberg. Pactum de hereditate futura.

Hochbergenſis ramus deficit.

Linea Badenſis. Durlacum. Pforzheimiū Stolhoven Donatione, dote, ſucceſſione & emptione creuit domus Badenſis.

tandem

tandem *Chriſtophorus*, Caroli, (qui cum Friderico Palatino ad *Seckenheim* infeliciter conflixit, lytrique nomine multa Palatinis reliquit) filius. Hic *Chriſtophorus* Hochbergenſem, Sulenburgiam & Rœtelanam ditiones ab agnato Philippo nactus eſt, & ita primus paternum dominium hiſce ditionibus auxit, relictaque veteri arce Hochberg Badenam migrauit. Huius Chriſtophori filij fuerunt *Bernhardus*, à quo linea *Badenſis* & *Erneſtus*, à quo Durlacenſis linea in hodiernum vſq; diem continuatur, qui cum Hochbergenſi Marchionatu ac Rœtelana ditione, inferiorem Principatum, in quo *Durlacum*, tenuit. Reliqui liberi Chriſtophori matrimonium non inierunt. Bernhardi Badenſis nepos fuit *Edoardus Fortunatus*, qui religionem Pontificiam, deſerta paterna Chriſtophori, amplexus, variis extra ditiones peregrinationibus ætatem cōſumpſit. Eius Prouinciam *Rudolphus II. Imp.* vt ex prouentibus debita ſoluerentur, *Bauaro & Lotharingo* Ducibus regendas addixit, ille *Marco Fuggero* conceſſit, vnde *Erneſtus Fridericus* Durlacenſis ne quid familiæ periret, Marchionatum Badenſem ob debita occupauit. *Erneſtus* enim, Durlacenæ lineæ caput, an. 1537. cum Badenſibus tranſegiſſe dicitur, vt ſi ob alterius æs alienum non ſolutum alteri moleſtia crearetur, hic illius præfecturas aliquot occupare, & tantiſper retinere poſſet, donec ſatisfieret. Hic *Edoardus* Fortunatus ex coniuge *Maria*, filia *Iodoci ab Eicken*, Domini *de Riuiere* Gubernatoris Bredæ, (cuius Maiores Ducibus Brabantiæ inſeruierant) tres genuit filios *Albertum Carolum* qui an. 1626. Badenæ ſlopeto minore ſe ipſum caſu interemit, *Vvilhelmum* & *Hermannum*, qui lineam Badenſem rurſus in duos ramos diuidunt. *Hermannus* natus an. 1596. Dominium *Rodomach* am Hundsrück accepit. *Vvilhelmus* autem cuius hic fit in Inſtr. Pacis mentio & qui hodie *Iudex Cameræ Imperialis* exiſtit, reſidet in *Baden*. *Eduardinis* hiſce grauis ob matrem ab altera linea quaſi ob hanc ad ſucceſſionem paternam impares eſſent mota controuerſia; in qua quum multa pro eius compoſitione tentata eſſent media, ad inſtantiam tutorum liberorum Edoardi Fortunati, & preces variorum Magnatum ann. 1622. in aulico Cæſareo iudicio pro Edoardinis pronunciatum, vt agnati ſuperiorem Marchionatum cum fructibus perceptis & percipiendis, litiſque expenſis reſtituerent. In *Theatro Europæ*. (Tom. 1. p. 678.) ita de hac re: *In ſachen Baden* contra *Baden iſt* ann. 1622. d. 25. Aug *zu Wien eine* definitiv-*Vrtheil* publicirt, *in vvelcher der Beklagte Marckgraff von Durlach nicht allein die Ober-Marckgraffſchafft Baden den Edvvard Erben mit allen* fructibus perceptis & percipiendis, *auch allen Kleinodien, Brieffl chen vrkunden, und andern vorhandenen gevveſten ſachen, vviederumb abzutretẽ und einzuraumẽ ſondern auch richterlicher* moderation *und ferner Erkentniſz alle Schäden und Vnkoſten zu* refundiren condemnirt *vvorden.* Sentētia

Linea Badẽſis & Durlacenſis.

Peregrinationes Principibus regentibus noxia.

Controuerſia de Marchionatu Badenſi.

Ex matre imparis conditionis nati Principes an in feudo ſuccedant?

Fructuũ reſtitutio.

Sententia in cauſa Baden contra Baden.

Condemnatio in expenſas litis.

hæc Viennæ publicata præſente Cæſare & Legato Turcico, & reliquis Conſiliariis Miniſtris Imperatoris. Et quamuis *Durlacenus trina vice à Cæſare malè informato ad melius informandum appellarit*, tamen hoc ipſum tanquam nullum & irritum iudicatum. De Controuerſia Badenſi vid.pl. *Brachel*, in Hiſt.noſt.temp.p.77.

An Appellatur à Cæſare malè informato ad melius informandum.

II. Occaſionem huic ſententiæ dedit quod an.1622.*menſ.Febr.*inſigni clade ad Wimphenam, Marchio Durlacenſis à Tillio profligatus, & ſolum vertere coactus fuit. Florente ita Cæſaris fortunâ & Palatinatu ſubacto, Imperator *Georg.Frider.* (qui Vnioni nomen dederat, & an.1622. Palatinam cauſam defendendam ſuſceperat, tranſlata in filium prouinciarum adminiſtratione & exercitu ſcripto) Marchionatum abiudicauit. Poſt hæc variis in locis hinc inde commoratus viuendi finem fecit an.1638. Antea tamen an.1629. inter Durlacenum & Badenſem Etlingæ in Marchionatu Badenſi tranſactio interceſſit, cuius hic in Inſtr. Pac. fit mentio. *Vuilhelmus* Eduardinus quum Bello Suecico Cæſarem & Hiſpanos ſequeretur, ſuam pro fortuna partium fortunam habuit. *Creatus eſt à Rege Hiſpaniæ Eques Aurei Velleris*, & Cæſaris nomine ann.1640. Præſes in Comitiis fuit. An.1648. *Pace Monaſterienſi* iuſſus eſt quædam agnatis Durlacenis reſtituere, de quibus Vid. Inſtr. Pac. h. in quo & alternatio linearum quoad ſeſſionem in Comitiis ſancita. *Georgius Fridericus* ex Iuliana Vrſula Rheingrauia genuit tres filios *Chriſtophorum*, qui an.1632. ad Ingolſtadium capite pilâ tormentariâ truncatus, *Carolum*, qui, in Galliam pro Germanis Principibus iturus, fuit extinctus & *Fridericum* qui dein vnicus heres extitit. Huius Principis fortuna ſæpe variauit; qui etiam in Pacificatione Pragenſi excluſus eſt. Tandem verò *Pace Monaſterienſi* in ſua ruſus reſtitutus mutationibus prioribus annullatis, & penſione annuâ, quam prius Durlaceni ex inferiori Marchionatu Superiori pendere ſolebant abolita. Quum etiam alternatio linearum in Inſtr. Pacis ſancita ſit, Friderico primus ſeruatus locus. Sub eius regimine, pacis commodo, prouincia, ſchola, Eccleſia refloreſcere cœpit. Obiit an.1659. cui ſucceſſit filius *Fridericus II.* qui poſt patrem feliciter imperat, & paternis veſtigiis inſiſtens in ditione exornanda occupatur, publica vota expleturus: Nuper quoque in bello Hungarico aduerſus Turcas dignus habitus cui Imperialis exercitus directorium cum Epiſcopo Monaſterienſi committeretur. *Marchionum* itaque *Badenſium linea hodie eſt* vel *Baden zu Baden*, quæ poſſidet Marchionatum Superiorem, & peculiare votum in Comitiis habet: vel *Baden Durlach*, quæ poſſidet Inferiorem & Hochbergenſem Marchionatum cum Dominiis *Rœteln*, *Badenvveiler* & *Sauſenberg*, iunctis Præfecturis *Stain* & *Renchingen*. *Linea Durlacena duplex habet in Comitiis votum*, alterum ratione *Baden Durlach*,

Sententia pro fortunati liberis iuxta fortunâ arridentem lata.

Arcanum Regis Hiſpaniæ.

Marchionis Durlacenſis reſtitutio.

lach, alterum vigore Marchionatus Hochbergenſis. *Sprenger.* in Iuriſp. Publ. p. 431. Hæc linea hîc in Inſtr. Pacis pleniſſimè eſt reſtituta. Apponam hîc verba *Münſteri* (l. 3. Coſmogr. c. 273.) qui ita de Marchionibus Badenſibus: *Die Marggrauen von Baden und Hochberg ſind von einem Stammen kommen, und haben ſich doch alſo getheilt, das ezliche zu Baden, ezliche zu Hochberg Hoff gehalten, iene haben ſich geſchrieben Marggrauen zu Baden, die andern zu Hochberg. Es haben auch die Marggrauen zu Hochberg durch Heirath und Erbe ihrer Gemahlin überkommen die Herſchafft Rœteln* (Vide tamen quæ ſupra attuli) *und Suſenberg* circa an. 1300. *Es haben auch die Marggrauen von Hochberg die Marggrafſchafft Hochberg verkaufft denen Marggrauen zu Baden, und nichts deſto minder ſich geſchrieben Marggrauen von Hochberg, Herrn zu Rœteln und Suſenberg, &c. Die von Hochberg haben auch in folgender zeit erlangt die Herſchafft Badenvveiler, und die Grafſchafft Vvelſchen-Neüburg am See. Als aber Marggraff Philip dieſes Stammens, der lezte zu Hochberg keinen Sohn, ſondern nur eine Tochter hatte, und des Stammens von Hochberg niemand verhanden, dan Chriſtoff Marggraff zu Baden und Hochberg ſambt ſeinen Sœhnen, kam gedachter Marggraff Philipp in Vertrag mit iez gemelten Chriſtoff, das ſie beyde eine Gemeinſchafft der Mans Lehen gegen einander auffrichteten und verbrieffiten, aus vvelchem erfolgt, das nach Abſterben Philippi 1305. die Herſchafft Rœteln, Suſenburg und Badenvveiler, aus Vervvilligung* Kai*ſer Maximiliani gefallen an Herrn Chriſtoff Marggrauen zu Baden und Hochberg, Grauen zu Spanheimb, Landgrauen zu Suſenberg, Herrn zu Rœtelen und Badenvveiler. Nach dieſem hat die einzige Tochter, dieſen lezten Marggrafen Philipſen, behalten die Grafſchafft Welſchen Neüburg, S. Iœrg und andere Herſchafften in Burgund.* Hæc Münſterus.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *De Baronatu Hohen Gerolſeck*, &c.

III. Circa reſtitutionem Badenſem hîc vltimò mentio fit prætenſionis Marchioniſſæ Badenſis in *Hohen Gerolſeck. Res ita ſe habet:* Comites in *Gerolſeck* originem trahere creduntur à Nobili quodam Romano, qui cum Carolo M. in Germaniam profectus caſtrum *Hohen-Gerolſeck in Vvaſſiſchen, Gerolſeck in Schvvanau, Gerolſeck in Lohr* accepit. Extinctâ autem illorum Comitum familiâ, cum voto & ceſſione hic Comitatus *Comiti Cronburgico* (*Chronberg*) ceſſit. In Comitatum illum ſiue Baronatum *Hohengerolſeck* prætendit *Anna Maria* Iacobi Dn. in *Gerolſeck* filia, vidua Friderici Comitis à *Solms*, poſtea nupta Friderico Marchioni Badenſi, Georgij Friderici filio, quæ hoc modo prætenſionem Domui huic intulit. Ex Baronatu iſto huius Friderici filio Friderico II. adiudicata eſt *Lohra* (conf. *Spenner.* in Syllog. Geneal. p. 207.) quam etiam ſibi vindicauit. *Prætenſio Badenſis in Gerolſeck.*

DISCVRSVS XXXI.

DE

RESTITVTIONE

Reliquorum Ordinum, qui præterito bello rebus ſuis fuerunt deſtituti.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Dux de Croy &c.*

Reſtitutio Ducis de Croy.

I. INTER reliquos per Inſtrumentum pacis reſtitutos occurrit primum *Dux de Croy & Areſchot.* His Duces pertinent ad Circulum Rhenanum inferiorem, & ratione *Arnberg* habent in Comitiis votum. Hodiernus lineæ Arnbergenſis, ni fallor, vocatur *Philippus Franciſcus.* Qui comparuit in Comitiis Ratiſbon. anno. 1653. 1654. appellatur Dux in *Arnberg*, *Arſchot, Croy, Princeps in Porcean, & Rebeque, Marchio in Montcorn, & Comes de La Laing, Dn. terrarum Aiguienſium.* Diſponitur hic in Inſtr. Pacis, quod Dux de Croy, quoad partem, quam in Dominio *Vinſtingen* habet, Imperium recognoſcere debeat. Concurrunt in illo Dominio Rhingravij, qui etiam ſe ſcribunt Dominos in Vinſtingen.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verb. *Naſſavv-Siegen, &c.*

Naſſavv-Siegen contra Siegen.

II. Tangitur hic controverſia *Naſſavv Siegen* contra *Siegen* ſive inter Naſſau Dillenburg & Hadamar. Quod originem lineæ illius attinet, ſciendum eſt *Wilhelmum* Comitem Naſſoviæ, cognomento *Divitem*, habuiſſe duos filios *Wilhelmum* (qui *Renati Auriaci heres*, ac Belgicæ libertatis vindex extitit, cujus poſteri adhuc in Belgio

Fœderato

Fœderato florent) & *Ioannem*, dictum in *Dillenburg*, vbi ſedem habuit. Dillenburgum autem à *Dilla* fluuio ſic appellatum Huius Ioannis filij fuere *Georgius* in *Dillenburg*, & *Ioannes* in *Siegen*, à Siega fluuio qui Sigenam alluit. Præterito autem bello vrbs Siega capta Romanam religionem ſuſcepit. Quum verò an. 1645. menſ. Ian. Mauritius Naſſovius illam rurſus in poteſtatem redegiſſet Reformata religio reducta. Quis ſit huius controuerſiæ cardo & exitus, vide apud Sprengerum de Prætenſionibus Illuſtrib. Hic in Inſtr. Pac. diſponitur, quòd *Ioannes Mauritius* Comes Naſſovius lineæ Siegenſis (qui fuit Braſiliæ Gubernator & Equitatus apud Belgas Generalis, Ducatus itẽ Cliuiæ Pro-Princeps & Veſaliæ Gubernator) cum ſuis fratribus in apprehenſa poſſeſſione manere debeant. Hodie Naſſau-Hadamar & Naſſau Siegen in Comitiis peculiare votum ducunt.

Rami familiæ Naſſouicæ.

Ad artic. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Comitibus Naſſavv. Saræpontanus*, &c.

III. Continetur hic reſtitutio Comitum Naſſavv Saræpontanorum. Exponenda hic eſt controuerſia quæ intercedit inter Ducem Lotharingiæ & Comites Naſſouios de Comitatu Saræ-VVerdano. *Hiſtoria* talis eſt: E Naſſouio VVeisbadenſium ſtemmate, quod Imperatoria dignitate *Adolphus* illuſtrauit, fuit *Gerlacus* dicti Cæſaris filius. Huius tertio genitus filius *Ioannes* in VVeilburg Naſſouium ſanguinem Saræ-Pontano per matrimonium vnigenitæ *Annæ* miſcuit. Quod Comites Saar-VVerdanos attinet, vltimus eorum fuit *Henricus* qui an. 1379. eſt mortuus, relinquens vnicam filiam nomine *VValpurg*, quam Comes *Fridericus in Mœrs* vxorem duxit, & ita Comitatum Saarvverdanum acquiſiuit. Poſtea an. 1500. *Iacobi Comitis de Mœrs & Saarvverden*, fratris Ioannis filia *Catharina* vnica Saarvverdæ heres, *Ludouico Naſſouio Sarapontano* nupſit. Quum autem hic Ludouicus & Iacobus in Mœrs de erciſcunda familia inuicem contenderent, nec conuenire poſſent interpoſitione *Antonij Ducis Lotharingiæ* ann. 1512. lis iſtæc tranſactione finita. Quum autem Comitatus Saarvverdanus integer, extincto Comite in Mœrs, ad Saræpontanos perueniret, ſtatim acceſſio tantæ portionis ex inuidia in controuerſiã vocata, hoc prætextu & prætenſione: *Das die Metz'ſche Lehen auf der andern ſeiten der Saar gegen dem Elſas oder Teutſchland zu*, ad quoſcunque heredes *nicht ſolten gelangen, oder auch* in extraneos transferiret *vverden kœnnen, ſondern Manliche Lehen ſein.* Comites itaque Naſſouij in poſſeſſione Comitatus Saarvverdani turbarẽ, & an. 1527. Ioannes Epiſcopus Metenſis, fratri Antonio Duci Lotharingiæ Comitatum

Reſtitutio Comitum Naſſavv Saræpontanorum.

Controuerſia inter Lotharingum & Naſſouios de Comitatu Saar-VVerden.

Iudicium familiæ erciſcundæ.

Acceſſio potentiæ cum inuidia coniuncta.

Fundamentum Lotharingorum.

Controuerſia circa feudũ fœmininum

Saarverdanum tanquam feudum rectum & Maſculinum conceſſit, illúmque inueſtiuit. Quum itaque ſatis turbarum inde eſſet exortum, mandatum de non offendendo ſub pœna fractæ Pacis publicæ in Camera aduerſus Epiſcopum Metenſem Naſſouij impetrarunt. Tandem *Carolus V.* Imp. an. 1530. d. 22. Octob. hanc cauſam ad Cameram remiſit. A parte autem Lotharingorum cauſa hæc coram Paribus Curiæ (*Mangerichs*) in vrbe *VVeich*, Epiſcopatus Metenſis, quâ Saaram fluuium ſpectat, agitata. ibique contra Naſſovios quum eſſet lata ſententia, hi Spiram appellantes, ne quidem pendente lite, ſecuri eſſe potuerunt; vnde coacti fuerunt ann. 1574. ab Imperat. Maximiliano II. mandatum de non offendendo aduerſus Lotharingum impetrare. *Nicolaus Euerhardus Iunior* ſcripſit Conſiliũ pro Lotharingo (vol. 1. conſ. 41.) quod refutatum an. 1609. inter Conſilia Marpurgenſia extat vol. 4. Reſp. 37. Gliſcente hâc controuerſiâ interuenerunt etiam *Comites de Leiningen* quorum iura hic etiam in Inſtrumento Pacis tanguntur, & tertiam conſtituerunt huius cauſæ ſiue controuerſiæ partem. *Tandem in Camera* d. 7. Iul. an. 1629. eſt *huiuſmodi ſententia lata: Das die in der Graffſchafft Saarvverden begriffene Burg vnd Stadt Saarvverdẽ, die Stadt Bockenheim vnd der Hoff VViebersvveiler mit eines ieden* pertinentien *vnd Gehœrungen als vom Biſthumb Mez herrürende Manlehen* Klagern (Duci Lotharingiæ) *zuſtændig, vnd beklagte* (*Graffen zu Naſſau Saarbruck*) *dauon abzutreten auch ſolch ihm ſambt deren, von zeit an der beſchehenen Kriegs befeſtigung aufgehobenen Nüzungen, vnd deren ſo dauon aufgehoben vverden mœgen, einzuraumen vnd zu entrichten ſchuldig.* Hac latâ ſententiâ Lotharingus vi occupauit non tantum loca in ſententia nominata, ſed etiam alia loca Comitatus Saarvverdani. Comites tamen de Naſſau petierunt in Camera actorum Reuiſionem, & quoque impetrarunt. *Deduxerunt* quoque *Comites* feuda Epiſcopatus Metenſis feudis Lotharingicis eſſe ſimilia & ad quoſuis heredes tranſitoria. *Lotharingus* tamen *excipit. Das es mit den Lehen auff der andernſeiten der Saar gegen Teütſchland eine andere beſchaffenheit habe, vnd das dieſelbe nicht Erb-ſondern Manlehen ſein.* Cæterùm Epiſcopus Metenſis hactenus nullum exemplum, quod res ita ſe habeat, & quod in foro contradictorio ita deciſum ſit, afferre potuit. (Vid. pl. in ſcripto cui tit: *Bericht vvie es mit der* differenz *zvviſchen Lotharingen vnd Naſſau Saarbrücken beſchaffen.* an. 1641. impreſſ. *Topograph. Palatinat. p.* 44. 45.) Quid de hac controuerſia ſancitum ſit in Inſtrum. Pac. Vid. text. h. Cæterùm hæc diſpoſitio Pacificationis huc vſque nondum executioni mandata. Deliberatum eſt de hoc puncto (*VVegen* euacuirung *der Veſtung Homburg ſo Naſſavviſch, vnd Landſtuhl, ſo dem Frey-*

Interuentio Comitum de Leiningen

Reſtitutio fructuum Euentus huius controuerſia.

Reuiſionis remedium. Feuda fœminina.

Homburg. Landſtul.

Herrn

herrn von Sickingen gehœrt vnd der Lotharinger iezt noch innen hat in Comitiis Ratisbonenſibus de an. 1654. vbi menſe Ian. concluſum. *Das gegen erlegung* 300000. *Thlr. ſo in gevviſſen terminen erleget vverden ſolten, die Lotharingiſchen Vœlker abgeführet, vnd* Hammerſtein *Ih. Churf. Gnad. Zu Trier, Landſtuhl Eberhardten von Sickingen nachgelaſſenen* Pupillen *vnd Iohan Schvveickard von Sickingen als altiſten dieſes Geſchlechts, vnd* Homburg *zu Naſſau Saarbrücken abgetreten vnd* reſtituiret *vverden ſollen* (Vid. *Contin. Theat. Europ.* ad an. 1654. p. 484.) *Es iſt dieſer vvegen eine* repartition in 8. *Reichs Krayſe vorgekommen.* l. c. p. 488. Quum verò dein Lotharingus ab Hiſpano Bruxellis captus eſſet, hic punctus reſtitutionis (*in quo non minimum intereſſe Imperij reſpectu ſecuritatis finium verſus Galliam eſt ſitum*) quieuit, & *Hammerſteinium* à militibus Treuirenſis, Colonienſis & Brandeburgenſis Electorum eſt vi occupatum an. 1654. die 3. April. ſt. n. De reſtituendo fortalitio Homburg & Landſtuhl etiam actum in modernis comitiis, quid ibidem in hoc puncto concluſum ſit, adhuc me latet. Ratisbonæ mihi relatum, quod Diues Pluto viribus Imperij Circulorum hæc loca priſtinis Dominis reſtituere debeat, & hoc ibidem iam concluſum eſſe: vnum autem vel alterum inter Sereniſſimos Imperij Proceres in puncto repartitionis ſeſe ab onere eximere O vtinam tandem Lotharingi (præferoces, & Imperio iam nimium inſultantes) tandem, ſi non aliter armis decoratis ad æquiſſimas leges cogerentur. *Intereſſe Imperii.*

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verb. *omus Hanonica.*

IV. Inter reſtituendos porrò eſt Comes Hanouio-Lichtebergenſis. *Domus Hanouica* diuiditur in duas lineas *Müntzebergenſem* & *Lichtebergenſem.* Primus Hanouiæ Comes fuit Henricus de Hanavv in Conradtsdorf an. 1135. Ab hoc ſexto gradu deſcendit *Vlricus*, qui filium ſecundogenitum habuit *Reinhardum*, qui rurſus habuit duos filios *Rheinhardum* à quo Müntzebergenſes, & *Philippum* in *Lichteberg*, à quo Lichtebergenſes deſcendunt. Vltimus è Müntzebergenſibus fuit *Ioannes Erneſtus*, cui è Lichtebergenſibus ſucceſſit *Fridericus Caſimirus*, natus ann. 1623. cuius fratres fuerunt *Ioannes Philippus*, natus ann. 1626. & *Iohannes Reinhardus* natus an. 1628. qui in Inſtr. Pac. hic eſt reſtitutus, in *Biſchofsheim am HohenSteeg* inde dictum quod rivus quem vocant *die Holche* Biſchofsheimi, ponte pedeſtri in altum erecto, ſit inſtratus) vbi Comes aulam habet, & in Præfecturam *Wilſtedt*. Hic Ioannes Reinhardus an. 1666. paulùm pòſt feſtum Reſurrectionis Domini eſt mortuus, cuius vxor fuit *Anna Magdalena* Palatini in Birckenfeld filia. *Reſtitutio Domus Hanonica Lichtenberg* *Linea Comitum Hanouica.*

Reliquit duos filios heredes *Caſimirum* & Philippum Reinhardum, quorum tutores ſunt Comes Palatinus in Birckenfeld & Fridericus Caſimirus, qui Hanouiæ reſidet. Quod Friderici Caſimiri fratrem ſuperſtitem *Ioannem Philippum* attinet, is *Bobenhuſæ*, quæ hic in Inſtr. Pac. reſtituitur, reſidet. Aiunt defunctum Ioannem Reinhardum vicinos Argentoratenſes cane & angue peius odiſſe; id quod tamen non parum ipſi nocuiſſe ferunt. Non adeò pridem quum Argentoratum an. 1667. menſ. Mart. tenderem, & iſtum Comitatum peragrarem, Comes itineris Argentoratenſibus vt apparuit addictiſſimus tale iudicium de Comite defuncto ferebat: *Sibi videri Dn. Comitem, dum potentem Ciuitatem vicinam, fauore potius quàm odio dignam, variis moleſtiis irritauit, ſuis commodis non bene conſuluiſſe. Quod olim Adolphus Comes Naſſouius Ioanni Duci Brabantiæ* (qui illum an. 1288. die 5. Iun. ad Woringam prope Coloniam vicit ac cepit) *interroganti Adolphum cuias eſſet? reſpondit: Er vvere ein Graff von Naſſavv ein Herr von kleinem einkommen* (Teſte *Teſcenmach.* in annal. Cliuiæ) *id ſe eodem modo ad hunc Comitem* (non adeò potentem vt Argentinenſes urere queat) *accommodare poſſe, vanamque illius ſine viribus iram eſſe.* Hæc ille. Ego tum nihil aliud regeſſi, quàm de mortuis, præſertim perſonis illuſtribus, me non, niſi bene, loqui eſſe ſolitum; bonos Principes voto eſſe expetendos, qualeſcunque eſſe tolerandos. Idem ille facundus & perdoctus itineris Comes, qui mihi in via inſtar vehiculi erat, addebat quoque nonnulla de regimine viuentis *Friderici Caſimiri* Comitis, qui Hannoniæ reſidet; *In illius* ſcilicet *aula miniſtros regnum poſſidere, vimque Comitatus penes illos, nomen verò penes Fridericum Caſimirum eſſe, ſubditoſque paſſim variis technis deglubi.* Communem famam, fidei, vt ferunt, non adeò incertæ, iam diuulgaſſe, *quid I. M. M. in Comitis aula peregerit. Satyricum illum in aliorum vitiis taxandis eſſe Argo centoculo perſpicatiorem; id verò mantica, quod in tergo eſt, ipſum non videre, Denique addebat: in regendis Principatibus ac Comitatibus requiri Principes & Comites Alexandro ſed ſobrio & vigilanti ſimiles.* Hæc ille ſatis audacter. An verum iudicium tulerit, necne? Apollo in Parnaſſo ſuo excutiat: Priuatorum enim non eſt iſtos in patria publicos errores ad Minois aut Rhadamanthi tribunal vocare. Interim fatendum eſt etiam Magnos homines non raro, in hoc mundo luxuriante, errare poſſe, imò, dixerim ferè (vt nunc ſunt mores) debere. Vitia erunt donec homines, neque hæc continua, ſed meliorum interuentu penſantur. Vnum errorem Politicum *Comitum* Hanouienſium hic ex Dn. *Forſtneri* egregiis ad Tacitum notis (ad l. 11. Ann. p. 84.) addo, qui ita cenſet *Illuſtriſſimorum Comitum Hanouienſium in eo error, quod ciuitati ſuæ exulum opibus ac diuitiis affluentium, receptione tantum potentiæ addiderint, ut*

Regimen Ioannis Reinhardi Comitis Hanoviæ Comitis qui Biſchoffſ. reſidet, intereſt, vt Argentinam amicam habeat.

Intereſt vicinorum Principum & Comitum, ut Ciuitates Imperiales Pacis & belli tempore habeant amicas.

Regimen Friderici Caſimiri.

Ferenda ſunt imperantiũ ingenia ſi ex voto forſan nõ imperent.

Hanouiæ Comitum error Politicus.

pene

pæne non niſi precariò imperare videantur: Ciuitatibus enim quæ ex priuilegiorum immunitatumque prærogatiuis ſuperbiam atque inde contumaciam induunt, nouorum ciuium additione nouas vires addere, aliud non eſt niſi oleum camino affundere. Hæc Forſtnerus. Quæ paulò antè de regimine Illuſtriſſimorum Hanouiæ Comitum obiter in hoc Diſcurſu allata ſunt, ea ſi forſan innoxiam dicendi libertatem offendant, pro non ſcriptis ac pro non adiectis haberi velim quamuis cenſura iſta è cerebro meo non prodeat, quin potius eâ, quâ par eſt, modeſtiâ, repreſſa ac politico quodam velo contecta ſit, ac maneat.

Ciuitatu augenda, ſed cum modo. Intereſſe Comitum Hanov. neglectum.

Ad artic. 4. Inſtrum. Pac. verſ. *Ioannes Albertus*, & verſ. *Itemque reſtituatur.*

V. Porrò in Inſtr. Pac. hic traditur Reſtitutio Comitum Solmenſium. Deſcendunt hi Comites è Comitibus Naſſouiis. Nam *Eberhardus* viceſimus ſecundus Comes Naſſouius habuit filium *Philippum in Solms*, vt *Alſteidius* putat, cuius filius *Otto* itidem fuit Comes in Solms, à quo longa ſerie deſcendit *Conradus*, cuius tertiogenitus filius eſt *Iohannes Albertus*, cuius hic in Inſtrum. Pac. fit mentio, vbi reſtituitur in quadrantem oppidi Buzbacenſis. *Buzbacum* longo tempore tribus ſubjecta fuit Dominis, Haſſis, Kœnigſteiniis & Solmenſibus. Præterito autem tricennali bello tota peruenit ad Haſſos. An. 1645. die 27. Octob. ciuitas per Haſſo-Caſſelanos, anno verò 1646. die 19. April. ab Haſſo-Darmſtadinis hæc ciuitas occupata eſt. in Inſtrum. Pac. hic in partem illius oppidi Solmenſis recipitur. Apud Comites Solmenſes recepta eſt bonorum diuiſio. Diuiduntur hodie. 1. In *Braunfels.* 2. In *Lich* ad quos pertinet *Hohenſolms* (cuius in textu fit mentio) *Kœnigſtein.* 4. In *Laubach.* Otto *in Solms* habuit duos filios *Bernhardum* in *Braunfels*, & *Iohannem* in *Lich.* Hic genuit Cunonem, Cuno *Philippum*, qui genuit *Reinhardum* in *Lich* & *Ottonem* in *Laubach.* Huius filius *Fridericus Magnus*, ſuſcepit duos filios Iohan. Georgium in *Laubach* & Ottonem in *Sonnewald.* *Ioannes Albertus* cuius hic in Inſtrum. Pac. fit mentio continuat ramum in *Braunsfels*, Frater *Reinhardus* reſidet in *Hungen.* *VVilhelmus* autem tertius frater in *Greiffenſtein.* Et *hoc modo, dum diuiſio ex diuiſione ſerpit, magni Comitatus inter multos diuiſi Domino pæne excidunt, & ex Comitibus (vt ſic dixerim) Comitelli fiunt.*

Reſtitutio Comitum Solmenſium.

Buzbach.

Diuiſio Comitatibus noxia. Intereſſe Comitum hactenus neglectum.

Ad artic.4. Inſtrum. Pac. verſ. *Comites de Iſenburg*, & verſ. *Rheingravij*.

Comitum de Iſenburg & Rhingrauiorum reſtitutio.

VI. Reſtituuntur porrò Comites in *Iſenburg*, qui continentur ſub circulo Rhenano ſuperiore. Salutantur Comites in Iſenburg & Büdingen. Primus Comes in Iſenburg fuit *Henricus* an.1290. Anno verò 1408. *Dietherus* cæpit gubernare Comitatum Iſenburg, qui impetrauit vt ex Dynaſtia Budingen fieret Comitatus. Diuiduntur in *Birſtein*, Kelterbach & Offenbach. Poſſident quoque nonnulla ex Comitatu Salmenſi. Rheni quoque & Syluæ Comites hic in ſuas Præfecturas reſtituuntur: Pertinent hi ad Circulum Rhenanum Superiorem, & appellantur *Wild- & Rheingraven*. Non autem dicuntur Wildgrauen inde quaſi tales Domini primùm fuerint hirſuti & pilis obſiti, ſed quod aſperarum terrarum fuerint Domini. Quidam illos deriuant ab *Ottone de Vvittelſpach*, qui occiſo Philippo Imperatore ſe in ſyluas prope Rhenum contulerit, & hanc reliquerit poſteritatem. Ex Wildenſium ſiue Wildgrauiorum vltimus fuit *Gerhardus* qui ſine maſcula prole decedens reliquit filiam Adelheidam, quam Ioannes III. Comes Rheni ſiue Reingrauius vxorem duxit, & ita Comitatum Wildenſem in *Kyburg* an.415. acquiſiuit vnde hodie appellantur Vvild. & Rheingrauij. *Hi reſpectu Comitatus Salmenſis ſunt Landſaſſij Lotharingici, quamuis reſpectu feudorum Imperialium ſint Wilda zu Daun und Kirchberg; Rhenique zu Stein und Virnberg; Comites Imperio immediate ſubiecti.* (vide Ioſiam *Nolden*. de Stat. Nobil. c.8. n.189.) Anno 1521. Philippus in literis ad Electorem Palatinum Ludouicum nominauit ſe VVild-& Rhingrauium, comitem in Salm & Dominum Vinſtingen (vid. *Inſtit. Cauſæ Palatinæ* p.1. c.4. §.28.) Rheni Comitum familiam eſſe antiquiſſimam inde conſtat, quia *Leheman* (in Chron. Spir. l.2. c.39.) refert an.774. vixiſſe *Cancorem* Comitem Rheni, qui Hagenheimij degerit, & cænobium *Lorſch* in Ringouia fundauerit. (vid. Dn. *Wagner*. in Deſcript. Geneal. p.293.)

Etymologia vocis Wildgrauē.

Ad art.4. Inſtr. Pac. verſ. *Vidua Domini Erneſti*.

II. Diſponitur hic de reſtitutione viduæ Erneſti Comitis in Sain & VVitgenſtein, nempe *Loyſa Iuliana* Comitiſſæ *zu Erbach*, quæ Ludouici filij tutrix extitit primùm. Quum verò is an.1636. d.6. Iul. obiiſſet; proximi agnati *Ludouicus Caſimirus*, *Johannes & Erneſtus Comitatus* poſſeſſionem apprehenderunt, ad quem actum quoque vidua Loyſa Iuliana ratione dotalitij ſibi conſtituti admiſſa. *Colonienſis Elector* dein

ſub prætextu feudi aperti manu militari occupauit arcem *Hachenburg* eaque Dn. *Franciſcum VVilhelmum* Epiſcopum Oſnabrugenſem rurſus inueſtiuit. Comites autem Sainenſes & Vidua aduerſus hanc violentã occupationem impetrarunt Mandatum pænale de reſtituendo & non amplius turbando ſine Clauſula die 14. Octob. an. 1636. Cæterùm *quum ſiluerint tum leges inter arma tàdem quum* vidua intereſſe ſuum an. 1647. in Tract. Pacis vrgeret, *reſtitutionem poſſeſſionis Hachenburg, &c.* hic in Inſtr. Pacis *impetrauit.* (Vide *Kurze* ex actis Saynenſibus *gezogene* information, &, informationem iuris & facti : *VVie VVeiland Herr Graff Ernſt zu Sain vnd VVitgenſtein des ältern beyde Nachgelaſſene Freülein Tœchteren* Erneſtina *vnd* Iohanna *zu dem Schlos Statt vnd Ambt Hachenburg mit allen* pertinentien *gegen Chur Cœln, ſo es* an. 1636. *vnterm Vorvvandt eines eræfneten Manlehens, gevvalthätiger vveiſe, eingezogen, berechtiget ſeind* an. 1642.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Caſtrum & Comitatus* & verſ. *Reſtituatur etiam.*

VIII. Reſtituuntur etiam hic Comites de Lœvvenhaupt. *Comites Falckenſteinij*, quorum Comitatus hic fit mentio, referuntur ad Circulum Rhenanum Superiorem. Salutantur Comites in *Dann, Falkenſtein, Limpurg,* Domini in *Oberſtein, Bruch* & *Reiboldskirchen* Comitatus autem *Falckenſtein* eſt feudum Ducis Lotharingiæ, & exercet in eo Dn. Elector Palatinus ius VVildfangiatus. Vnde nuper, eius Comitatus nomine, Dux Lotharingiæ Carolus, vaſallos ſuos ab illo onere liberare ſatagens, ſe Sereniſſ. Electori Palatino cum aliis oppoſuit. Quod Comites de *Lœvvenhaupt* attinet illi in iura quæſita ditionum, quæ in textu hic enumerãtur, reſtituũtur. Hodiernus Comes de Lœvvenhaupt vocatur *Guſtavus Mauritius Lœvvenhaupt* Salutatur Comes in *Rasborg* & *Falckenſtein, Baro* in *Reipolſkirch, Kogelholm*, *vnd Vvinberg*, Dynaſta in *Grafsnaas, Sagnig, Himmelport*, *Oeſta* atque *Reberga.* Pater eius fuit *Guſtauus Adolphus* Lœvvenhaupt, Regni Sueciæ Archi Mareſchallus. Reſtituitur porrò Domus Vvaldeck in nonnulla, hic in textu enumerata. De hiſce Comitibus agetur pluribus infrà ad art. 16.

Reſtitutio Comitis de Lœvvenhaupt & VValdeck.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Ioachimus Erneſtus*, &c. & verſ. *Item Domus Hohenloica.*

IX. In Catalogo reſtituendorum porrò ponuntur Comites Ottingenſes & Hohenloici. *Comitum Ottingenſium Familiam* Imperij Principibus tum proſapiæ antiquitate, territoriique diſtrictu, tum connu-

Reſtitutio Comitum de Ottingen & Hohenloh.

biorum ſerenitate parallelam eſſe, teſtantur annales. & adſtipulatur quoque experientia. (Vid. Dn. *Wagner*. in Deſcript. Genealog. p. 504. & ſeqq.) Genealogi hoſce Comites numerant à *Ludouico*, qui ante trecentos annos floruit, & an. 1370. mortuus. Hi Comites diuiduntur in lineam Ottingenſem & VVallerſteinenſem. Nam *Ludouicus*, VVolfgangi Pulchri filius habuit duos filios *Ludouicum*, qui an. 1569. defunctus, à quo linea Ottingenſis; & *Fridericum in Wallerſtein*, qui an. 1579. denatus, cuius poſteri lineam Wallerſteinenſem continuant. *Ioachimus Erneſtus*, cuius hic fit mentio, eſt ex linea Ottingenſi, & an. 1612. natus, anno verò 1657. mortuus, ſucceſſorem reliquit filium *Ioachimum Erneſtum* an. 1648. d. 27. Febr. natum. Ex familia Wallerſteiniana eſt *Erneſtus Iunior*, natus an. 1594. hodiernus iudicij Aulici Imperialis Præſes.

Linea Ottingenſis.

Linea Wallerſteinenſis.

Quod *Comites Hohenloicos* attinet, vetuſtate quoque cum aliis Comitum familiis certare poſſunt. Primùm inter eos ac communem ſtipitem numerant *Cratonem* (*Craffi*) Comitem ab Hohenlohe an. C. 897. Diuiduntur hodie in tres ramos *Weickersheim* (quæ Dynaſtia hic in Inſtr. Pac. reſtituitur) vbi ſedem habuit *Georgius Fridericus*, natus an. 1569. denatus an. 1645. d. 7. Iulij, relinquens filiam Eleonoram Magdalenam, quæ an. 1652. nupſit agnato *Henrico Friderico in Langenburg* atque ita hac ratione Dynaſtia VVeickersheim & Langenburg iterum conjunctæ. *Alter ramus* eſt Comitum Hohenloicorum in *Neuenſtein*, vbi ſedem habuit *Crato*, natus an. 1582 denatus an. 1641 d. 18. April. Reliquit ex *Sophia* Caroli Com. Palatini in Birckenfeld filia, numeroſam ſobolem, ex qua Dn. Comes *Wolfgang Iulius*, an 1622. d 3. Aug. natus nuper in Bello Hungarico Imperiali Exercitui tanquam Generalis Locumtenens præpoſitus, ingentem Domui ſuæ claritudinem induxit. *Tertius ramus* horum Comitum eſt in *Langenburg*, vbi aulam habuit *Philippus Erneſtus*, qui reliquit ex *Anna Maria*, Comitis à Solms in Sonnewalt filia; numeroſam prolem, ex qua lineam propagabat filius *Henricus Fridericus*, natus an. 1625 d. 7. Sept.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Fridericus Ludouicus* & verſ. *Ferdin Carolus*.

Reſtitutio Comitum à Lœwenſtein & Wertheim.

X. Inter reſtituendos nunc ſuccedunt *Comites de Lœwenſtein & Wertheim*. Quod originem Comitum Lœwenſteinenſium, attinet, ſciendum illam deſcendere à *Friderico* I. Electore Palatino, cognomẽto Victorioſo, quem vulgo *den bœſen Friz oder den Dollen* nominant. Hic enim poſt multa præclara facinora edita, demum cœlibatus pertæſus, nepotis *Philippi* (cuius tutor erat) & agnatorum conſenſu, quum æquales nuptias contrahere non poſſet ob conuentionem (nam an. 1454 nepotem Philippum adoptauit, ac proprio nomine ex Adminiſtratore Electoratus Elector eſſe cæpit, cœlibatu tamen perpetuo promiſſo, ne nepoti præiudicium faceret (præſentibus *Philippo* Epiſcopo Wor-

Nota votum cœlibatus ex ratione ſta tus profluens.

Ex tutore interdũ pater & verus dominus exiſtis

VVormatienſi, *Georgio* Epiſcopo Spirenſ. & aliis anno 1461. Virginem Nobilem duxit *Claram a Tettingen.* (De huiuſmodi inæqualibus Principum matrimoniis legi meretur *Henrici Salmuth* Reſponſum Iuris pro Matrimonio Principis cum Virgine Nobili, & Dn. *Myleri Camologia* principum, ſcriptum ſanè quam inis pretij & auro contra carum.)

Nota matrimonium Principis inæquale. *Mylerus.*

Ex hac Clara Friderico nati ſunt duo filij, *Ludouicus* & *Fridericus* quibus aſſignauit, nepote conſentiente, Dynaſtias *VVeinſperg*, *Neuenſtadt*, *Meckmuhl*, *Scharfeneck*, *Vmſtat*, *Vzberg*. Sed poſtea ſubſtitutus à nepote pro illis ditionibus ipſis dedit *Comitum Loevvenſtein*, (qui ita ab arce & oppido eius nominis, vno milliari Heilbrunnâ diſtante, dicitur) quem Fridericus anno 1441. à Ludouico Henrici Epiſcopi Bambergenſis fratre vltimo Comite Loevvenſteinio emerat 14000. aureis Rhenã.

Subſtitutio. *Comitatus Loevvenſtein.* *Emptio.*

Alter filius Fridericus Comes Loevvenſteinius anno 1474. mortuus ac Heidelbergæ ſepultus nullos reliquit poſteros. Alter verò *Ludouicus* familiam propagauit, ducta *Sophia Bæcklein* (vt *Sprenger.* in Iuriſpr. Publ. illam vocat) Conradi Comitis Tubingenſis filia, ex qua Fridericum primum Comitem in Loevvenſt. genuit. Fratre *Friderico* mortuo pater *Ludouicum* in poſſeſſionem Dominiorum *Scharfeneck* & alia paulò antè memorata miſit; qui à Maximiliano I. Imp. Comitis dignitate ornatus, inſertâ *clauſulâ, ne pernicioſa Principatuum diuiſio inducatur.* Patre verò Friderico mortuo *Philippus*, cognomento *Ingenuus*, Elector, omnes Dynaſtias (exceptâ *Scharfeneccia*) ad ſe recepit, & permutationis nomine Comitatum Loevvenſt. ſubſtituit.

Familiam erciſcere Principibus & Comitibus pernicioſum *Permutatio.*

Alter Ludouici filius *Fridericus*, ex Helena, Ioannis L. B. in Kœnigſeck filia, inter alios genuit *VVolfgangũ* à quo linea Leonſteinia, & *Ludouicum* à quo linea VVertheimia. Ex Leonſteiniis *Georgius Ludouicus* VVolfgangi Iunioris filius an. 1621. rebus Palatinis ſe miſcuit, ob quod Cæſareani *Scharfeneckhũ* exurunt, & quæ in his Rheni partibus erant, bona occupant. Obiit an. 1633 vnica relicta ex *Eliſabetha Iuliana*, Comitiſſa ab Espach (quæ poſtea an. 1636. nupſit *Ioanni Pãnero* Generalis Suecico) filia *Marca Chriſtina*, Gabrieli Oxenſtirnæ Regni Sueciæ Mareſchallo nupta, cui iura ſua in hereditatem paternam & maternam hic in Inſtrum. Pacis ſeruãtur integra.

Linea Leonſteinia.

Ioannes Caſimirus frater Georgij Ludouici turbis Bohemicis ſe quoque immiſcuit, fidus Palatini in exilio Achates. Inde cum *Chriſtiano Duce Brunſuicenſi* è Saxonia adſcendit, & cõflictu ad Hœchſtam Mæno mergitur an. 1622. die 10. Iun. Corpus demum prope Bonnam ad nouum Batauorum propugnaculum *Pfaffenmitz* agnitum, extractum & ſepultum. Vxorem habuit *Dudleiam* ex Comitibus Leiceſtriæ in Anglia oriundam; cui viduæ bona dotalitia & hypothecata in Inſtr. Pac. ſeruantur. VVertheimiam lineam quod attinet, illa, vt iam antè dixi, deducitur à *Ludouico*, Friderici Comitis in Lœvvẽſtein filio.

Manumiſſio *Intereſſe Comitũ VVertheimiorum connubiis creſcit.*

Hic enim à coniuge *Anna*, filia Ludouici Comitis Stolbergenſis (cuius antea erat Comitatus VVertheim.) accepit Comitatum *VVertheimenſem*, (à *Ciuitate VVertheim*, quæ ſita in Franconia ad Mæni & Tubari confluentes, ita dictum, cuius ciues, antea homines proprij, anno 1632. Comes Fridericus Ludouicus è ſeruitute manumiſit) *Rupifortenſem*, *Montacutenſem*. Dynaſtias *Breubergenſem*, *Herbimontanam*, *Chaſſpirenſem*. Ius ad *Rupifortium* & *Herbimontium D. Spenerus* deriuat à Ludouici Stolbergẽſis Matre *Anna Kœnigſteinia*, cuius mater Luiſa è Marcanis Rupifortiis & Herbimõtiis fuit. Quod *VVerthemium* Comit. & Dominium *Breuberg* concernit; vltimus è priori Comitum VVerthemiorum familia *Michaël*, qui obiit an. 1556. vxorem habebat *Catherinam* Ludouici Com. Stolbergenſis filiam; quâ occaſione Ludouicus hic Stolberg. pro ſe & filiabus feuda Imperij, Bohemica & Herbipolenſia certâ pecuniæ ſummâ comparauit: Priora quidem pro tribus filiabus, quarum *Catharina* alteris nuptiis *Philippo* Comiti Eberſteinio, altera *Eliſabetha Theodorico* C. Manderſchedio, tum *VVilhelmo* Criechingenſi; tertia *Anna Ludouico* noſtro Leonſtenio nupſit; Herbipolenſia verò tantùm pro duabus prioribus: donec etiam illâ tranſactione huic acquirerentur. Priores Catharina & Eliſabetha verò quum ſine maſculis deceſſiſſent, ius omne ad Annam Leonſteiniam deuolutum. Bellum quod aduerſus illum geſſit Epiſcopus Herbipol. ob Comit. VVertheim. deſcribit *Thuan*. l. 138. p. 1251. Editum etiam de hoc negotio actorum volumen. Obiit Ludouicus an. 1611. Huius filius *Chriſtophorus Ludouicus* nouam exorſus lineam *Virneburgicam* ob Comit. Virneburg quem matrimonio vxoris *Eliſabethæ* Ioachimi C. de Manderſcheid. & Virneburg filiæ, quam an. 1592. vxorem duxit, accepit. De illo tamen Comitatu in iure controuertendum fuit. Obiit an. 1618. Ei ſucceſſit *Fridericus Ludouicus*, natus an. 1598. die 25. Mart. qui reſtitutus hic in Inſtr. Pacis in omnes Dynaſtias, quę tempore belli aliis ceſſæ, ſequeſtratæ, confiſcata fuerunt. Alter filius Ludouici, & frater Georgij Ludouici, fuit *Ioannes Theodoricus*, à quo Rupifortia, ſiue Catholica linea tranſplantata. Huic Spinola, in Palatinatum abituro 500. cataphractos attribuit, cum quibus tractum ab Heidelberga ad Darmſtadium in poteſtatem redegit. Obiit anno 1644. Patris ſucceſſor ex *Ioſina*, Philippi Com. Mercæ filia, præter alios filius fuit, qui nunc etiam viuit, *Ferdinandus Carolus* natus an. 1616. die 18. May, qui *Annam Mariam*, Egonis Comitis à Fürſtenberg filiam, an. 1651. duxit vxorem. Fuit Ferdinandi III. Imper. Camerarius & Aſſeſſor Conſilij Aulici Imperialis. Hic in Inſtr. Pacis reſtituitur in ea, quæ agnatis. Georgio Ludouico & Iohan. Caſimiro, ſequeſtrata, confiſcata & aliis ceſſa fuerunt, ſaluo iure Marcæ Chriſtinæ, filiæ Georgij Ludouici Comitis Leonſteinij. Quod Comitatum

Linea Virneburgica ſiue Euangelica.

Linea Rupifortia ſiue Catholica.

tatum

tatum Lœvvenſtein attinet, hodie eſt ſubfeudum à Duce Würtembergico dependens, quod ipſum euenit occaſione belli Bauarici ann. 1504. Quum enim Ludouicus Comes Leoſteinenſis hoc bello partes Ruperti Palatini agnati ſequeretur, Vlricus Dux VVürtembergiæ Comitatum Lœvvenſtein occupauit, cuius, impetratis literis confirmatoriis à Cæſare, nô niſi partem reddidit, &, vt Comitatus feudum Domus Ducalis eſſet, effecit. Hodiernorum Comitum titulus eſt in *Lœvvenſtein, VVertheim, Rochefort, Montaigu & Virneburg*, Superiores in *Chaſſepierre*, Domini in *Scharſeneck Breuberg, Herbemont & Neuerburg*. Pinguiſſimum totius Franconiæ poſſident Comitatum. *Comitatus Lœvvenſtein feudum Ducis VVürtembergici.*

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Domus Erbacenſis &c. & ſeqq.*

XI. Porrò in Inſtr. Pac. reſtituitur *Domus Erpach* in caſtrum *Breuberg*, (de quo vid. n. præced.) & omnia communia cum Leonſteiniis iura. In Genealogia Comitum Erpacenſium primum numerant *Conradum Seniorem*, qui floruit anno 1332. à quo longâ ſerie procedit *Georgius* Comes & Pincerna ab Erpach, qui anno 1605. obiit, cuius filius fuit *Georgius Albertus*, qui hic in Inſtr. Pac. poſtquam à iurium ſuorum communione fuiſſet excluſus, reſtituitur. Poſt Erpacenſes reſtituuntur quoque hic Comites Brãdenſteinij, Barones Kevvenhullerij, qui bona in Stiria habent ſita, & poſt illos alij minorum gentium. *Reſtitutio Comitum ab Erpach.*

Ad artic. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Contractus* verſ. *Debita*. verſ. *Sententiæ*.

XII. Agitur iam in Inſtr. Pacis 1. De debitis à belligerantibus violenter extortis, de actionibus vi metuque ceſſis & redemptis, & caſſantur hic contractus, tranſactiones, obligationes vi metuque extortæ (*Die durch gevvalt und aus Furcht* exprimirte obligationes *ſein vnbindig*. V. t. t. D. & C. Quod vi & metus.) Conf. *Receſſ. Imp.* anno 1654. §. 166. In ſpecie autem hic fit mentio Ciuitatum Spiræ, VVeiſſenburgi, &c. quæ multum circa hunc articulum præterito bello paſſæ. Sanè Spira Ciuitas, quæ hodie Cameræ Imperij domicilium præbet, præterito bello anno 1622. 1632. 1635. 1644. immania perpeſſa, adeò vt vix reſpirare potuerit Kemnizius [part. 1. de Bell. Suecico fol. 44.] ita: *Es hat* anno 1632. *zu Speyer der Obriſte Horneck allein für ſich und ſeine Soldaten* accordirt: *daher es hernach der Stadt ſehr übel ergangen, und ſollen die Spaniſchen damahl mehr den zvvey Millionen Goldes an Gelde vnd Gelts vverth darin bekommen haben. Dergleichen iſt mehr andern Stadten begegnet da die Soldaten, denen doch die Bürger nach ihrem vermœgen alles guts er-* *Edictum quod vi & metus cauſa eſt.* *Vrbium in præterito bello calamitas.*

zeigt allein für ſich einen accord *getroffen, und es mit den Stadten, vvie jener geſagt, geheiſſen: Milites ad tympanorum ſonitum ſub vexillis, ſolitaque cum pompa exeuntes, defunctas vrbes efferunt.* Hæc ille. Textus autem Inſtrumenti Pacis h. *Contractus, &c.* qui ob iuridicos terminos paululum obſcurior ita Germanicè effertur: *Alle* Cõtract. permut. tranſact. oblig. *und Schuldbevveiſthumen, vvelche mit gevvalt, auſz Furcht, entvveders den Staden oder Vnderthane ausgepreſt vvorden, &c. gentzlich todt und nichtig ſein, dergeſtalt das deſſentvvegen kein handlung oder Proceſz geſtattet vverde. Da aber die* debitores *die Vhrkunden ihrer Schuld den* Creditoren *abgezvvungen hetten, ſolche alleſambt ſollen* reſtituiret *vverden, mit vorbehalt der deſſentvvegen vorhandenen Rechts-*Proceſſen. Porrò in verſ. *Debita, &c.* Inſtr. Pac. h. agitur etiam de debitis flagrante bello pro aliis bono animo erogatis. Textus Latinus, quia itidem ob terminos iuris aliquantulum ſub obſcurus, ita lingua noſtra Vernacula poteſt elucidari: *Schulden ſo entvveders von kauff, verkauff, iehrlicher Renten, oder ſonſten ihren Nahmen haben, fals ſie von einem oder andern kriegenden theil, auſz Haſz gegen die* creditores, *gevvaltig erpreſt, und gegen die* debitores *die Gevvalt geübet, oder vvürckliche bezahlung fürgangen, anzeigen, und ſich zum bevveiſthumb anerbieten, ſollen dennoch keiner Erkentnis der* Executions Proceſſen *fähig ſeyn, es vveren dan dieſe* exceptiones*, nach vorgehender erœrterung der Sachen entſchieden.* Quo verò tempore tales proceſſus finiri debeant, innuitur hic in textu. Diſponitur hic porrò verſ. *Sententia, &c.* quod ſententiæ tempore belli pronunciatæ ante reuiſionem actorum non debeant eſſe ratæ.

Quod vi & metus causâ geſtum eſt id Prætor Romanus non ratificat, ſed reſcindit iudicio reſcindente & reſciſſorio.

Sententia tempore belli lata.

Ad art. 4. Inſtr. Pac. verſ. *Si quæ etiam feuda.* verſ. *Tandem omnes,* verſ. *Qui vero ſubdui.* verſ. *Quantum autem, &c.*

XIII. Primùm hic in Inſtr. Pac. conſulitur illis, qui feuda ſua intra annum & diem (iuxta tenorem juris feudalis) non ab Imperatore recognouerunt ab an. 1618. vſque ad an. 1648. & diſponitur quod inueſtitura poſt concluſam Pacem repeti debeat. Porrò in §. *Tandem omnes*, militibus tam togatis, quàm ſagatis, qui vni vel alteri parti belligerantium in bello adhæſerunt, amneſtia & reſtitutio conceſſa. (Vid. *Theatr. Europæ.* Tom. 6. p. 406. 421. 422.) Quũ an. 1648. Ordines Imperij Euangelici die 22. April. de hoc §. *Tandem omnes*, deliberarent, in conſilio Euãgelicorũ vtile iudicarunt: *Weiln ia die Herrn* Kayſerl. *gantz vvichtige vrſachen angeführet vvarumb ſie von gedachtem §. Tãdem, vvie der* materialiter *abgefaſſet, nicht vveichẽ kœnẽ, die Hern Schvvediſchẽ* per Deputatos *zu erſuchen, das ſie es bey demſelben, vvie er von den Hern* Kayſerl. *abgefaſt, verbleiben laſſen.* (Vide *Th. Europæ.* Tom. 6. pag. 424.) Quum dein die 26.

Omiſſio inueſtituræ feudorum tempore belli non nocet.

§. Tandem omnes, ubi generalis reſtitutio priuatorum qui ſeſe partibus belligerantibus aſſociârunt.

Aprilis

April. Ordines Imperij de hoc §. *Tandem omnes*, repugnantibus Cæſareanis conſultarent, proteſtati ſunt *Cæſareani*: *Inſonderheit das ſich die Stande nicht vverden eintringen, vnd Ih. Majeſt.* iuta, *oder ſie von Land vnd Leüten* votiren: *Es kæme nicht geſchehen: vvere der* iuſtiz *zuvvieder, ſich offentlicher* declarirten rebellen *anzunehmen, die zumahl in ſolcher* rebellion *beharren, vnd das Reich in ſolch Iammer vnd Elend geſteckt, vvelche* rebellion *kein eintziger Stand Catholiſch oder Euangeliſch gebilliget, ſonder vielmehr davon zeitlich abgevvarnet.* (*Theat. Europæ.* Tom. 6. p. 422.) Pòſt die 2. Maij 1648. Plenipotentiarij Cæſarei Deputatis trium Collegiorum Imperij reſponderunt: *Das ſie es vvegen deſz §. Tandem omnes bey der Reichs Stande* Concluſo *verbleiben lieſſen.* Et ſic tandem §. *Tandem omnes*, vti hic in Inſtr. Pacis deſcriptus, ad finem perductus. Nota hic egregium textum in §. *Tandem.* verb. *Qui Cæſareæ Maieſtatis & Domus Auſtriacæ ſubditi & vaſalli non ſunt.* Vnde luculenter probari poteſt, quod ſupra *in Diſc. de Subditis Imperii* dictum; nempè *Principes non eſſe vaſallos aut ſubditos Imperatoris, ſed Imperio ſubiectos.* Quem textum hic bene nota præcipuè ob hanc cauſam, quod *inter Status & Subditos Imperii omnino diſtinctio facienda ſit, vt ita appareat quantùm diſtent æra lupinis.* Vlterius hic in Inſtrum. Pac. verſ. *Qui verò ſubditi*, &c. & verſ. *Quantum autem*, &c. ſancita eſt amneſtia pro ſubditis & vaſallis Imperatoris & Auſtriacæ Domus quæ *quoad perſonas* communis & generalis; *Quoad bona* autem hic in verſ. *Quantum autem.*) eſt limitata, adeòquè ſubditi & vaſalli domus Auſtriacæ non plenam, ſed limitatam reſtitutionem obtinuerunt. Quod ſi etiam quoad bona hi potuiſſent integram reſtitutionem obtinere multa Ieſuitæ & alij Cuculligeri reddere debuiſſent. Cæterùm ex illo inferno atque inſatiabili baratro non potuit dari redemptio; adeòquè quamvis paulò iniquiùs actum in hoc puncto cum Euangelicis, tamen *Prætor etiam cum iniquè decernit, jus reddere dicitur* (lib. 11. D. de j. & j.) quo debemus hunc luctuoſum atque lamentabilem caſum referre, vt ita, licèt æquum non obtinuerimus, tamen publicam Imperij ſalutem, quæ meritò ſuprema lex eſſe debet, obtineamus. [Vid. Inſtrum. Pac. hic verſ. *Quantum*, verb. *è re Imperij, &c.*] Alias non eſt incognitus *VVolfgangi Rudolphi Oſſæ* in præterito bello proceſſus, cui Cæſar promulgato Ferdinandeo ſuo Edicto, executionem Edicti commiſerat. Hic enim inter duros magìs, quàm inter bonos, juſſit damnatorum bona in fiſcum redigi, multum reclamantibus Electoribus aliiſque Principibus, qui ſibi jura fiſci Cæſarum conceſſione & longo vſu competere aſſeuerabant. Perſtitit tamen Cæſar, & Oſſam ad Criminis læſæ Maieſtatis inquiſitionem cum

NB. NB. NB.

Reſtitutio ſubditorum Auſtriacorum.

Executio VV. R. Oſſæ.

liberrimâ poteſtate dimiſit, quod à multis admodum ſiniſtrè acceptum. Res hæc ſua natura grauis, inſuper miniſtrorum auaritia acerbata. Harpyæ enim iſtæ poſtquàm Bohemiam, Morauiam & vtramque Auſtriam contactu fœdârunt & læſæ maieſtatis, ac vetitarum religionum prætextu, flebilem nobilium turbam paternis rebus ejecerunt, etiam vlterius vngulas & roſtra Imperij opibus acquirendis acuere. *Vverdenbergij confeſſio.* *Werdenbergii* quoque vox in vulgus tum emanauerat: Franconiæ Nobilitatis bona priuati conſilii Proceribus conceſſa, eſſe ſalarij à multis annis debiti ſolutionem, & laborum ac fidei præmium (Vid. *Berenici* Epiſtol. de Comit. Elector. de an. 1630.) Ego ſanè non dixerim illorum hominum impios proceſſus vbique ab Imperatore eſſe probatos, interim iſti homines vbi digiti latitudo ipſis conceſſa, ſtatim latiſſimam euagandi viam, inire & ex digito palmi latitudinem effecere. Cæterùm hæc omnia Amneſtia ſancita, ſint nunc evulſa ex omni memoria vitaque noſtra.

Bohemia hæreditaria. XIII. Patet porrò ex Inſtr. Pac. verſ. *De cætero in Bohemia*, &c. quod Bohemia hodie ſit hereditaria Auſtriacorum prouincia (Adde ſcriptum cui tit. *Beſtendige Ableinung des Heidelbergiſchen ungegründeten Berichts, ſummariſchen* information *ausgeſprengeten Patents*, &c. fol. 170. & ſeqq.) Sic etiam Sileſiæ Principes Imperatori Ferdinando II. *Seiner Maieſtet Leibs Erben und Nachkommen* iuramentum fidelitatis præſtiterunt. (Vide *den Schleſiſchen Landsman* fol. 12.) De pacto reciproco *Wegen der Oeſterreich, und Bœhmiſchen* ſucceſſion conſule *Schickfus* (in Chronic. Sileſ. l. 1. fol. 77. add. *Limnæ* l. 5. de I. P. c. 8. n. 30. & ſeqq.) Anno 1627. Ferdinandus, Ferdinandi II. filius in regni Bohemici ſucceſſionem eſt inauguratus, quum nemo iam quæreret: ſanguini id iuris deberetur, an electioni. (*Epit. rer. Germ.* p. 53.) Obtinuit primum hoc ius Ferdinandus II. Imp. in decretoria pugna Pragenſi an. 1620. Pace dein Pragenſi an. 1635. idem Imp. Bohemiam ſibi pleno iure aſſeruit.

Reſtitutio mobilium per Inſtr. Pacu valde limitata. XIV. In reliquum quoad punctum reſtituendorum verſ. *Add Ita tamen*, &c. in Inſtr. Pac. hic diſponitur, quod non debeant reſtitui mobilia & ſe mouentia, quæ reſtitui vel redhiberi nequeunt, (*ſo ſich nicht wieder erſtatten laſſen*) depoſita publica vel priuata, tempore belli confiſcata, vendita, & donata. Adeoque *multa regula iuris priuati per hunc §. perdunt ſuum officium*: 1. *Qui damnum dedit reſtituat*, ex iure Legis Aquiliæ. 2. *Depoſitum eſt reddendum*. Nimirum *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod pro ſingulis vtilitate publica rependitur*. *Lucas de Linda* (in Deſcrip. Orb. p. 811.) ſcribit quod *reditus regni Bohemici hodie ſint geminati per confiſcationem bonorum* Nobilium & aliorum Dominorum qui contra Imperatorem vltimo bello

Prætor etiam ius reddere dicitur, licet inique decernat. l. 11 D. de iuſt. & iur.

bello ciuili arma ſumpſerant. *Ieſuitis* inprimis iſtæ confiſcationes & adhamationes (vt ſic dixerim) alienorum bonorum aurea piſcatio extitit, quamvis *contra rectæ rationis & æquiſſimæ æquitatis regulam ita cum damno aliorum facti ſint locupletiores* dum ad *Ignatij* ſui *Lojoliticum ſplendinum* omnia traxere.

DISCVRSVS XXXII.

DE

CONTROVERSIA Iuliacenſi.

Ad artic. 4 Inſtrum. Pac. verſ.

Quia verò etiam cauſa Iuliacenſis.

I. HISTORIA *huius cauſæ talis*: Circa an. C. 700. *Theodoricus Comes Cliuiæ* duxit Beatricem Comitis Teyſterbandæ filiam & heredem. Hæc defuncto Theodor. ſibi iunxit *Ælium Gracilem*, Caroli Martelli fidum ſocium, inque ipſius familiam tranſtulit iura & titulos Comitis Cliuiæ & Teyſterbandæ. *Hoc par coniugum ſtirps eſt Ducum Cliuiæ, Montium, Iuliaci & Comitum Marcæ.* Inter hoſce Ioannis III. filia *Sibylla* nupta fuit Ioanni Friderico Elect. Saxon. in cuius pactis dotalitiis cautum, vt deficiente prole maſculâ Domus Saxonica ſuccederet. Poſtea *Wilhelmus* penultimus Cliuiæ Dux à Carolo V. Imper. anno 1546. obtinuit, vt, ſi filios non gigneret, aut denatis filiis filiæ ſupereſſent, omnes ipſius Ducatus & feuda illis earumque heredibus concederentur. Hic Wilhelmus habuit filium *Ioannem Wilhelmum*, qui an. 1609.

Controuerſia Iuliacenſis.

Pacta dotalia in vim vltimæ voluntatis valentia.

Succeſſio fœminæ in feudo.

ſine liberis obiit. Eius primogenita ſoror *Maria Eleonora* Alberti Friderici Boruſſiæ Ducis vxor ante fratrem fuit defuncta. Alter Soror *Anna* fuit Philippi Ludouici Palatini Neoburgici vxor, fratri ſuperſtes. Tertia *Magdalena* matrimonio Ioanni Palatino Bipontino iuncta quoque fratri ſuperſtes extitit. Quarta *Sibylla* vxor fuit Caroli Auſtriaci, Marchionis Burgouiæ. Inde variæ extiterunt prætenſiones. Elector Saxoniæ *Ioannes Georgius* Iuliæ, Cliuiæ, ac Montium Ducatus tanquam feudum Imperij vacuum ex Jmperatoris arbitrio ad ſeſe deuolutos à Rudolpho II. ſollicitauit, præſertim propter pacta dotalia Sibyllæ. Id quod tamen reliqui Affines defuncti Ioannis Vvilhelmi minimè concedebant. Prætendentes in hac cauſa ſunt *Sereniſſimi Electores Saxonicus & Brandeburgenſis, Dux Palatino-Neoburgicus, Dux Palatino-Bipontinus, Marchio Burgouiæ & Dux Niuerniæ.* Vide plenius hac de re *Adelar. Erich.* in Chronic. Iuliac. Dn. *Limnæ.* l.5. de Iur. Publ. *Merckelbach. apud Klock.* Tom 1. Conſil. 7. *Gramond.* l.1. Hiſt. p.13. *Meteran.* l.29. Hiſt. Nos videbimus primum de Elect. Brandeburgico.

Pacta dotalia in feudis.

Prætenſio Electoris Brandeburgenſis

Pacta dotalia in vim vltimæ voluntatis valentia.

II. Iohannis Vvilhelmi vltimi Cliuiæ Ducis ſoror maior natu *Maria Eleonora* connubio iuncta fuit *Alberto Friderico* Duci Boruſſiæ, cuius pactis dotalibus vt in caſum deficientium maſculorum heredum tota ſucceſſio ad ſe deuolueretur, hoc tamen onere, vt ſororibus 200000. aureorum Rhenenſium ſolueret. Huius Mariæ Eleonoræ filia fuit *Anna*, quæ nupſit *Ioanni Sigiſmundo* Electori Brandeburgico, cuius filius *Georgius Wilhelmus* cum excluſione materterarum vniuerſalem ſucceſſionem in feuda & allodia prætendebat. Vid. *Klock.* T. 1. Conſ. 7. qu. 6. num. 849. & ſeqq. *Fundamenta Sereniſs. Electoris Brandeburgici ſunt.* 1. Vetus conditio ditionum, quum in Belgio, Archi-Ep. Colonienſi, Treuirenſi ac *vicinia (nam huius quoque iura in dubio ſeruiunt explicationi)* pleræque ditiones ſint vel allodiales vel feuda hereditaria, de quibus poſſeſſores inter viuos & mortis cauſâ diſponere potuerint & diſpoſuerint. In Ducatibus hiſce ius primogenituræ ſemper viguiſſe, fæminasque etiam ad ſucceſſionem admiſſas, quod probari poteſt exemplis *Beatricis & Margarethæ*, filiæ Ottonis vlt. C. Ravenſburg. *Mariæ* Iuliacenſis Iohanni Cliuenſi nuptæ. Dux inſuper *Vvilhelmus* in aſſertione iuris ad Ducatum Geldriæ, aduerſus Carolum V. allegauit, Maioribus ſuis conceſſum priuilegium, quod in defectu maſculorum fœminas admitteret. *Excipiunt Saxonici* 1. Non eſſe vniuerſale, quod de ditionibus Belgicis affertur. An. enim 1356. Domino in Gennep demum Carolus IV. Imp. ad inſtantiam Electoris Colonienſis conceſſit ius ſucceſſionis fæmineæ. 2. Non ſemper qui occaſione fæminarum ſucceſſere,

Diſpoſitiones circa feuda.

Feudum fœmineum.

earum

earum iure ſucceſſiſſe. Adolphum enim Marcanum non niſi Caroli IV. gratia in Cliuia ſucceſſiſſe, quum eam alioqui Paruiſij & Arculei ex maioris fratris filia deſcendentes, ſaltem maior natu frater Engelbertus excluſuri fuiſſent, niſi mera gratia Cæſaris ipſi fulcrum addidiſſet. Sic & an. 1346. Rauenſperga non ſucceſſione fœmineâ, ſed gratia Cæſaris obtenta. Maria etiam Iuliacenſis peculiari eguit habilitatione, eamque obtinuit (Vid. *Dn. Strauch.* Diſſ. Exot. 10. num. 17.) 3. Dux VVilhelmus dicitur in priuilegio hoc precibus impetraſſe, & Imperator hoc ipſi ex gratia concedere, & quidem tantùm pro liberis ex Maria procreandis. Ergo prius non erat fœminina ſucceſſio. Idem ex eo probatur, quia anteà quoque Mariæ habilitatio precibus impetranda dicitur. 4. Vaſalli Ordinatio de feudo & ſucceſſione non valet ſine Cæſaris confirmatione. Vnde quoque ratum non fuit Reinoldi teſtamentum, Sorori fauens; item Gerhardi Ducis Iuliac. & Berg. pactio cum Archi Ep. Colon. &c. 5. Vvilhelmus producere non potuit priuilegium, vnde quoque à Cæſare reiecta præſenſio. 6. Argumentum à viciniæ iure ductum nihil concludere. *Alterum fundamentum Electoris Brandeburgenſis* eſt ius primogenituræ, Majoratus & vnionis à Duce *Adolpho I.* conſenſu Ordinum an. 1418. per modum perpetui & iurati ſtatuti introductum in vtroque ſexu; id quod etiam ſanxit *VVilhelmus* in Iuliaco an. 1496. quum filiam elocaret. Acceſſit vnioni Iuliacenſi confirmatio Maximiliani I. an. 1508. & vna cum Cliv. à Ferdinand. I. an. 1559. (vbi lineæ, poſteritatis, & heredum nomen etiam includit fœminas, inprimis quia vnio à fœmina initium habuit, & impetrans eo anno tantùm vnicum filium habuit, eiuſque reſpectu priuilegio haut fuit opus) Maximil. II. an. 1566. Rudolpho II. an. 1580. Hoc ergo jure prouincias illas teneri tanquam ſingulari & proprio, vt adeò ex communi & feudali jure non opus ſit hanc litem decidi. Hæc quoque jura ſucceſſoria, & pro ſtatutis recepta, hucuſque non abolita: Imò Princeps ante homagium ad illa juramento adſtringitur, quod etiam Ioan. VVilhelmus an. 1598. præſtitit. Exempla omnia huius proprii iuris exercitium (ſine quo excluſio reliquorum fratrum & ſororum iure vulgari dura & iniqua fuiſſet) docere. Sic & Sibyllæ Saxonicæ, ſi frater VVilhelmus ſine heredibus, decederet, cum excluſione ſororum Principatus ſucceſſio deſtinabatur. Et pactis dotalitiis VVilhelmus parens, ad idem ius recipiens, ex ſororibus alteram alteri ſubſtituit. Vnde ditiones nec diuidi nec pro indiuiſo poſſideri poſſunt. Præterea & filia in matris locum intrat, materteris ob hoc præferenda. Succeſſionem alteri ſorori poſt alteram delatam intelligi, ſi prior decedat ſine liberis: Ius primogenituræ à natiuitate compe-

Diſpoſitio teſtamentaria in feudis.

Ius viciniæ.

rens ad liberos omnes tranſire, neque ad ſecundam lineam tranſitum fieri dum aliquis ex priori ſuperſtes primogenitum repræſentare valet. Vnde & ex A. Bullæ conſtitutione filius primogeniti patruum excludit. *Excipiunt Neoburg.* & reliqui. Quod hanc cauſam attinet verſari nos in terminis nouæ ſucceſſionis, ac ſpecialis determinationis ex priuilegio. 2. Pactum vnionis an. 1496. à Ferdinando deiu confirmatum ſucceſſores non determinat, & ipſum priuilegium Ferdinandinum an. 1559. tantùm modum & ordinem demonſtrat ſuccedenti; Carolum autem V. Imp. ipſum ius & habilitatem ſuccedendi. Ferdinandum Carolinum priuilegium confirmaſſe nullâ cum ampliatione, itaque quinam capaces ſint ſucceſſionis hoc ex Carolino priuilegio peti debere, modus autem ſuccedendi ex Ferdinandino, in quo nec mentio illius nouæ aut vlterioris habilitationis. 3. Controuerſiam de nepotis & patrui iure numquam eſſe deciſam; nec A. Bullæ de Electorali ſucceſſione diſpoſitionem alios caſus definire: Agi hic de tranſuerſali ſucceſſione, nec linea recta. Repræſentationem in primogenitura in tranſverſali linea excludi, quum ſuccedatur iure proprio, & ita ex propinquitate gradus. Nunquam etiam ad Mariam Eleonoram ſucceſſionem delatam, cum tantùm ſub conditione ſuſpenſiua radicatum ius habuerit, quod cum morte euanuit. Conf. *Klock.* d. l. nu. 945. & ſeqq. *Tertium Domini Electoris fundamentum eſt* in pactis dotalibus Mariæ Eleonoræ primogenitæ filiæ, quum an. 1572. Alberto Friderico D. Boruſſiæ deſponſaretur. His enim, antiquo iuri Maioratus & vnionis innixis, illam ſolum cum deſcendentibus fratris iuri ſubſtitui. Illa autem pacta ſolenniter & iuratò à Statibus recepta ſunt, iuramento nunc quoque poſterorum conſcientias obligante: Pacta illa non minus à Maximilian. II. Imper. confirmata, ſaltem oblata à Cæſaris Legato confirmatio. Sic poſtea quoque Sorores Anna & Magdalena ſimilia pacta dotalia habuere, quibus illa Mariæ Eleonoræ, hæc illi ſubſtituebantur in ſolidum, ſi prioris contingeret lineam finiri. Sed & hæ ab obſeruantiam paternarum diſpoſitionum obſtrictæ, commodo primæ ſororis acceptâ dote, in pactis renunciarunt iuri ſuo, ſolùm ſibi ſeruantes caſum ſubſtitutionis, ſi prior linea deſiiſſet. *Excipiunt Neoburgici.* Quum pacta hæc ſe referant ad priuilegia Cæſaris, patrem illis non voluiſſe derogare: nec potuiſſe vaſallum ſine conſenſu Domini aliter de ſucceſſione diſponere. *Replicat Dn. Elector* Reſpici hic non Carolinum, ſed Ferdinandinum priuilegium; 1. *Excipiunt Neoburg.* Pacta non confirmata à Cæſare niſi per Epiſtolam gratulatoriam, quamuis confirmatio facilis fuerit, quia nihil pactis illis ſancitum, quod non ex vi priuilegij fluebat; alioquin iuſtam ſine dubio

Ius repræſentationis

Pacta dotalia.

Substitutio in pactis dotalibus vim vltimæ voluntatis habentibus.

bio repulſam tuliſſent, ſi amplo illo ſenſu confirmationem petiſſent. 3. Renunciationem nihil prodeſſe, quia regreſſus expreſsè reſeruatus; & conditio renunciationis non extitit, quæ erat, ſi Maria Eleonora ſucceſſiſſet fratri, & heredes idoneos reliquiſſet. 4. Liberorum iuri mater renunciare non potuit: Filij enim proprio iure ex priuilegio Carolino ſuccedunt. 5. Filiæ errore & ignorantia priuilegij ad renunciationem inductæ (V. *Klock.* d.l.n.937.& ſeqq.) *Replicat Dn. Elector.* Haud credebile eſſe ob amorem paternum patrem reticuiſſe priuilegia filiarum bono data: Filiæ etiam ob antiquæ legis neceſſitatem ad renunciationem ejuſmodi tenebantur: Et ignorantia prætenſa probari debet, quod non factum, & nunc ſerò nimis ab heredibus offertur juramentum ſuper defunctorum conſcientiis; quum tamen nec viuis in tam magna & ardua cauſa juramentum deferri debuerit. 6. *Excip. Neoburg.* Renunciationem ante ſolutionem dotis, à die ſcientiæ ſolenniter coram Notario & teſtibus eſſe reuocatam. 7. Renunciaſſe illas tantùm ſucceſſioni paternæ & maternæ, non feudali priuilegiatæ, & conceſſioni Cæſaris gratuitæ. *Excipiunt generaliter* ex priuilegio Carolino, in quo noua ſit conſtituta ſuccedendi ratio, dum filiabus in iſtis ditionibus æqualis ſucceſſio tribuitur, & filiæ in primo, non item in ſecundo gradu admittuntur. Dn. Electorem nec iure proprio (nam nec priuilegio Carolino, nec inueſtituris vocatus eſt) nec iure repreſentationis, (quod à feudis exulat) nec tranſmiſſionis (ob defectum maſculinitatis requiſitæ) niti. *Klock.* d. l. num. 896. *Replicat Dn. Elector.* Intentionem nec Imperatoris nec impetrantis fuiſſe, hoc priuilegio antiquo iura ſucceſſoria tollere. Horum enim nec mentio fit, nec clauſula derogatoria adjicitur, vnde vltra mentem dantis & accipientis non eſt extendendum. 2. Nec tolli in eo potuit ius Statuum prouinciæ, quorum intererat ſeruari antiquum ſucceſſionis modum per viam contractus quæſitum. Pacta dotalia filiarum non iuxta priuilegium, ſed priora iura eſſe firmata. 3. Solam intentionem impetrantis fuiſſe, vt filiarum iura aduerſus Saxones, qui maſculinitatem propugnabant, amplius firmaret, non vt illæ in partes ſuccederent; vel terras ſuas noua feuda eaque fæminea (cujus naturæ pridem ex pactis vnionis Cliuia 1418. & ex priuileg. 1508. Iuliacum fuerant) faceret. 4. Cæſaris æqualem fuiſſe affectum in neptes ſuperſtites, quàm filias præmortuas. Vnde neptes etiam nomine filiarum veniunt. *Duplicant Neob.* Verba priuilegij eſſe clara, adeoque conjecturis fruſtra inquiri mentem. Et cum diſpoſitio diſcretiuè loquitur, appellatione filij nepos non venit; nec prouidetur, niſi nominatim expreſſis. 5. *Replicat Dn. Elector.* Carolinum priuilegium eſſe tantùm declarationem iuris

Renunciationum ius.

Ius repræſentationis in feudo.

pridem filiabus competentis. *Duplicant Neob.* Clare in priuilegio dici, VVilhelmum imploraſſe hanc gratiam & licentiam, & Cæſarem dediſſe meritis ſpecialem hanc gratiam; 6. *Replic. Dn. Elector.* Filiarum filios in priuilegio non reſtrictiuè, ſed communioris loquendi vſus cauſâ dici. *Duplic. Neoburg.* Verba nimis eſſe clara. Nec Imperatores facilè conſentire, vt feudum ad plures gradus fiat fæmininum, ſed illud præcauere, vt in Confirmatione pactorum dotalium Saxonicorum apparet. 7. *Replic. Dn. Elector.* In poteſtate VVilhelmi fuiſſe conceſſo priuilegio non vti, & in pactis Boruſſicis illis derogare. *Duplic. Neoburg.* Hoc VVilhelmum nec voluiſſe nec potuiſſe, ac aliud eſſe fauori ſpro ſe introducto renunciare, aliud priuilegio abuti, eiuſque terminos tranſgredi. 8. *Replic. Dn. Elector.* Mariam Eleonoram reliquiſſe nepotem Georgium VVilhelmum, qui pro filio eam repræſentat, & Carolino beneficio gaudet. *Duplic. Neoburg.* Hanc repræſentationem in iure eſſe inauditam, fœminaque excluſa etiam maſculos ex eâ excludi. 9. *Replicat Dn. Elector.* Nullum ex caſibus, priuilegio Carolino expreſſis, contigiſſe, adeòquè rem redire ad regulam iuris communis. 10. Carolinum priuilegium per Ferdinandum eſſe ampliatum.

Prætenſio Comitis Palatini Neoburgici.

III. Alter prætendentium in Iuliacum &c. eſt *Comes Palatinus Neoburgicus. Philippi Ludouici C.* Palatini Neoburgici vxor fuit *Anna* filia ſecunda Wilhelmi Ducis, cuius fuit *Wolfgang. Wilhelm.* qui non minus vniuerſalem ſucceſſionem, cum aliorum prætendentium excluſione ſibi aſſerebat. Extat pro hac parte breuis *deductio iuris, quo Sereniſſ. Domus Palatino Neoburgica contra Sereniſſim. Domum Electoralem Brandeburg. in ditionibus Iuliac. Cliv. & appertinentiis competit.* add. Klock. T. 1. Conſ. 7. q. 4. *Fundamenta Neoburgica ſunt hæc.*

Fundamẽta Ducis Neoburgenſis:

1. Ditionum vetus natura, quum eodem modo, vt alij principatus, feuda ſunt S. R. Imperij iure feudi regalis recti dependentia, vnde maſculi ſuccedunt ordinariè, fæminæ non niſi ex priuilegio. Ita Adolphus inueſtitur de ſucceſſione Reinoldi tanquam agnatus an. 1495. excluſâ ſorore illius. *Obiectiones* contrarias huic aſſertioni *Vid. ſupra in fundam. 1. D. Elector Brandeb. Secundum fundamentum Neoburgici eſt:* Priuilegium Carolinum, quod admittit poſt filios filias, ſed tantùm in primo gradu, cuius deinde ordinem priuilegium Ferdinandinum an. 1559. de ſola vnione primariò agens, (ſucceſſionis enim habilitationem aliunde ſupponit) explicat, vt vnio & primogenituræ ius ſtabiliatur. *Anna* autem Palatina ex ſuperſtitibus & capacibus primogenita fuit. Valor priuilegij Carolini probatur facultate cõcedentis.

Intereſſe Imperii quoad vacua feuda.

Quamuis enim Imperii interſit, vt vacua feuda ad illud reuertantur, intereſt tamen etiam, ne numerus vaſallorum

minuatur

minuatur. (Conf. *Klock.* part.1. conſ.7. quæſt.4. numer.609. 689.) Imò nonnulli Politici, qui hodiernum Imperij ſtatum intuentur, putant *omnium Statuum ſecularium intereſſe, vt feuda etiam ad fœminas indiſtinctè tranſeant, & diſpoſitio teſtamentaria in iſtis feudis* contra iura feudalia *introducatur.* Quomodo *Auſtriaci* hactenus in hiſce caſibus potentiæ familiæ ſuæ proſpexerint ſupra fuit dictum. Quod ſi hoc ipſum dudum in Imperio obtinuiſſet, non opus fuiſſet tot *pacta gentilitia* introducere, Cauſaque Iuliacenſis tantos motus non dediſſet. *Excipit Dn. Elector.* Ipſos Neoburgicos, quum Maria Eleonora viueret, primogenituræ ius impugnaſſe. 2. Non omnia indiuiſa vni tantùm cedere, ſed multos etiam eandem rem pro indiuiſo poſſidere poſſe, nec etiam repugnare, illa ſeparari quæ olim ſeparata fuere. 3. Non vnam ſed plures diſertè admittere priuilegium Carolinum. 4. Carolinum priuilegium à Cæſare Rudolpho nunquam confirmatum, etiam reuocari potuiſſe. (V. *Klock.* part.1. conſ.7. quæſt.4. num.589. & ſeqq.) 5. Carolum priuilegium præiudicio Saxonum dare non potuiſſe. *Tertium fundamentum Neoburgici* ponunt in eo, quòd anno 1622. die 25. Decemb. apud Imperatorem docuerint, Burgouiam prætenſionem etiam ipſis eſſe ceſſam.

Euentus prætenſionis Brandeburgicæ & Neoburgici. Apprehenſio poſſeſſionis.

IV. Inter hos duos prætendentes pleraque acta, & ilico nomine Brandenburgico *Stephanus Hertfeldt* Cliuiæ & Duſſeldorpij, Palatinus in Comitatu Marcano & alibi poſſeſſionem apprehenderunt. (An rectè occupari potuerit poſſeſſio, an verò expectanda Cæſaris ſententia Vid. ap. *Klock.* l. c. quæſt. 1. numer. 11. & ſeqq) Imperator autem Rudolphus II. ius fiduciæ Imperialis ad fœminarum ſucceſſionem deriuari non poſſe cenſens, Leopoldo Auſtriaco Epiſcopo Paſſauienſi commiſit, vt Ducis defuncti Ioannis VVilhelmi prouincias ſequeſtraret, donec coram tribunali Cæſareo rationes ſucceſſionis quiſque deduxiſſet. Elector Brandeburgicus, qui ratione maioratus & primogenituræ omne ius ad ſe vocabat, & Neoburgicus qui ſecundogenitam ſuperſtitem, poſt defunctæ primogenitæ filiam nolebat collocari, metu perculſi fore, vt ad ſe Auſtriaci prouincias traherent, circumſpexerunt aduerſus vim ingruentem auxilia. Et quum prius Homburgi ſine effectu actum eſſet, paulò poſt vlt. May. 1609. inter Electorem Brandeburgicum & VVolfgangum VVilhelmum mediante Mauritio Haſſiæ Landgrauio *Dortmundi* in certas conditiones, ne poſſeſſio hereditatis ſibi eriperetur tranſegere, ſaluo interim iure Bipontinorum & quorumcumque aliorum prætendentium; ſaluâ etiam ſubditorum libertate & religione. Huic pacto à Cæſare contradictum, & varia mandata miſſa. Iuliacum dein ope Batauorum & Gallorum eſt obſeſſum & ab Auſtriacis recuperatum auxilio Mauritij Naſſouij & Caſtræi Galli

Düſſeldorpium in poteſtatem Neoburgici venit; alia loca Brandeburgicus occupauit. Pro hac cauſa & religionis libertate, quæ vna periclitabatur, defendenda, Principes Germaniæ Proteſtantes (paucis interque eos Electore Saxoniæ, exceptis) Halæ Sueuorum anno 1610. fœdus inierunt quod vocarunt vnionem. E contrario qui Pontificiorum & Hiſpanorum cauſam tuebantur in aliud fœdus Herbipoli coibant, quod vocabant Ligam Catholicam. (*Vide ſupra Diſc.* 1. vbi interiorem horum fœderum cauſam paſſim expreſſi.) Interea Mauritius Naſſouius multa loca vi cepit, & Electori Brandeburgico & Palatino-Neoburgico obtinenda tradidit. Aduentante deinde Spinola Neoburgicus, vt cauſæ ſuæ ſubſidium quæreret, ad Romanam religionem anno 1614. Elector ad Reformatos tranſiit. (Cauſam huius rei tradit Illuſtriſſimus Dux Rohanius in *Trutin. Stat. Europæ.* Diſc. 5.) Interea Bataui & Hiſpani armis in hiſce Ducatibus rem geſſerunt, & illi, ad quos pertinuerunt prouinciæ & patrociniis iſtis exiguum lucri, multùm verò damni perceperunt. Gliſcentibus poſtea controuerſiis anno 1614. *Xanti* in æqualem ditionum diuiſionem conſenſum eſt. (*Meteran.* lib. 31. Hiſtor. pag. 423.) Hunc tractatum in effectum deductum Brandeburgici affirmant? Palatini, quod iſti, antequam pacta ſubſcriberentur, Rauenſpergam & alia occupaſſent, negant. Vnde anno 1622. Hiſpanis in Palatini, Batauis in Electoris partes tranſeuntibus arma reſumpta, quibus non parùm ditiones vexatæ: In eo ſtatu res manſit vſque ad annum 1629. vbi *Düſſeldorpij* inter *Adamum Schvvarzenbergium* Electoris nomine & Wolfgangum Wilhelmum Palatinum tranſactum fuit, iure optionis Palatino conceſſo. Quum verò iterum difficultates mouerentur, eadem ferè tranſactio ſequenti anno 1630. paucis mutatis in 25. annos Hagæ ſtabilita eſt. Ita *Electori Clivia* & *Marca*; *Palatino Iuliacum* & *Bergenſis* Principatus cum Dominiis *Rauenſtein* & *Breskeſant* conceſſa: Rauenſpergicus autem Comitatus in communione iuriſdictionis & redituum relictus. In eo ferè ſtatu res durauit ad annum 1644. quo ob Rauenſpergam iterum recrudeſcere lites; ſed & ea occaſione Dn. Elector declarauit, quod conuentione de anno 1629. & 1630. teneri nollet. Ob id anno 1645. conuentus *Duisburgi* habitus, vbi inprimis de valore pactorum 1629 1630. diſceptatum eſt. *Brandeburgicus* Patrem, Comitis Schvvarzenburgij, corrupti, perſuaſionibus inductum, læſionem enormem, conditiones non impletas querebatur, prætorquam, quod iure proprio vt ſucceſſor aulæ non teneatur patris facto: *Neoburgici* ad literas fiduciales Comitis, Electoris Patris confirmationem, communicationem cum Batauis, ipſiuſque Electoris præſentis quinquennale ſilentium, quo ditiones à patre acceptas poſſidens;

Hiſpanienſes & Contra-Hiſpanienſes occaſione cauſa Iulia-cenſis ſe mouent.

Ius optionis.

pactis

pactis non contradixerit, prouocabant; Læſionem non negabant, in primis ſi tempus contractus reſpiciatur, conditiones ſua ex parte ſeruatas, aut in aliquarum impletione Electorales ipſos cauſam moræ dediſſe aſſerebant; in vniuerſum autem Electorem, vt patris pacta ſeruaret teneri aſſeuerabant. Demum cum anno 1647. Dn. Elector copias in Ducatum Bergenſem immiſiſſet d. 8. April. renouatum per *Burgsdorfium* prius pactum diuiſorium in 10. annos, ea tamen conditione vt Sereniſſ. Dn. Elector totum Rauensburgium Comitatum teneret, & circa templa ac Eccleſiaſtica bona norma anno 1609. circa exercitium autem religionis anno 1612. obſeruaretur. Quum Oſnabrugæ & Monaſterij Pacis vniuerſalis rationes inirentur, remedia ſimul pro cauſa Iuliacenſi quæſita. Dn. Elector fundos Eccleſiaſticos in eo ſtatu in quo anno 1609. fuere; exercitium autem religionis in eo ſtatu in quo fuit anno 1612. permanere debere contendit, cumque in finem allegauit nouam tranſactionem anno 1647. initam. Secutâ dein Pace Oſnabrugenſi, quâ exercitio religionis canon datus annus 1624. *Necburgicus* eundem hic etiam obſeruandum contendit, quum quod in aliis prouinciis iuxta Pacificationem Oſnabrugenſem iuris eſt, id etiam in ſuis ditionibus obtinere debeat. Inde Sereniſſ. Elector Dn. *Fridericus VVilhelmus* anno 1651. cum copiis in Cliuenſem Ducatum venit, atque Neoburgici ſubditos Edictis affixis, ne ei in poſterum pareant, terrere conatus, immiſſo etiam in ditiones Bergenſes milite. Dn. Elector *in der kurtzen Anzeig an ſtat Maniſeſt*, &c. (quòd ſcriptum in lucem emiſſum in *Contin. Theat. Europæ* habetur) ita inter cætera: *Das zvvar des Herrn Pfaltzgraff zu Neuburg Liebd. bey dem Vergleich vom Iahr* 1647. *es gern dahin eingerichtet geſehen, das der Kirchen und* exercitij religionis *halber das Iahr* 1624. *auch in unſern Fürſtenthümern Gülich und Berge vvürde beliebet dievveil damahls ſolcher* terminus *bey den Friedens tractaten zu Münſter und Oſenbruck feſt geſetzt und abgehandelt vvere: Solches aber von uns Keines theils eingangen vverden kœnnen*, &c. *VVeil die Friedens* tractaten conuentionen *des Iahrs* 1647. *nicht aufheben kœnnen; vveil nemlich die* grauamina religionis *in den Guliſchen Landen zu den* grauaminibus Imperij *nie gehœriggevveſen, auch zu dem Krieg im Rœmiſchen Reich keine urſach geben, und alſo* duplici ratione per generalem diſpoſitionem ſuper grauaminibus Imperij *ihre erledigung nicht haben kœnnen*, &c. *des Herrn Pfaltzgrauen Liebd. auch den* terminum reſtitutionis grauatorum *vom Iahr* 1612. *bey dem letzten* prouiſional *Vergleich beliebet, als der* terminus *des Iahrs* 1624. *bey auch ein halb Iahr vorhin als nemlich im Nouembri des Iahrs* 1646. in Imperio placitiret *gevveſen*, &c. *zugeſchvveigen das die gantze* ſucceſſions *Sache der Guliſchen Landen, und alſo* cum omnibus dependentiis, *darunter die*

Controuerſia inter Elect. Brandeburg. & Ducem Neoburga: ob articulum quendam Inſtrumenti Pacis.

Explicatio §. 2. art. 5. inſtr. Pac.

religion *ein vornehmes Stück iſt, bey den Friedens*-tractaten *auſtrücklich anderwerter* deciſion *oder handlung auſgeſtellet und* excipiret *worden, dergeſtalt ſich auch die Hern Kaiſerl. Geſandten Graff zu Naſſau und Lemberg und beyde* Volmari *und Cran in einer formellen* propoſition, &c. *Nahmens I. Kayſ. Mai. erklaret und geſtanden haben, das es der* religion *halber nach dem* Prouiſional *Vergleich zurichten, und der Herr Pfalzgraff das Iahr* 1612. *zu halten ſchuldig*, &c (Vid. *Contin. Theat. Europ.* ad an. 1651.) Contrà Palatinus in Edicto ſub dato 7. Mart. 1651. Duſſeldorpij impreſſo aſſerit: *Das alle* pacta reuerſales, contractus & tranſactiones, *welche an einem oder andern Ort vorhin uffgerichtet, und der regul und* obſeruanz *mehrgemelten* 1624. *Iahrs zuwiederſein, nicht hinderlich ſondern gantzlich* annullirt *auffgehoben und ungültig geachtet werden ſollen.* (*Contin. Th. Europ.* p. 15.) Dn. Elector Brandeb. gliſcente hâc controuerſiâ, antequam in Cliuiam tenderet, conuenit Sereniſſ. Elect. Sax. in arce *Lichtenberg*, vbi Dn. Elect. Brandeburgicus ius Saxonis in Cliuiam, &c. ad ſe deriuare allaborauit, ſed negotium effectu caruit, vt patet ex literis Saxonis in *Contin. Theat. Eur.* p. 21. Saxo poſteà, quum Brandeburgicum Electorem arma mouere in Bergenſem Ducatum animaduertiſſet, literis dehortatoriis expeditionem illam auertere voluit, inter alia *conſultius eſſe remonſtrans vt ad normam Inſtrumenti Pacis, ius prætenſum armis haut quæreret, ſed potius per Commiſſarios & arbitros ab vtraque religione rem componi permitteret*, literis hanc Politicam margaritam inferens: *Das Glück des Kriegs iſt und bleibet rund, der anfangs oben ſchwebet, den kan die Glukskugel bald herunter bringen. Auch die glückſeligſte kriegshelden haben mit ihren groſſen ſchaden endlich innen werden und erkennen müſſen, das das Glück von einigem Menſchen, ohnauffſetzlich bey ihm zu verbleiben, ſich nicht anfeſſeln laſſe* (*Contin. Th. Eur* p. 22.) De reliquo Saxo in iiſdem literis ius ſuum in Ducatus Cliuiæ, &c. ſibi reſeruat. Dn. Elector Brandeb. feruente lite, Legatum ad Cæſarem miſit, ibique Palatinum accuſauit, tanquam non ſeruatorum pactorum reum; Palatinus refutatâ accuſatione Electoris arma contraria componit. Poſtea menſe Auguſto (d. 9. ſc. Aug. ſt. v.) conuenerunt Dn. Elector & Dux Neoburgicus inter *Kaiſers werth* & *Angermont*, in quo conuentu, licet primùm ambæ Illuſtriſſimæ perſonæ feruidis verbis rem geſſerint tamen per Deputatos Fœderatorum Belgarum & Comitis Waldeccenſis res certis conditionibus ita compoſita: *Das es* in Eccleſiaſticis *bey denen* in anno 1609. *auffgerichteten* reuerſalibus *verbleiben, und ein ieder das, was er biſzhero von den Landen inngehabt, biſz deſzwegen deſz Reichs Auſzſpruch geſchehe, behalten ſolte.* (*Contin. Theat. Europæ.* pag 24.) Dein hac de cauſa conuentus celebratus *Eſſenæ* (*Eſſen*) ac tandem *Cliuiæ* d. 12. Octobr. per Cæſareos Legatos pax concluſa, religionis articulo

Textus Inſt. Pac. art. 5 §. 1. verſ. pacta autem, &c.

Belli alea incerta.

articulo ad Commiſſarios Cæſareos remiſſo; & ne in poſterum vlla pars alteram bello inuadere poſſet, ſeuerè ſancitum. (Vid. *Brachel.* lib. 9. Hiſtor.) Sed neque ab illo tempore concordia inter Principes hos integra fuit. Nuper Heidelbergæ mihi relatum, quaſi firma pax demum coierit; cuius conditiones mihi nondum viſæ.

V. Præter Electorem Brandeburgicum & Comitem Palatinum Neoburgicum, prætendit in haſce controuerſas ditiones *Comes Palatinus Bipontinus*. Nam *Magdalena* ipſa quoque filia Wilhelmi & vidua Ioannis Comitis Palatini Bipontini, eiuſdemque liberi præter medietatem mulctæ 100. marcarum in priuilegio Carolino aduerſus violatores conſtituta, reſtitutionem fructuum perceptorum, percipiendorum, expenſarum & damnorum ab vſurpatoribus ditionum præſtandam, & allodialium quartam partem: inprimis petiere feuda in tres partes commodo trium ſororum ſuperſtitum, Neoburgicæ, Bipontinæ & Burgouiæ diuidi: Deinde vt huius, ſine liberis extinctæ, portio accreuiſſe conſortibus intelligatur: Hinc Domus Bipontina ſibi harum ditionum ſemiſſem nunc arrogat. *Fundamenta Bipontinorum ſunt:* 1. Ius primogenituræ non fundatum in his ditionibus, nec in vnionis priuilegio eius fieri mentionem: ad illud introducendum non valere pacta Boruſſica, à Cæſare non confirmata, quæ etiam Neoburgicus hac ratione impugnauit. *Excipiunt Brandeburgici:* Vnionem ipſam Ducatuum primogenituram, verbo non expreſſam, ſecum inferre, quum illa ſine hoc non ſortiretur effectum. Vnde pacta Boruſſica nixa illius vnionis priuilegio ſatis valida ſunt; inprimis quia feudum Carolino priuilegio novum factum, quo caſu pater primogenituram introducere poteſt. Pacta quoque Neoburgicos non impugnaſſe, ſed eorum interpretationem à Brandeburgicis prolatam. *Alterum fundamentum Bipont.* VVilhelmum non vni filiæ, ſed omnibus indefinitè priuilegium petiiſſe: cui petitioni reſpondet conceſſio Imperatoris. *Excipiunt Brandeb.* Omnes quidem vocatas eſſe filias, ſed ſeruato ordine ætatis & gradus. *Tertium fundamentum Bipontin.* Inuerti poteſt prætenſio Neoburgicorum, & ita mortua Anna ſuccedere debuit Magdalena Bipontina, quia ſingulæ non hereditario, ſed ſuo proprio iure ſuccedunt: Et priuilegium Carolinum primum gradum VVilhelmi filiabus, ſecundum nepotibus adſcribit. Vnde Annæ ſoror, non filius ſuccedere debet. *Excipiunt Brandeburg.* Quum ad primogenitum deuenit ſucceſſio, in eius linea, dum durat, eſt ſubſiſtendum. (Vide *Klock.* l. cit. numer. 1093. & ſeqq.) *Euentus* huius prætenſionis talis: *Eſlinga* duo affines Palatini

Prætenſio Comitis Palatini Bipontini.

Ius accreſcendi.

Fundamenta Bipontinorum.

Palatini inter ſe pacti, vt eueniente caſu in perſecutione iuris vxorum à ſe inuicem cauſa non ſeparent. Vnde an. 1609. quum Tremonienſi tractatui Bipontinus eſſet excluſus, contradixit: Ipſi tamen eſt ſatisfactum reuerſalibus an. 1610. quibus vt eius petitioni nec in petitorio nec poſſeſſorio derogatũ intelligeretur, reſcriptũ. Bipontina ſoror poſtea tardius ius ſuum docuit, quæ tamen mora fraudi eſſe nequit, quum illud ex priuilegio ductum ſi euidens. Quum per amneſtiam omnes tandem iuri ſuo reſtituti, ſi quæ occaſione belli neglecta fuerant; hæc Domus cauſæ ſuæ iuſtitiam iterum poſt pacem concluſam typis vulgari fecit. Poſt hæc Landſpergenſis Princeps, qui dein Patrueli Bipontino ſucceſſit, ſuam prætenſionem vendidiſſe Neoburgico perhibetur; *Marchionis Burgoniæ* ob vxorem Sibyllam eadem prętenſio, quæ ſororis Bipõtinæ; vnde & eadem fundamenta hic locum habent. *Eventus:* Non maior eius quàm Bipontinæ à poſſidentibus Principibus habita eſt ratio. Eam dein prætenſionem Palatini Neoburgenſes ſibi ceſſam docuere.

Tẽpore belli non currit præſcriptio.

Prætenſio Marchionũ Burgoniæ.

VI. Vltra hoſce Illuſtres Pretendentes, Domus etiam Saxonica *iure expectatiuæ* olim ab Imperatore *Friderico III.* conceſſæ, & pactis matrimonialibus Sibyllæ Cliuiæ totam ſucceſſionem ſibi etiam vendicare vult, excluſis reliquis omnibus. Edita ſunt de hac pretenſione ſcripta: *Sachſiſche* Deduction, & *Sachſiſche* Apologi. Vid. Dn. *Strauch.* Diſſ. Exoter. 10. *Merckelbach* apud *Klock.* p. Conſ. 7. num. 240. & ſeqq.

Electoris Saxoniæ prætẽſio.

Primum fundamentum Saxonis eſt: Fridericus III. Imp. an. 1483. die 26. Iun. *Alberto* Duci Saxoniæ ob merita contulit expectatiuam, vt ſi contingeret *Vvilhelmum* Duc. Iuliæ, &c. morte, aut aliàs, Principatus vacue fieri, ipſe ſuccederet: quod confirmauit *Maximilianus I.* Rex Roman. an. 1486. die 1. Sept. pro *Erneſto* & *Alberto*, vt, ſi Vvilhelmus ſine maſculo feudali herede extingueretur, immediate deferrentur ditiones illæ ad Duces Saxoniæ. Iterum confirmauit hoc Maximilianus Imper. an. 1495. Iam verò expectatiuas dandi eſt ius Domini feudi, & ſucceſſor eo promiſſo tenetur. *Excipiunt reliqui Contra Prætendentes:* 1. Caſum illum, quo Imperio feudum apertum, nondum contigiſſe. 2. Nec ſufficere ipſo jure feudum apertum fieri, ſed neceſſariam eſſe ſententiam declaratoriam aduerſus poſſeſſores, qui ſine illa præſcribunt. 3. Conceſſionem illam Friderici & Maximiliani non eſſe validam, quod ſit facta abſque conſenſu Electorum & Ordinum. Vnde Brandeburg. Elector in literis ad Duc. Pomer. die 12. Mart. 1610. ita *Das bey allen dieſen* conceſſionen *kein Chur-Fürſtl.* conſens, *der aber in alle vvege hierzu erheiſchet und erfordert vvird, zu befinden ſey.* 4. Fridericum etiam deceſſiſſe antequam feudum aperiretur. Conf. 1. F. 3 & 2. F. 35. 5.

Fundamẽta Electoris Saxonis,

2.F.35.5.Inueſtituram Friderici & Maximiliani coram Paribus curiæ non eſſe factam, quod tamen iure feudali requiritur. 2.f. 2. pr. 6. Conceſſionem Friderici & Maximiliani expiraſſe, ex quo Carolus Quintus, Ioannem Cliuenſem inueſtiuiſſet. *Alterum fundamentum Electoris Saxoniæ eſt.* Conceſſum hoc priuilegium præmio meritorum in Imperium & Auſtriacos: Vnde non eſt ſimplex gratia, ſed tranſit in contractum & ſucceſſores obligat. *Strauch.* D. 10. nu. 144. *Excipiunt hic in contrarium* 1. Remunerationes fieri non debere alterius præiudicio & damno. 2. Maximilianum promiſiſſe Saxonibus ſatisfacere: Vnde ab hoc potius & ſucceſſore iſtos potuiſſe ſatisfactionem petere, quàm à tertio quouis. 3. Saxonicæ Domus merita inſignibus præmiis omnino penſata eſſe. *Tertium fundamentum El. Sax.* Conditio iam extitit an. 1511. Wilhelmo extincto, cui ſola ſuperfuit filia *Maria*; quum tamen Imperij feuda & regalia in fæmininum ſexum delabi nequeant. Nec hoc feudum fæmineum fuit, ipſo teſte Wilhelmo qui pro habilitatione filiæ ei de priuilegio proſpexit. *Excipiunt.* 1. Nondum probatum aperta eſſe feuda Imperio iuxta conditionem priuilegij Friderici III. quod intelligi poteſt de morte Wilhelmi ſine vllis liberis (verba ſunt: *Durch abgang H. Wilhelm oder ſonſt ledig wverden*) Quamuis autem Maximilianus I. in confirmatione reſtrinxerit ad liberos maſculos; confirmatio tamen non addit nouum ius. 2. Non ſimpliciter à maioribus feudis excluduntur fæminæ, inprimis maſculâ progenie deficiente. 3. Acceſſit habilitatio Mariæ per priuilegium, quæ potuit pro abundante cautela majori firmitate & noua conditione imperanda peti. *Quartum fundamentum Saxonis eſt*: Hinc vtile dominium Principatuum ac Domum Saxonicam caſu illo ipſo iure deuolutum. Maximiliani verba ſunt: *zuſtund vnd ohne Mittel, iezt als dan vnd dan als iezt.* *Excipiunt*: Dd. hoc caſu in contractibus cum Principe traditionem requirere, & in feudis quoque primum acquirendis ad conſecutionem Dominij vtilis. 2. Ex ſola inueſtitura vaſallum nec ius in re nec dominium nanciſci. 3. Saltem id fieri non poſſe, ſi non ipſe Imperator, ſed alius realiter poſſideat. 4. Hoc ſolum priuilegio conceſſum fuiſſe vt, ſi vacaſſet verè feudum, ipſi propriâ autoritate apprehendere poſſeſſionem potuiſſent. *Quintum fundamentum*: In feudis ex pacto & prouidentia aduerſus poſteros, qui hactenus agere non potuere, præſcriptio non currit ſed ſucceſſoribus reſtat vtilis rei vindicatio: *Excipiunt*: fruſtra quæri de præſcriptione iuris, quod in rerum natura nunquam fuit. *Sextum fundamentum*: Præſcriptio etiam excluditur ob bella Gallica, quibus Imperatores, inetu fœderis cum R. Galliæ à Cliuenſibus ineundi, Saxonum cauſam negligere coacti ſunt. *Excipiunt.* 1. Fuerunt etiam tempora pacifica, & in Imperio adminiſtra-

Tempore belli non currit præſcriptio.

tio iuſtitiæ in perpetuo exercitio. 2. Wilhelmo à Carolo V. ſubjugato, facilè fuiſſet Cæſari, ſi quod Saxonum ius credebat, conditionibus illud inſerere. *Septimum fundamentum* : Inueſtituræ Cliuiis conceſſæ non obſunt. 1. Quia clauſula : *Saluo iure tertij*, in diplomatibus inueſtituratum ſubintelligitur. 2. Ipſe Carolus V. an. 1521. literis falſus, *Deduct. Saxon.* inter Documenta. n. 5. ibi : *Manniglich ſein Recht vorbehalten.*) & inueſtituram conceſſam, prohibendo periculoſo cum Gallis fœderi. 3. Inueſtitura ſuper rebus iniuſtè poſſeſſis nullarum virium eſt. *Excipiunt.* 1. Saxones ius amiſere cum Carolo V. ad iudicium ſe offerente, litem non inſtruxere, nec ſequentibus inueſtituris ſe oppoſuere. 2. Proteſtationes & interpellationes extraiudiciales non tollere præſcriptionem. *Replicant Saxones* : Quæ per viam implorationis, ſupplicationis, petitionis quæſita apud dominum feudi, & in comitiis, extra judicialia haberi nequeunt ad interrumpendam præſcriptionem. *Octavum fundamentum Saxonum* : Pactis dotalibus an. 1526. d. 8. Aug. initis, & ab Imp. d. 13 May. 1544. confirmatis, caſu quo Ioannes & Maria nullos relinquerent maſculos heredes, & hi iterum nullos heredes, vt Principatus ad Sybillam Ioan. Frider. Saxoniæ Elect. vxorem & poſteros deferrentur. (Vid. *Hortleder.* de Cauſ. Bell. Germ. l. 3. c. 11. p. 253. n. 61.) *Excipiunt* : Elector in bannum declaratus ius amittere potuit : vnde Carolus V. eo tempore Vvilhelmo jus ſucceſſionis fæmininæ conceſſit. *Replicant Saxones* : Hoc jus Sibyllæ fuiſſe non Ioannis Friderici & reſtitutionem eſſe factam an. 1552. *Nonum fundamentum Saxonum* : Inueſtitura à Rudolpho II. Imp. conceſſa an. 1610. d. 27. Iun. Chriſtiano II. Electori & reliquis agnatis. Eandem impetrarunt an. 1613. à Matthia, an. 1621. à Ferdinando II. an. 1638. & 1641. à Ferdinando III. *Excipiunt* : Cæſari in hac hypotheſi, non vnicè judicium competere probat *Merckelbach* apud *Klock* p. 1. Conſ. 7. n. 144. & ſeqq. Hinc forſan *Chriſtianus II.* Elector ex affectu prætenſionis ſuæ firmandæ causâ non attento Capitulationis textu, nimium Imperatori indulſit, & ſi noſtra reſpicias tempora, minus congruè ſcripſiſſe videtur : *Das ein Rœmiſcher* Kayſer *oder Kœnig* jure creationis & Electionis ſummam & pleniſſimam in temporalibus poteſtatem *vberkomme, alſo das er nicht allein die jenigen Lehen vnd* Regalien, *ſo Ihm vnd dem Reich heimgefallen ſondern auch den Anfall an Fürſtenthumen, Graff- vnd Herſchafften* in caſum mortis poſſeſſoris vltimi abſque heredibus maſculis, &c. *andern Fürſten zu Lehen zu reichen vvol befugt ſey.* In *Deduct. Iur. Saxon. Obiectiones generales aduerſus Saxones* : 1 Non liquidi iuris eſſe, quod Principatus hi ſint maſculini. Vnde Maximilianus I. Imp. an. 1508. Mariam habilitauit, 1509. pactum ſucceſſionis, Saxonica

Ius præſcriptionis.

Ius pactorũ dotalium.

nica expectantia reſciſſa, confirmauit, & Cliuios indemnes præſtare anno 1516. promiſit; quod tanto facilius fieri potuit, quum nulli agnato præiudicium fieret, & Saxones ſola ſpe, multis modis fallaci niterentur: ob quod ius filiarum tantò facilius potuit firmari. *Reſpondent Saxones*: Imperator Capitulatione adſtringitur, vt Ordinum iura & priuilegia confirmet. *Secunda obiectio generalis*: Caroli V. nouum priuilegium anno 1546. fæmineam ſucceſſionem ſtabilire; cui Wilhelmus ceſſerat Geldriam & Zutphaniam. *Saxones diſceptant* an Rudolphus priuilegio Carolino obligatus fuerit, an itidem reuocare potuerit: V. *Klock.* p. 1. Conſ. 7. quæſt. 4. numer. 590. & ſeqq.) *Tertia obiectio*, Præſcriptio. *Reſpondet D. Strauch.* Diſſ. Exot. 10.

VII. *Euentus Saxonicæ prætenſionis* eſt: Obtinere Saxones, quum per Legatum *Wolfangum Mansfeldium* Galliæ Regem & Batauos, ne ſe immiſcerent, rogaſſet, inueſtituram ab Imper. Rudolpho II. anno 1610. cui tamen inſerta clauſula: *Saluo iure aliorum intereſſentium.* Saxones etiam per Electores Treuirenſem, Landgrauium Darmſtadinum & alios egerunt cum poſſeſſoribus Principibus vt in poſſeſſionem controuerſarum ditionum admitterentur. Anno 1611. *Interboci.*(Vbi tum adfuere 24. Principes) *Elector Brandeburgicus cum Saxonibus pactus eſt, vt ſingulas tertias partes ditionum nanciſcerentur Ipſe, Neoburgicus & Saxones, ſed quia conſenſus Neoburgici præſuppoſitus, nec ſecutus, ab eo etiam receſſere Brandeburgici*: nec poſtea Saxoniæ Domus iura, à reliquis duabus Partibus, Principatus (quum ratione coniugum, ſororum vltimi defuncti Ducis, meliora iura ſe habere crederent) inter ſe partientibus, attenta ſunt. Saxones tamen, licet ob belli turbas à perſequendis iuribus prohibiti ſint, nunquam tamen illa ex animo vel manibus dimiſere. Vnde adhuc, animo poſſidentes, titulos Ditionum controuerſarum gerunt & pro Ciuilibus poſſeſſoribus Ducatus Iuliæ, Cliuiæ, &c. adhuc ab omnibus reputantur. Prætendit porrò in Ditiones haſce controuerſas, præter hactenus enumeratos, Electores & Principes, *Dux Niuerniæ* (de illius iure Vid. *Klock.* p. 1. Conſ. 7. numer. 1001. *Gramond.* lib. 1. pag. 14.) cuius literis, anno 1609. ad Ordines datis, reſponſum. De illius iure non conſtare ſibi, cæterùm ſi quid deberi ſibi exiſtimaret, vt coram Cæſare iudicio quàm armis (vt viuo duce ante quadriennium feciſſet) experiri mallet: Sed *Niuernius* poſtea *litem deſeruit*, *atque talis iudicialiter declaratus eſt.* Vid. pl. Dn. D. *Spenner.* de Prætenſ. illuſtr.

Euentus.

Neoburgensis obicem ponit compoſitioni cauſæ Iuliacenſi.

Poſſeſſio ciuilis.

Prætenſio Ducis Niuerniæ.

Euentus.

Litis deſertio.

VIII. Ab initio huius Iuliacenſis cauſæ valde controuerſum fuit an Cæſari ſoli, an verò Principibus cum ipſo litis cognitio debeatur?

Iuriſdictio cauſæ Iuliacenſis controuerſa.

Digitized by Google

Iudicium in controuerſiis feudalibus. (Vid. *Klock.* p.1. Conſ 7.) Anno 1610. *Vniti Principes* fortiter aſſeruerunt, cognitionem huius controuerſiæ non eſſe ſolius Cæſaris; prouocantes ad iudicium à multis ſeculis inductum, quod vocant *Das Fürſtenrecht*, de quo infra acturi ſumus. *Saxo* tamen & alij, huius cauſæ feudalis cognitionem ſoli Cæſari detulerunt. (Conf. *Pezel.* Mellific. Hiſtor. pag.1175.) Vnde *cauſa iſta in aula Cæſaris recepta eſt.* (Vid. D. *Reinking.* lib.1.d. R.S.& E.Cl.4. capit.19. numer.28.29.) Cæſar *Rudolph. II.* in literis ad Elect. Brandeb. de dato Pragæ d.3.Mart. 1610. ita. *Das er von ſeiner über angeregten Güliſchen* ſucceſſion *ſtreit gnugsahm gegründeter und* interponirter *Kaiſerl.* iuriſdiction *mitnichten aus Zuſezen feſtiglich entſchloſſen.* *Intereſſe libertatis Germanicæ in cauſa Iuliacenſi.* Quum verò tranſactione Iuterbocenſi d. 22. Mart. 1611. Elector Saxoniæ cum Brandeburgico Electore conueniſſet: *Das von I. Kay. Mai. nebenſt Vnpartheyſchen Chur-und Fürſten des Reichs ein Ausſpruch geſchehen ſolt*; Imperator hoc ita admiſit: *Das ſich ſonſten uff dieſen* ſpecial *fall niemand zuberuffen, oder ſonſten* in conſequentiam *zu ziehen habe*, vt extat in *Confirmat. Tranſact. Iuterbocenſ.* de dato *Prag.* d. 5. Decembr. 1611. Quia verò ab illa tranſactione poſtea diſceſſum, *Matthias Imper.* anno 1615. omnes partes ad tribunal Aulicum Imperiale vocauit, certa procedendi & definiendi ratione præſcripta. *In Inſtrum. Pacis hic iuriſdictio huius cauſæ Imperatori videtur adſcribi.* Quum verò hæc cauſa prægnans ſit, vt aliquando magnas turbas in Imperio excitare poſſet. (Vid. *Inſtrum. Pac.* hic. *Rec. Imper.* de anno 1654. §.25.) hinc *ita hæc erunt explicanda, vt in ordinario Proceſſu coram Cæſarea Maieſtate ſimul adſciſcantur nonnulli Electores & Principes*, vt ita, quum multorum Statuum intereſſe in hac cauſa verſetur, quod omnes aut certè plurimos tangit ab omnibus aut ex hiſce plurimis approbetur ac finiatur. *N. B. Salutaris clauſula in iudicio aulico obſeruanda.* Facit huc textus ipſius *Inſtrum. Pacis artic.* 5. §. 20. verſ. *Quoad Proceſſum*, qui in Maioribus cauſis vnde tumultus in Imperio timeri poſſent, vtriuſque religionis Electorum & Principum ſententias & vota (in iudicio Aulico) requirit.

Intereſſe ratione cauſæ Iuliacenſis. IX. Hæc Iuliacenſis cauſa hactenus indeciſa miras ſæpe in Imperio turbas excitauit ex eaque plurima mala veluti ex Equo Troiano exorta. Præſertim autem Euangelicis Lutheranis hinc multùm deceſſit, primùm quod Elector Brandeburgicus & Dux Neoburgicus occaſione huius controuerſiæ, religionem mutarint: deinde quòd dum Principatus *Iülich*, *Cleue* & *Berg* ita in controuerſa lite pendent, Electores Saxo & Brandeburgicus, Comes Palatinus in *Neuburg.* & Comes Palatinus in *Zvveybruck*, ſinguli quidem ratione illorum Principatuum ducant principalia vota, cum repetitione ſuo loco & ordine, omnia tamen vota non niſi vnum conſtituant, quum olim hi

Principatus, vt diuerſi, diuerſa duxerint vota. (Dn. *Sprenger.* in Iuriſpr. Publ. pag. 362.) Imò notat idem Sprengerus (in Lucerna Imperij pag. 28.) quod hodie Dux Iuliacenſis ob hanc controuerſiam voto careat, & quod nemo horum controuertentium Principũ ad vota in Comitiis euocetur. Optandum ſanè fuiſſet, vt lites iſtæ de ſucceſſione Iuliacenſi inter intereſſentes vel matrimonij vinculo, vel alia amicabili tranſactione (quæ Iuterboci obtineri poterat, ſi Neoburgicus conſenſum ſuum accommodaſſet, vt ex num. 7. præcedent. patet) in herbis quaſi fuiſſet extincta; Tum enim noſtra ætas *uniones* & *Ligas Hiſpanienſes* & *Contra-Hiſpanienſes* non vidiſſet, Bohemicæque turbæ forſan aut nunquam eueniſſent, aut ſi accidiſſent, facilè vnanimi Euangelicorum interpoſitione (Saxone præeunte, qui ob Iuliacenſe negotium paulo alienior extitit) huiuſmodi mala exorta ſopiri potuiſſent. Cæterùm ſi Euangelici priuatum commodum publico anteferunt & ita diuiſim ac ſingulatim pugnant, quid mirum ſi tandem vniuerſi ſint victi. Quod igitur Clericorum ſerui nondum ſimus Guſtauo Adolpho, Suecico iſti Magno Alexandro, poſt Deum acceptum referimus. Ego in reliquum Deum veneror vt grauiſſima hæc Iuliacenſis cauſa, ex omnium intereſſentium animi ſententia compoſita, tandem Iubilæum publicum in Imperio noſtro pariat. Hactenus Monaſterienſem Pacem in turbido Germanico Oceano veluti tabulas ex naufragio collegimus. Non aliter autem Oceanus ille componi ac Reipub. noſtræ nauis in tranquillo portu conſiſtere poterit, quàm ſi hæc cauſa Iuliacenſis æquabili iure ocyus citius terminetur.

FINIS PRIMÆ PARTIS
Diſcurſuum ad Inſtrumentum Pacis.

Digitized by Google